ma oliue est in semine oliue ⁊ forma asini ī se-
mine asini. nō ꝙ in seminibus sit ipā essentia
forme educende. ꝫ ibi solū passiue ⁊ effectiue
⁊ nō formaliter ꝑ q̄nto in tali semine est mate
ria apta ad formā ⁊ etiā est vis formatiua im
pressa ab agente que ꝑ virtutē generātis quaꝫ
gerit habet vim ad educendū formā de potē
tia materie ⁊ ad disponēdū ad talē formā et
ita scḋm hunc doctorē non nisi istis modis for-
ma substantialis dicit eē in materia. in poten
tia ante generationē rei cuiꝰ est forma. Est
tn̄ aduertēdum ꝙ aliter dicendū est đ formis
substantialibꝰ ⁊ accidentalibus. Nam for-
me accidentales ꝑ se sunt acquisibiles ꝑ mo
tū ⁊ scḋm suā essentiā sunt in ꝑncipio motus et
etiā in medijs vsq; ad terminū. motus tn̄ ꝓ-
cedendo de imꝑfecto ad ꝑfectū. forme vero sb
stantiales ante terminum motus non sunt es
sentialiter in motu sed solū scḋm suas disposi-
tiones ⁊ incipiūt esse in termino motus.

Conclusio responsalis. Cum
doctore sancto. Forma substantialis ante ge
nerationē rei cuius est forma non est in mate-
ria scḋm esse formale formabile. Hanc conclusi
onem probant rationes facte ante oppositū
Probatur etiam aliunde. De ratione forme
substantialis est dare esse simpliciter si ergo
forma substantialis est in materia scḋm essenti-
am sequitur ꝙ ipsa dat esse simpliciter mate
rie ⁊ per consequens quicquid aduenit post
est accidens. ⁊ ita destrueretur omnis gene-
ratio substantialis. ⁊ omne fieri esset alterari
vt ponebant antiqui Philosophi. Item es
se substantiale est primum ⁊ perfectissimum.
ergo oportet ꝙ sit vnum et indiuisibile ⁊ per
consequens non potest recipere variationem
penes confusum ⁊ distinctum alr's videretur
ꝙ inter contradictoria esset medium. Iteꝫ
ad hoc posuit Albertus inchoationem for-
marum in materia vt generatio rei substanti
alis sit a principio intrinseco coadiuuante
agens extrinsecum actiue ad distinctionem
materie ad formam sed hoc est impossibile.
ġ nō sunt ponende inchoationes formarum.
Minor probatur dupliciter. primo quia nihil
agit nisi scḋm ꝙ est in actu. modo forma sic scḋm
esse inchoatum non est in actu completo
cum tale esse sit potentiale et iaptitudina-
le. Ergo talis forma inchoata non potest

esse principiuȝ actiuũ. Secũdo actõnes sunt singulariũ ⁊ suppositoꝝ ⁊ subsistẽtiuȝ. cũ ergo talis forma non sit subsistẽs sequit̃ ꝙ non potest agere circa ipam materiã disponendo ipam ⁊ educẽdo ipaȝ de potentia materie in actuȝ. alias ideȝ concurreret ad generationẽ sui ipsius qd̕ est impossibile. Et tamen tenendo hanc opinioneȝ soluende sunt ratõnes facte post oppositum. Ad primam concedit̃ ꝙ ex quocũq; non albo non fit album. sed ex non albo quod est in potentia ad albũ. in potentia quidẽ quodãmodo disposita ad albũ. nam in potentia cõtrarioꝝ est eadeȝ dispositio cõmunis ambobus contrariis quod non inuenitur in disparatis. sed tamen nõ oportet in ipso non albo ponere aliquã albedinẽ per quam ipsam non album sit in potentia ad album. Ad secundam dicitur ꝙ cũ dicitur formam educi de potẽtia materie illa locutio est methaphorica ⁊ sumpta ex dictis Platonis. nam illud dicitur proprie educi de aliquo qd̕ prius erat in illo ⁊ ponitur in alio. non autem sic educit̃ forma de potẽtia materie: sed educitur scd̕m quandam similitudinem prout dicitur esse aliquid eductuȝ de aliquo qd̕ nõ est in eo eomodo quo prius erat. ⁊ ideo forma existẽs prius in potẽtia materie passiua post generationem actu existens in materia dicit̃ educi de potentia materie. Ad tertiaȝ negatur consequẽtia. nã materia est in potentia naturali ad formam. ⁊ ideo partim est ab extra ⁊ partim ab intra pro quãto est in potẽtia actiua agentis. Ad quartam dicitur ꝙ in accidentali motu forma est in principio motus scd̕m essentiam ⁊ fluit vsq; ad terminuȝ motus de imperfecto ad imperfectũ. Sed in generationibus substantialibus forme substantiales nõ sunt nisi in termino motus quibus habitis cessat. ⁊ solum est fluxus scd̕m formas accidẽtales q̃ sunt dispositiones ad formas substantiales. Ad quintã dicitur ꝙ materia ĩdiget forma ⁊ apta nata est habere eã. sed ista aptitudo nõ est aliquid ipsius forme in potentia materie. imo est ideȝ realiter cum ipa materia si sit potentia propinqua ad formã est aliqua forma accidentalis inducta ab agẽte. vł aliqua vis vnitiua aut aliquid huiusmodi ⁊ nõ essentia forme. Et ex hoc patet solutio ad sextam Ad septimã dicitur ꝙ duplex est similitudo vt sufficit ad propositũ. quedam est ꝓprie dicta que est fundata in vnitate forme. ⁊ in tali similitudine non fundatur appetitus materie. Alia est similitudo improprie dicta que est fundata in vnitate proportionis. ⁊ appetit⁹ materie fundatur in tali ꝓportione. nam ex eo ꝙ materia de sua natura est potẽtia substãtialis habens proportionẽ ⁊ analogiam ad formaȝ substantialẽ que de sua natura est actus substantialis. Ad octauam dicendum est ꝙ non est omnimoda similitudo inter materiaȝ ⁊ matrem. manifestũ est enim ꝙ mater est principiuȝ extrinsecũ rei genite sicut pater. materia vero non est pricipiũ extrinsecũ. sed intrinsecum. Ad nonam dicitur ꝙ turpitudo non appetit bonitatem. sed subiectum turpitudinis qd̕ est bonum appetit bonitatem. non quideȝ bonitatem quã habet. sed bonitateȝ qua caret. Unde minus bonum appetit maius bonum ⁊ id quod potest habere appetit eam. Ad vltimam patet solutio ex dictis. dictum est enim ꝙ in semine asini est vis actiua deriuata a generante q̃ gerit virtutẽ ipius generantis. ⁊ finaliter disponit materiam formã. ⁊ forma adueniente corrũpitur illa vis generatiua. ⁊ ita forma non ẽ in semine scd̕m suam essentiam. sed est ibi solum in potentia passiua materie ⁊ in potentia actiua agentis. Rationes facte ante oppositum sunt pro ista opinione.

Queritur decimonono. vtrum in materia omniũ generabiliũ ⁊ corruptibilium ante omnẽ formã substantialeȝ ponende sint dimensiones interminate ipsi materie prime coeterne. Et arguitur primo ꝙ non. q: si sic tũc tales dimẽsiones essent accidẽtia ⁊ sequerentur multa inconuenientia. Primo seq̄retur ꝙ forma substãtialis nõ esset actus primus materie. Sequeretur secũdo ꝙ cõpositio secũda precederet primã. Seq̄retur tertio ꝙ forma substãtialis adueniret enti in actu ⁊ ꝑ cõsequẽs esset accidẽs. Quarto seq̄retur ꝙ forma substãtialis vniret̃ materie prime per mediũ accidẽtale. ⁊ ꝑ cõsequẽs ꝙ ex materia ⁊ forma fieret vnũ per accidẽs. hec aũt oĩa sunt incõuenientia g̃ tales dimẽsiones interminate nõ sunt sic ponẽde. In oppositũ est auerrois ĩ libro de substantia orbis hoc probãs multis rõnibus. quaꝝ alique ponũtur in corpe q̃stionis. videlȝ ꝙ hmõi dimensiones ponẽde sunt in materia ãte formã substãtialẽ

Pro respõsione sciendũ est pri

mo ꝙ quidā posuerāt ꝙ̃titatē in cōposito sub
stantiali rōne materie tm̄. ita ꝙ quātitas seq̄
tur materiā scd̄m eos. ⁊ ad hoc ponendū vte
bant̄ sufficientia p̄dicamētoꝝ. in qua dicit̄ ꝙ
quātitas inest rōe materie ⁊ qualitas rōe for
me. Sed ꝯtra hoc arguit̄. qꝛ si materia esset
tota causa quātitatis seq̄retur ꝙ quoꝝ mate
ria est eiusdē rōnis eorūdez esset eadē ꝙ̃titas
cuz ergo in oībus generabilibus materia sit
eiusdē rōis vt dictū est pri⁹ sequeretur ꝙ om
nia generabilia essent eiusdē ꝙ̃titatis qḋ fal
sum est. Itē Aristoteles in secūdo de aīa di
cit ꝙ in oībus viuētibus positus est cert⁹ ter
min⁹ augmenti ⁊ decrementi ab aīa q̄ est for
ma corpis. ergo materia nō est totale princi
piū ꝙ̃titatis. Itez materia scd̄m se est in pura
potētia. ergo ab ea immediate tanꝙ̃ a totali
cā non pōt accidens aliquod originez trahe
re. Itez Aristoteles dicit ꝙ ex vno pugillo
terre fiunt centum aeris ⁊ non nisi decē aque.
sed si materia esset tota cā ꝙ̃titatis cū eadem
sit que primo est sub vno pugillo terre. ⁊ po
stea sub decē aque. ⁊ deinde sub centū aeris.
non posset assignari ratio talis diuersitatis.
relinquitur ergo ꝙ hec positio est falsa.

Sciendum est secundo. ꝙ Aui
cenna posuit ꝙ̃titatem in cōposito substantia
li sequi formā corporeitatis. nō ꝙ ꝙ̃titas ƀm
esse determinatū in specie ⁊ indiuiduo sequa
tur formaz corporeitatis. sed ꝙ aptitudo ad
actualem trinā dimensionē sequit̄ formā cor
poreitatis. ⁊ actualis trina dimensio determi
nata figura ⁊ in esse specifico sequit̄ formaz
specificā ⁊ ipa actualis trina dimēsio d̄termi
nata ad hoc esse particulare vel illud sequit̄
esse cōpletū idiuidui. Et posuit Auicēna for
maz corporeitatis cōem oībus generabilib⁹
⁊ corruptibilib⁹ ⁊ esse distinctā a formis speci
ficis. ita ꝙ scd̄m eum cū ex aere fit aqua vel
ecōuerso manet eadē corporeitas scd̄m essen
tiam. sed variatur scd̄m esse. quia aliud ⁊ ali
ud habet esse sub forma aeris ⁊ aque. ⁊ eum
insequit̄ Albertus in ista positione. Et ꝙ sit
ponenda huiusmodi forma corporeitatis di
stincta a formis specificis ⁊ manens semper
in materia probāt multis rōnibus. Primo
sic. dicit̄ secūdo de aīa ꝙ aīa est actus corpis
organici phisici. sed corpus de genere substā
tie nō est corp⁹ nisi ꝑ formā aliquā substantia
lē. ergo in aīatis preter formā specificaz que
dat esse specificum ponēda est forma corpo
reitatis distincta ab ipsis ⁊ ꝑ consequēs erit
ponenda in aliȷ̄s corporibus inanimatis.
Itez animal mouet seipm̄. sed omne mouēs
seipsum diuiditur in partem per se mouentez
⁊ partem per se motā. pars aūt per se mouēs
est anima. ⁊ pars per se mota nō pōt esse ma
teria nuda. qꝛ vt habetur quinto huius mate
ria nuda moueri non pōt. ergo in parte per se
mota ponēda est aliquomodo forma substā
tialis distincta ab ipsa aīa. talis autem forma
non est nisi corporeitas. ergo. Et hec positio
est probabilis ⁊ rationabilior prima.

Sciendū est tertio. ꝙ Auerrois
in libro de substantia orbis distinxit duplicez
quantitatē siue dimēsionez. Quedam est in
terminata ad certam magnitudinē ⁊ paruita
tem ⁊ ad certā figurā. ⁊ scd̄m ipm̄ talis quan
titas est propria materie prime ⁊ inseparabi
lis ab ea ⁊ precedit omnem formam substan
tialem in materia. Alia est quantitas siue di
mensio terminata ad certam magnitudinem
vel paruitatē ⁊ ad certā figurā. ⁊ talis termi
natio quātitatis sequitur formā specificā per
quā vnaqueq; res naturalis determinata est
ad maximū ⁊ minimū. ⁊ habz determinatam
figurā. iō videmus ꝙ ea q̄ sunt eiusdē spēi cō
muniter sunt eiusdez figure. Vn̄ magnitudo
⁊ figura maxime attestant̄ vnitatē vł diuersi
tatē spēi a deo ꝙ aliq̄ dixerunt magnitudīes
esse principia materialia rerū corporearuz ⁊
figuras esse principia formalia earundē. ⁊ de
ista positōne Auerrois. ꝙ̃tum ad hoc ꝙ po
nit dimēsiones intermīatas in materia ante
oēm formaz substantialē facienda est in p̄nti
questione disceptatio in qua erūt quinq; pū
cta. In primo declarabit̄ opinio Auerrois.
In secūdo cōtra ipm̄ ponent̄ rōnes eorū q̄ te
nēt positōem Auicenne ⁊ Alberti. In tertio
scd̄z illos soluent̄ rōes Auerrois. In quarto
ponent̄ rōes quorūdam volentiū defendere
positionē Auerrois ⁊ soluent̄ rōnes eoꝝ. In
q̄nto rn̄debit̄ ad q̄situ̅ ƀz opīonē sci Thome

Quantum ad primaz ponitur
cōclusio prima scd̄m mentē Auerrois. Dimē
siones intermīate necessario p̄cedūt oēs for
mas substātiales in materia generabilium ⁊
corruptibiliuz. Probat̄. qꝛ forme naturales
diuidūtur ꝑ suū subiectū qḋ est materia. ergo oz
subiectū susceptibile formarū esse diuisibile.

ꝫ materia nō est diuisibilis nisi ꝑ ꝙtitatē. ꝗ in materia ante oēm formā substātialē ponenda est ꝙtitas ⁊ nō termiata: vt postea patebit ꝗ intermiata. Itē vna forma substātialis nō suscipit in tota massa materie. sed in vna ꝑte materie. ⁊ ita recipit in materia partita. materia aūt nō ē partita nisi ꝑ quātitatē. ꝗ in materia ante omnem formam substantialez ponenda est ꝙtitas siue dimensio.

Conclusio secūda dimensiōes terminate sequūtur formas substātiales i materia ꝑticulari: q₂ scđm diuersitatē specieꝝ diuersificant magnitudies ⁊ paruitates ⁊ etiā forma. ꝗ dimēsiones terminate sequūtur formas ſpecificas. ⁊ quātitas termiata est quātitas ꝑfecta. sed accidēs quātū ad suū esse cōpletū cōseqtur esse cōpletū sui subiecti. subiectum aūt non habet esse cōpletum nisi per formam substantialem. igitur ⁊c̄.

Conclusio tertia materia nō est sepabilis a dimēsionibus intermiatis. q₂ omne qđ corrūpitur a suo cōtrario corrūpitur. ꝫ dimensiones intermiate nulli cōtrariant. ꝗ a nullo corrūpūt. ergo ⁊c̄ Itē si sic forma substātialis nō aduenirert alicui ꝑti materie ⁊ ita sequeret ꝙ nō esset multitudo indiuiduoꝝ in vna specie q̄ sunt incōueniētia. Ex istis sic determiatis dat Auerrois dr̄ias iter formas corpoꝝ celestiū ⁊ formas generabiliū ⁊ corruptibiliū. Prima dr̄ia est q₂ forme generabiliū diuidūtur ad diuisionē materie. nō aūt forme corporū celestiū. Alia dr̄ia est. q₂ forme generabiliū insunt materie mediātib⁹ dimēsionib⁹ intermiatis. nō aūt forme corpoꝝ celestiū. Tertia differētia est. q₂ forme generabiliū mouent ad motum suoꝝ subiectoꝝ vt aīa mouet motu sui corꝑis. sed forme celestium nō mouētur ad motū suorum subiectoꝝ. Ex istis infert ꝙ corꝑa celestia sunt ingn̄abilia ⁊ incorruptibilia. sed corꝑa iferiora sūt generabilia ⁊ corruptibilia. Et hec đ isto primo pūcto in quo breuiter fere cōtinent oīa q̄ dicit Auerrois de dimēsionibus interminatis.

Quantū ad scđm punctū sequēdo Auicennā ⁊ Albertū. Arguit primo sic cōtra positionē Auerrois. Phs habꝫ in p̄dicamētis ꝙ destructis primis substātijs ipossibile est aliqd alioꝝ remanere. ergo nō possunt remanere dimēsiones intermiate in materia post reꝝ corruptōnes. Secūdo sic in quito hui⁹ hētur ꝙ subiectū gn̄atōnis nō occupat locū. sed materia cū dimēsionib⁹ interminatis occupat locū. ergo ⁊c̄. Itē si dimēsiones intermiate p̄cedant formā substātialē in materia ⁊ dimensiones termiate sequant eā sequit ꝙ realit̄ distinguūt. ⁊ sic in eodē cōposito essent due latitudies ⁊ fieret penetratō dimēsionū qđ ē ipossibile. Itē si dimēsiones intermiate necessario reqrerent ad esse vł fieri rei naturalis deberēt poni pricipiū rerū naturaliū qđ esset cōtra Aristotelē. ergo ⁊c̄. Itez cōtra ip̄m possunt fieri incōuenientia ante oppositum. ⁊ ita Auicenna voluit ꝙ omne accidens sequatur cōpositum ⁊ materia ⁊ forma in gn̄abilibus nō t̄n negat quin sint aliqua accidētia ꝓpinqora materie ⁊ aliqua forme medio mō se habētia. Et h̄ de secūdo pūcto. Quantuꝫ ad tertiū punctū soluēde sunt rōnes Auerrois insequēdo positionez Auicēne ⁊ Alberti. Ad primā cōcedit ꝙ materia solū ꝺm se sumpta nō est diuisibilis. ꝫ tamē negat cōsequētia.

Ad secūdā cōcedit ꝙ maťia nuda sepata a qcūqꝫ forma nō est subiectū gn̄atiōis. sed materia accepta sub forma corporeitatis in qua est inchoatio forme acqsibilis ꝑ generatōez ⁊ aptitudo ad trinā dimensionē est subiectuꝫ gn̄atōnis. sed t̄n illa materia nō est quāta nec occupat locū scđm Auicēnā ⁊ Albertū. Aliter tamen respōdetur scđm sanctū Thomaꝫ vt postea videbitur. Ad tertiaꝫ dicit ꝙ oēs forme cōueniūt in dimēsionib⁹ ita ꝙ oēs forme naturales requirāt dimēsionē in materia in qua recipūtur. Ad quartā dicit ꝙ lꝫ quantitas nō habeat ꝯrīū ⁊ nō corrūpat ꝑ se corrūpit tamē ex ꝯsequēti ad corruptōez sui subiecti. ⁊ si sint alique alie rōnes facilit̄ possunt solui ꝑ ea q̄ dicta sunt. Quantuꝫ ad quartū punctū est aduertēduꝫ ꝙ qdā dixerit cōmētatorē Auerroim ꝑ dimensiones intermiatis nō intellexisse dimēsiones reales in ſpē ⁊ in numero existētes. sed dixerūt ꝙ ꝑ dimēsiōes intermiatas itellexit Auerrois dimēsiones i cōi abstractas ab hac dimēsiōe termiata vel illa hoc termino vel illo. ⁊ illo mō in dimēsionib⁹ sic i cōi acceptis ꝯueniūt generatū ⁊ corruptū ⁊ oīa naturalia corruptibiliū. Sꝫ h̄ expositio est cōtra mentē ipi⁹ auerrois qđ pꝫ ꝑ dicta ipi⁹ in plurib⁹ locis. Dicit eīn̄ auerrois i qnto hui⁹ ꝙ idē corp⁹ i numero manet i gēito ⁊ i corrupto. ꝗ voluit dicere ꝙ eadē dimensio in nūero sit materie prime ꝑpetua. Item

in ꝑrio de gn̄atōne dicit ꝙ idē sensibile ⁊ corporeitas man͂t in genito ⁊ corrupto. ⁊ in tertio de celo dicit ꝙ forma celestis nō vnit̄ materie mediātibus dimēsionibꝰ interminatis sicut forme gn̄abiles ⁊ corruptibiles. Ex q̊ p3 ꝙ isti sic exponētes positōez auerrois nō loquūtur scd̄m eiꝰ mētē. nā ꝑ dimēsiones interminatas ipe intellexit dimēsiones reales ⁊ inseꝑabiles a materia q̄ tn̄ non sunt termīate ad certam magnitudīez ⁊ ꝑuitatez nec etiaz ad certā figurā. Et iō fuerūt quidā alij q̄ positionē eius b̄ mō expositā voluerūt defendere arguētes sic. Si i materia nō esſ3 aliqua dimēsio iseꝑabilis ab ea seq̄ret̄ ꝙ augmētatio nō esſ3 possibilis. P3 ꝯsequētia q2 in augmētatiōne rei augēde solū aduēiret materia. sed materia scd̄m se est indiuisibilis. indiuisibile aūt additū alicui non reddit ip̄m maius. g̊ materia aduenies rei augēde nō augeret eā. iō dic̄ ph̄us primo de generatōe ꝙ augmētatio nō fit nisi adueniente aliquo corporeo Secūdo sic cū ex aere fit ignis forma ignis subito ⁊ in istanti introducit̄ in materia. q2 gn̄atio substātialis est momētanea. sed in primo istāti materia ignis est sub tota q̄titate ipius ignis. g̊ nisi in materia ꝓfuerit q̄titas sequtur ꝙ extensio q̄titatiua fieret in istāti. talis aūt extēsio ē ꝑ motū3 localez. ergo motꝰ localis fieret i instāti qd̊ est ipossibile. Tertio sic actus ⁊ potētia diuidūt ens ⁊ qd̊libet genus entis. ergo in quolib3 gn̄e ponēdu3 est propriū potentiale receptiuū actuū q̄ sunt in illo genere. sed ꝓpriū potētiale receptiuū actualis q̄titatis nō est aliud ꝙ quātitas intermiata. g̊ ponēde sūt dimēsiones interminate in materia ad hoc ꝙ recipiat̄ in ea quātitas actualis. ⁊ iste sunt ratōnes aliquoꝝ volentiū defendere positōem Auerrois quas soluere nō est difficile. ¶ Ad rōnes istas r̄ndet̄ sic. Ad primā dicit̄ ꝙ indiuisibile actu ⁊ potētia vt pūctū additū alicui nō reddit ip̄m maius. sed īdiuisibile actu diuisibile tamē in potētia additū alicui habēti ꝟtutē actiuā reducēdi potētiā talē in actu3 bene auget ip̄m. ⁊ ita est in augmētatōe. na3 materia panis vl̄ vini scd̄m ꝙ est in potētia ad formā carnis vel ossis addita viuēti habēti ꝟtutē faciēdi carnē vel os efficit̄ caro vl̄ os ⁊ auget Ad secūdam dicit̄ ꝙ cū ex aere fit ignis fit resolutio vsq3 ad materiā primā in illo instāti quo introducit̄ forma substantialis ignis i materia q̄ fuit aeris. ex ꝯsequēti ⁊ ꝯcomitanter ponit̄ quātitas nō ꝑ motū localē sed ꝑ quandā resultantiā vl̄ eductionē de potentia materie. nec prius recipit̄ q̄titas i vna ꝑte materie quā in alia. Ad tertiā dicit̄ ꝙ in solo genere substātie est ꝓpriū potētiale receptiuū actuū de genere substātie prio ⁊ ꝑ se ⁊ illud recipit formas accidētales ordīe quodā q2 cōpositu3 de genere substātie īmediate recipit quātitatez mediante qua recipit qualitates indistinctas. ⁊ ita in alijs generibꝰ a sb̄stātia nō o3 ꝙ sint ꝓpria receptiua ꝑtinētia ad illa genera. nā vt habet̄ i p̄dicamētis oīa sūt in primis substātijs aut dicūtur de ip̄is. Si tamē loquamur de potētia ⁊ actu solū rōne distantia sicut est genus ⁊ d̄ria sic in quolib3 p̄dicamēto inuenitur potentia ⁊ actus. Et hec de quarto puncto.

Quantum ad vltimū in quo respōdēdū est ad quesitū scd̄m mentē doctoris sancti sit cōclusio prima. In cōposito substantiali ex materia ⁊ forma nō est ponenda forma corporeitatis disticta ꝑ essentiā a forma specifica dante esse specificu3 q̄ quidē forma corporeitatis manet eadē in materia sub oībus formis specificis. Probatur q2 forma substantialis in hoc differt ab accidentali. quia dat esse simpliciter accidentalis vero scd̄m quid. forma etiā substātialis cōstituit suum subiectū in esse simpl̄r. sed forma accidētal̄ ecōtra cōstituit̄ inesse a suo subiecto. forma em̄ substātial̄ aduenit enti in pura potentia. accidētal̄ vero aduenit enti in actu ⁊ simpl̄r ⁊ in potētia scd̄3 q̄d. cū ergo forma corporeitatis sit forma substātial̄ ipa dat esse simplicit̄ ⁊ cōstituit suū subiectū in esse simpl̄r. sꝫ quod aduenit enti in actu est accidens. ergo alie forme superuenientes essent accidētia. ⁊ ita generatio non erit nisi alteratio ⁊ omnino destrueretur. Et si dicat̄ ꝙ esse simpl̄r pōt capi dupliciter. Vno modo vt esse simplicit̄ opponitur ad esse scd̄m quid quod est esse accidentale. ⁊ hoc modo forma corporeitatis dat esse simpliciter. i. a ꝙ non dat esse scd̄m quid. sed substantiale. Alio modo dicitur esse simpliciter quod est distinctum ⁊ determinatum vltima determinatione in natura ⁊ specie. ⁊ hoc modo forma corporeitatis que est forma generalis non dat esse simplicit̄. sed dat eē distinguibile ⁊ formabile ⁊ forme specifice dāt eē distictum ⁊ determiatū. Sed cōtra hoc quis replicabit, quia esse substātia

le in indiuisibile cõsistit. Assūptū p₃ q₂ illud
q̄d est p̄mū metrū ⁊ mensura oīm illoꝝ q̄ sūt
alicui⁹ ordinis necessario oportet illud eē mi
nimū ⁊ indiuisibile. al's nō eēt prima mensu-
ra imo adhuc eēt mensurabile. sed in ordine
entiū eē substantiale est primū metrū ⁊ men-
sura cuiuslibet alteri⁹ esse. ergo oportet ꝙ eē
substantiale sit minimū ⁊ indiuisibile. ⁊ hoc
est quod dicit Aristoteles. viij. methaphisice
ꝙ in substantijs species se habent vt numeri
sicut eñ in numeris additio vel remotio vni
tatis indiuisibilis variat speciē numeri. Ita
etiā in speciebus substantialib⁹ additio ꝑfecti
onis vel remotio ꝑfectionis variat speciem:
ita etiā eē substantiale nō potest variare ſm
esse ꝑfectum nisi mutet̄ species. ⁊ ita poīt do
ctor iste ꝙ eadē forma ſm rem ⁊ rationē mul
tiplex t̄n ſm virtutē ⁊ ꝑfectionē dat eē substā
tiale eē corporeū esse animatū eē sensitiuum
⁊ esse specificū. ⁊ indiuiduale. ⁊ oīa ista sunt
idē in eodē. In corruptōne aūt substātiali fit
resolutio vsq₃ in materiā primam:

Cõclusio secūda. Quelib₃ for-
ma substantialis inq̄ntū dat esse substantiale.
īmediate vnit̄ materie prime. Patet q₂ mate
ria de sua propria natura est potentia substā
tialis. sed potentia substantialis p̄mo ⁊ ꝑ se
⁊ directe respicit actū substantialem. ergo for
ma substantialis nō vnit̄ materie ꝑ medium
accidentale. ideo dicit ph̄s. ij. de aīa ꝙ nō est
querenda causa quare ex materia ⁊ forma fit
vnū ꝑ se nisi quia forma se habet vt actus. et
materia vt potentia ꝓpria eius. si eñ forma
substantialis vniret̄ materie ꝑ aliquod medi
um. si illud mediu₃ esset substantiale adueni
ret enti in actu. ⁊ ita eēt accidens. si v̄o esset
accidentale ex materia ⁊ forma nō fieret per
se vnum. ₰ sequerent̄ incōuenientia in princi
pio questionis illata.

Ex hac ꝯclusione sequit̄ conclu
sio responsiua ad. q. ꝙ in materia prima non
sunt ponēde dimensiones interminate prece
dentes forma₃ substantialem materie prime
coeterne. Probat̄. quia tales dimensiones s̄t
accidentia. ergo ex materia ⁊ forma nō fieret
vnū ꝑ se. sed per accidens. ⁊ sequerent̄ illa in
conuenientia in principio questionis illata si
ue adducta. Rationes aūt adducte ꝓ par
te Auicenne ⁊ alberti in presenti questione nō
soluunt̄. quia eoꝝ positio est satis probabilis
licet t̄n sint improbabiles vel solubiles facili
ter Sed ratōnes Auerrois solute sunt ⁊ incō
uenientia ꝑ ipm̄ adducta concedunt̄. si quis
tamen vellet sustinere positionē Auerrois ap
parenter posset soluere illa incōuenientia.
Et hec de primo Phisicorum.

Sequitur Liber secūdus.

Eoꝝ que sunt alia quidem sunt naturalia. alia v̄o ꝓpter alias causas.

diffinitio nāe

Circa secundū
librū phisicoꝝ q̄rit̄ primo.
vtrum diffinitio nature sit
sufficiēs ⁊ bn̄ assignata in
qua dicit̄. Natura est prin-
cipiū ⁊ causa mouendi ⁊ q̄
escendi ei⁹ in quo est primū ꝑ se ⁊ nō secundū
accidens. Et arguit̄ p̄mo ꝙ nō. q₂ natura est
q̄d absolutū q₂ d₂ de materia ⁊ forma. g̊ ma-
le diffinit̄ ꝑ p̄ncipiū ⁊ causā q̄ importāt respe
ctū. Secūdo p̄ncipiū ⁊ causa sūt idē. g̊ nu-
gatorie apponit̄ alteꝝ. Tercio celū nat̄al'r
mouet̄ ⁊ nō quiescit. g̊ male ponit̄ mouēdi ⁊
quiescēdi. Et ꝯfirmat̄ q₂ motus ⁊ quies ꝯtra
riant̄ g̊ natura nō ē p̄ncipiū q₂ ꝯtrarioꝝ ꝯtra
rie sunt cause ꝑ se. Quarto. grauia ⁊ leuia
mouent̄ ⁊ t̄n nō h̄nt intra se p̄ncipiū sui mot⁹
q₂ mouent̄ a generāte extrinseco g̊ male poīt̄
in diffinitōe ei⁹ in quo est. Quinto. animal
cadēs deorsū naturalr̄ mouet̄ ⁊ t̄n natura aīa
lis nō ē p̄ncipiū talis mot⁹. g̊ male dicit̄ p̄mū
Ultimo ꝑ se ⁊ nō ſm accidens idē sunt. g̊
nugatorie ponit̄ alteꝝ. In oppositū ē ph̄s
in p̄ncipio hui⁹ secūdi ponēs illā diffinitionē
dicēs. est igit̄ natura p̄ncipiū ⁊ causa mouēdi
⁊ q̄escēdi ei⁹ i q° ē p̄mū ꝑ se ⁊ nō ſm accidēs.

Pro responsione sciendum est
p̄mo ꝙ postq̄ ph̄s in p̄mo libro determinauit
de p̄ncipijs reꝝ naturaliū ſm ꝙ referunt̄ ad
eē ⁊ fieri ipi⁹ rei natural'. ꝯn̄r in h̄ secūdo deter
minat de ipisimet p̄ncipijs ſm ꝙ referunt̄ ad
scire. ⁊ q₂ cuiuslib₃ sciētie p̄ncipia s̄t s̄biectū ⁊
mediū ꝑ q̄ demōstrat̄ illa sciētia. ideo in h̄ se
cūdo lib̄. agit̄ de nat̄a tanq̄ de s̄biecto. ⁊ oñ
dit̄ d̄ q̄b⁹ sciētia nat̄al' h₃ ꝯsiderare. deinđ oñ
dit̄ d̄ q̄b⁹ causis d̄mōstrat̄ sciētia naturalis.

Pro quo sciendū est secundo ꝙ ſm Boetiū in libro de duab᷒ naturis. Natura dicit᷑ quattuor modis. vno mō dꝛ natura omne illō qđ cū sit q̇. quodāmō ab intellectu nostro capi pōt ⁊ hec ē cōīssima acceptio nature qꝛ cōp̄hēdit om̄e ens positiuū ⁊ dicit᷑ ꝙ cū sit ad excludendū negatōes ⁊ priuationes q̄ ꝓprie n̄ dicunt᷑ natura. ⁊ dicit᷑ quo quodāmodo ad denotandū ꝙ q̄daꝫ sunt entia q̄ ꝓpter maximā actualitatē nō possum᷒ intelligere vt sunt substantie sepate ⁊ alia sunt q̄ ꝓpter sui materialitatē cū difficultate intelligimus sicut motus tēpus ⁊ materia prima. Secūdo dꝛ natura magis stricte ꝑut tm̄mō cōprehendit substantiā. Et hocmō diffinit᷑ a Boetio. natura ē q̄ pōt agere vel pati. Tertio capit᷑ natura ꝓ pricipio intrīseco ꝑ se mouēdi ⁊ quiescēdi in rebus mobilibus ⁊ ħ mō capit᷑ in ꝓposito. Quarto capit᷑ natura ꝓ dr̄ia essentiali cōstitutiua spēi. ⁊ sic dicim᷒ ꝙ alia est naturra qui ⁊ alia hominis.

Sciendum est tertio. ꝙ natura addit supra rationes forme ⁊ materie q̄ sunt absoluta quendā respectū ad motū ⁊ opationē. ita ꝙ natura signat materiaꝫ ⁊ formā non vt sunt principia essendi absolute. sed vt sunt principia mouēdi ⁊ quiescēdi. ⁊ iō natura cōuenieter diffinit᷑ ꝑ hec noīa pricipiū ⁊ causa q̄ sunt respectiua. vn̄ ponit᷑ pricipiū eo ꝙ q̄daꝫ naturalia habēt in se cām efficiēteꝫ sui mot᷒ sicut sunt aīata: qꝛ ꝑ pricipiū ꝓprie intelligim᷒ cām efficientē. sed ponit᷑ cā qꝛ ī reb᷒ inaīatis nō est pricipiū actiuū intrīsecū mot᷒ sed solū pricipiū passiuum ⁊ formale. qꝛ nō mouet se effectiue. ⁊ iō natura nō dꝫ dici pricipiū illi᷒ mot᷒. Et dr̄nt pricipiū ⁊ cā sic sup̄i᷒ ⁊ īferi᷒ qꝛ mot᷒ de termio a quo est pricipiuꝫ mot᷒ ⁊ nō cā. Dicit tamē Alb̄. ꝙ ponit᷑ cā ꝓpter p̄uatōem q̄ nō est cā sui mot᷒ sed pricipiū. ħ tamē hoc nō videt᷑ cōueniens: qꝛ illa ꝑticula ꝑ se ⁊ nō ſm accidēs nō ꝯueīt priuatōni. deide dicitur mouēdi ⁊ quiescēdi: qꝛ illa q̄ naturalr̄ mouētur ad aliquē locū in eo naturalr̄ quiescūt. nā ꝑ eandē naturā ꝑ quā mouent᷑ ad aliqueꝫ locū ⁊ etiā quiescūt. imo magis naturalit᷑ q̇escunt in illo loco. ⁊ simil'r intelligendū est in quocūq꜆ motu naturali. nō est tm̄ ita intelligēdū ꝙ in omni eo qđ mouet᷑ naturalit᷑ sit pricipiū quietis. nā corp᷒ celeste naturalit᷑ mouet᷑ ⁊ tm̄ nō q̇escit naturalr̄. ⁊ iō qn̄ dicit᷑ mouēdi ⁊ quiescēdi li ⁊ debꝫ capi disiūctiue. vt sit sensus ꝙ in his q̄ naturalit᷑ mouent᷑ ⁊ naturalit᷑ quiescūt natura est pricipiū vtriusq꜆ scꝫ mot᷒ ⁊ q̇etis. ħ in his q̄ naturalr̄ tm̄ mouent᷑ ⁊ non quiescunt natura est tm̄ principium vt dicit san. Tho. Dicit tn̄ Alber. ꝙ motus celi non ē naturalis: q est a mouēte extrīseco qđ mouet ꝑ intellect. ⁊ volūtateꝫ. ideo motus celi magis debet dici intellectualis q̄ naturalis. Sed ad ħ r̄ndet san. Tho. ꝙ ad hoc ꝙ aliq̄s motus sit naturalis non requirit᷑ ꝙ sit a pricipio intrinseco actiuo ħ sufficit ꝙ sit a pricipio passiuo intrinseco naturalr̄ inclināte ad motū. Deide ponit᷑ in diffinitōe ei᷒ in quo est. ad differētiā reꝝ artificialiū q̄ inq̄tuꝫ hmōi non habēt in se pricipiū alicui᷒ mot᷒. Deide ponitur primū qꝛ q̄uis natura corpoꝝ mixtoꝝ sit pricipiū mot᷒ eoꝝ. nō tn̄ ē pricipiū primū vt cuꝫ aīal mouet᷑ deorsum nō moue naturalr̄ inquātū est aīal. sed ꝑ naturaꝫ elemēti predominātis. verūtamē natura animalis inquātū animal est pricipiuꝫ primo ⁊ ꝑ se alicuius alterius motus scꝫ motus ꝓgressiui ⁊ augmētationis. Vltimo ponitur ꝑ se ⁊ non scdm accidens. quā particulā declarat ph̄us in textu. quia q̄uis medicus se ipm sanet tamē est scdm accidens. nam accidit ei ꝙ sanatur ꝙ sit medic᷒. naꝫ infirmus per se sanatur ⁊ non medic᷒. ⁊ ideo sanatio ⁊ medicina quia coniūgūtur per accidens quādoq꜆ inueniūtur separata. sed natura ⁊ motus naturalis nunq̄ inueniūtur separata. vt nihil naturaliter mouetur sursum quin in eo sit leuitas ⁊ om̄e illud in quo est leuitas naturaliter ē mobile sursuꝫ.

Sciendū est quarto. ꝙ Entiuꝫ quedā sunt a natura vt animalia ⁊ partes eorū ⁊ plante ⁊ corpa celestia ⁊ elementa ⁊ mīxta inanimata vt lapis. Alia sunt que nō sunt a natura ħ ab alijs cāis puta arte cāu vl' a fortuna. ꝓ quaꝝ reꝝ dr̄ia ꝯcludit᷑ diffinitō nat᷑e

Ponitur conclusio prima. Entia naturalia differūt ab artificialib᷒ in hoc ꝙ naturalia habent principium sui motus intrisecū innatuꝫ. Artificialia vero inq̄tum hmōi nō. Hanc conclusionem probat ph̄us per inductionē. nam quedaꝫ mouentur naturaliter scdm locum vt leuia ⁊ grauia ⁊ corpus celeste. Quedam vero mouentur naturalit᷑ scdm augmentuꝫ ⁊ decrementū vt animalia ⁊ plāte. Quedā autem scdm alterationē vt corpa

simplicia. scꝫ elementa ⁊ mixta. sed ea q̄ non
fiunt a natura vt lectulus ⁊ indumentuꝫ ⁊c̄.
hmōi que sunt ab arte non habent in se prin-
cipiū alicuiꝰ motus innatū nisi scd̄m accidēs
ꝓpt̄o res naturales sūt materia ⁊ tota sub
stantia artificialium. nam cultellus inq̄tum
hmōi non habet in se principiū motus deor-
sum nisi scd̄m ꝙ est ferrens. Sed aliq̄s obiꝫ
ceret contra conclusionē. quia in generatōne
⁊ alteratōne corporū simpliciuꝫ motus vide
tur esse totaliter ab agente extrinseco vt cum
aqua calefit principium calefactōīs est ab gē
te extrinseco. ergo non videtur verum ꝙ na-
turalia differāt ab artificialibꝰ eo modo quo
dictū est. Propter hanc rationeꝫ Albertus di
cit ꝙ in mutationibꝰ corpoꝝ simplicium prin
cipiū actiuū motus est in eo ꝙ mouetur. nō q̄
dem principiū perfectū sed imꝑfectū qᵭ quo
quomodo adiuuat actionem agentis exterio
ris. Dicit enī ꝙ in materia est quedaꝫ inchoa
tio forme que vocatˀ priuatio que est ꝭm prin
cipiū nature. ⁊ ad hoc principio intrinseco ge
nerationes ⁊ alterationes corporū simpliciū
dicuntˀ esse naturales. Sed hoc impugnat
Thomas dupliciter. Primo sic. quia nihil a-
git nisi scd̄m ꝙ in actu. ergo predicta inchoa
tio forme cū non sit in esse ꝑfecto. sed est que
daꝫ aptitudo ad actū non potest esse princi-
pium motus aut generationis. Secūdo qꝛ
etiaꝫ si esset forma illa inchoatio cōpleta nō
posset agere in suum subiectum alterando ip
sum. qꝛ forma non agit sed cōpositum. qᵭ eti
am nō pōt alterare seipm̄ nisi in eo sint due ꝑ
tes. quarū vna sit alterās ⁊ alia alterata. Et
ideo ad obiectionē respōdet Thomas ꝙ ī re
bus naturalibus eo modo est principium mo
tus quo cōuenit eis motus quibus conuenit.
ergo mouere in eis est principium actiuū mo
tus. quibus aūt solum conuenit moueri in eis
est principium passiuum motus quod est ma
teria. que quidem materia est per se princi-
pium motus inq̄tū habet potentiaꝫ natura-
lem ad formam ⁊ motū. ⁊ ita facit motum na
turalem. ⁊ propter hoc factiones artificiales
non sunt naturales. qꝛ nō habēt naturalē po
tētiā neqꝫ ordineꝫ naturalē ad formas artifi
ciales sicut ad naturales. Et ita in grauibꝰ ⁊
leuibꝰ est pricipiū materiale ⁊ formale motꝰ
localꝭ: ꝭ ī ipis ē pricipiū ma͞tiale alteratōīs ⁊
gn̄atōīs. Ex ꝯclusione p̄cedēti īfert pħus cō
clusionē q̄ talˀ est. Natura ē pricipiū ⁊ cā. Et
etiā pꝫ. qꝛ naturalia differūt a nō naturalibꝰ
per h̄. ꝙ naturalia habēt naturā. Sed nō dif
ferūt a n̄ naturalibꝰ nisi qꝛ hn̄t pricipiū motꝰ
⁊ quietis primū ꝑ se ⁊ nō ꝑ alteꝝ. g̃ natura est
principiū ⁊ causa ⁊c̄. Et sic pꝫ ꝙ diffinitio na
ture est bene assignata.

Dubitatur primo quomō diffe
runt habēs naturā ⁊ ens scd̄m naturā. R̄. ꝙ
habēs naturā est cōpositū ex materia ⁊ for-
ma qᵭ hꝫ in se principiū naturaliter motus:
Sed ens scd̄m naturā dicitur duobus mōīs
Uno mō idē est qᵭ habens naturā. Alio mō
dicitˀ ens scd̄m naturā quod īmediate seq̇tur
naturā rei vt ferri sursuꝫ cōuenit igni scd̄m na
turam eius. ⁊ ita accidētia ⁊ proprietates na
turales consequentes naturas rerū naturali-
um dicuntˀ entia naturalia scd̄m naturam.

Dubitatur secundo. An natu-
ram esse sit demōstrabile. R̄n̄det pħs ꝙ non
quia manifestū est ad sensuꝫ multa entia hr̄e
in seipis pricipiū sui motus. ⁊ ita manifestū
est nobis naturā esse. qꝛ natura est pricipiuꝫ
motus. sed ridiculuꝫ est demōstrare illud qᵭ
est nobis notū. hoc enī esset signuꝫ hois non
potentis iudicare inter per se notū. ⁊ nō ꝑ se
notū. qꝛ accipit illᵭ qᵭ est ꝑ se notū tanq̄ nō
ꝑ se notū ⁊ esset similis ceco qui vellet aliq̇d
silogisare de coloribus cū tn̄ nō possit intelli
gere q̇d rei colori lꝫ bn̄ possꝫ hr̄e q̇d nois.

Ad rationes ante oppositum
Tres prime soluuntˀ ex dictis. Et ad cōfirma
tionē tertie dicendū est ꝙ quies in termio ad
quē nō cōtrariatur motui q̇ est ad illū termi-
nuꝫ. modo natura est principium motus illiꝰ
quietis ad quem tendit ⁊ termīatur talis mo
tus ⁊ non quietis que erat in termino a quo.
qui bn̄ cōtrariatur motui. Quarta etiā ⁊ q̇n
ta soluuntˀ ex dictis. Ad vltimaꝫ dicitˀ ꝙ ibi
subditˀ ⁊ nō scd̄m accidēs eo ꝙ per se est eq̇-
uocū. nā quādoqꝫ per se capitur prout oppo-
nitˀ ad per aliᵭ siue ꝑ alterū. ⁊ qn̄qꝫ prout op
ponitˀ ad ꝑ accidēs. vt scꝫ ꝑ se idē ē ꝙ essen-
tialiter. ⁊ iō ad denotandū ꝙ in diffinitōe na
ture accipitˀ ꝑ se vt opponitˀ ad per accidēs
⁊ nō vt opponitˀ ad per aliud dicitˀ ꝑ se ⁊ nō
ꝭm accidēs. ⁊ ita li ⁊ pōt ibi teneri expositiue
Sequitur in textu. Uidetur autē na
tura ⁊ substantia corporum

Queritur secundo. vtrum for-

ma sit magis natura ꝙ̄ materia. Arguitur ꝙ nō. q͛ sicut est in artificialibus ita est in naturalibus. nam ars imitatur naturā inꝙ̄tum pōt. sed ī rebus artificialibus materia est tota substantia ⁊ tota natura carū. ergo etiā materia est tota substātia ⁊ natura reꝝ naturaliū.

Ad oppōitū est pħs in secūdo cap. huius dicēs ⁊ mag͛ hec scʒ forma natura ē ꝙ̄ matia ⁊ subdit rōem. Unūquodqȝ tūc d͛ magis eē cū endelichia sit id est actus ꝙ̄ potētia.

Pro responsione sciendum est

primo. ꝙ postꝙ̄ pħs ostēdit quid est natura consequenter ostendit quot modis dicitur natura ⁊ de quibus dicitur natura.

Pro quo sciendum est secundo

ꝙ antiqui pħi vsqȝ ad cognitōeʒ materie prime peruenire nō potētes vt sepe dictū est aliqñ ponebāt aliquod corpus sensibile vt puta ignē vel aerem vel plura eorū esse materiam primā oīm rerū ⁊ esse ens in actu. ⁊ sic sequebat͛ ꝙ oēs forme aduenirēt materie prime tāꝙ̄ alicui existēti in actu. ⁊ ꝑ cōsequēs ꝙ oēs forme se haberēt ad materiā primā vt accidētia ad substātiā ⁊ ꝙ materia esseʒ tota natura rerū naturalium ⁊ tota substātia. accipiētes eñ totaʒ similitudinē de rebus naturalib⁹ sicut de artificialib⁹ in q̊bus forma artificialis adueniens materie existēti in actu est accidēs ⁊ ꝑ cōsequens in artificialib⁹ materia est tota substantia. ⁊ forma artis est accidēs. qd̄ ostēdebat antiphon per qd̄dam signū. q͛ si q̄s ꝓiciat lectulū in terrā ⁊ lectulus putrefiat ⁊ accipiat vim germinandi non generat lectuluʒ sed lignū. cū ergo natura sit vis insita rebus ex similibus similia procreans. ⁊ sit etiam ex qua pullulans pullulat ⁊ illud quod permanet dicitur substantia rei cōcludebat antiphō ꝙ lignum est tota substantia ⁊ natura lectuli ⁊ per cōsequēs cōcludebat ꝙ oīs dispositio siue forma q̄ est scd̄m quācūqȝ legē rōnis aut ₰m artē sit accidēs. ⁊ illud qd̄ manet sit substātia q̄ cōtinue patit͛ hmōi formaꝝ mutationē. Et ex h̄ descēdebat ad naturalia ꝙ sic artificialia se hñt ad materiā puta sic lectul⁹ se hʒ ad lignū ita naturalia se hñt ad materiaʒ puta es ⁊ auꝝ ad aquā ⁊ lignū ad terrā. q͛ lignū resoluit͛ ī terrā. ⁊ auꝝ ī aquā. g̊ sic lignū ē tota substātia lectuli ita etiā aqua ē tota sb̄stātia eris ⁊ auri. ⁊ terra tota sb̄a ligni. Et h̄ ē vna dr̄ia quā ponebāt ātiqui q̄ īter materiā ⁊ formā dicētes materiā ⁊ formā differre scd̄m sustantiaʒ ⁊ accidens. Ponebant etiā aliam differentiā. dicebant eñ materiaʒ ⁊ formam differre scd̄m perpetuum ⁊ corruptibile. nam ponebant vnū elementū esse vnū principiū. ⁊ dicebant illud esse perpetuum ⁊ intransmutabile scd̄m se. sed omnia alia dicebant transmutari infinicies circa hmōi principium vel principia. ⁊ ita ponebant materiam esse ī corruptibilē ⁊ formā corruptibilē. Unde illi qui ponebāt aquā esse pricipiū dicebāt eaʒ nunꝙ̄ corrūpi. sed alia vt puta es ⁊ auꝝ quoꝝ ē tota substantia dicebant infinicies corrūpi.

Sciendum est tertio. ꝙ opinio

antiquoꝝ ꝙ̄tum ad aliquid ē vera ⁊ ꝙ̄tū ad aliquid est falsa. nam ꝙ̄tum ad hoc ꝙ ponebant materiam esse substantiaʒ. ⁊ naturā reꝝ naturaliū vera est. q͛ materia prima intrat cōstitutōeʒ cuiuslibʒ rei natural͛. Sʒ ꝙ̄tuʒ ad h̄ ꝙ ponebant eaʒ esse totā substātiaʒ rerū naturaliū ⁊ oēs formas esse accidētales falsa ē q͛ vt alias dictū est materia prima ē pura potētia ad esse substātiale. iō non est nisi ꝑs sb̄stātie rei ⁊ ē ī actu sb̄ali ꝑ formā sb̄alem.

Ex hac opinione antiquorum pħus accipit hanc conclusionem.

Cōclusio prima. scʒ ꝙ materia

est natura. Patet cōclusio ex positōne ātiquorū que nō pōt esse ex toto falsa eo ꝙ oēs concorditer dixerunt. non tamē in hoc ꝙ dixerūt eam esse totaʒ substantiaʒ rerū. Item probatur conclusio ex diffinitione nature pri⁹ posita. nam materia est principium ⁊ causa. igitur materia est natura.

Conclusio secunda Forma est

natura. Probatur tribus rationibus textus. Pria ē sic ars ē illud scd̄m ꝙ aliq̇d d͛ eē ₰m artē ⁊ artificiale. ita natura d͛ illd̄ ₰m qd̄ aliq̇d d͛ esse scd̄m naturā ⁊ naturale ₰ nihil d͛ esse scd̄m artem. ⁊ artificiale donec hēat formā artis: vt lignum dum adhuc est in potentia ad formam lectuli non dicit͛ lectulus. g̊ a simili nihil diceretur naturale ⁊ scd̄m naturā donec habeat formā nature. ⁊ per cōsequēs forma est natura. Unde illud qd̄ ē in potētia caro vel os non dicit͛ caro vel os donec habeat formaʒ carnis vel ossis scd̄m quam formā sumit͛ ratio diffinitiua rei per quā scimus quid est caro vel os sic igitur pʒ ꝙ forma est

natura rerum naturalium. que quidez forma licet nō sit sepabilis ſm esse a materia. tñ est sepabilis ab ea ſm rationē. sicut em̄ priuatio est vnū subiecto cū materia sed differunt rati ne ita materia ⁊ forma faciūt vnū ſm rem. ſʒ tñ differūt ratione. nā nisi forma distingueret̃ ſm rationē a materia nō esset alius ⁊ aliꝰ modus quo materia dicit̃ natura ⁊ quo forma dicit̃ natura. Et qꝛ aliq̇s posset credere ꝙ q̇a materia dicit̃ natura ⁊ etiā forma ꝙ etiā compositū posset dici natura. cū natura videat̃ dicere substantiā rei. ⁊ substantia dicat̃ de composito ex materia ⁊ forma. ideo dicit phs ad excludendū h̄ ꝙ cōpositū ex materia ⁊ forma nō est natura. qꝛ natura habet ratōnē ꝑncipij compositū ṽo rationē principiati. modo compositū nō est natura ſʒ est aliquid existens a natura vel habēs naturā. Secunda ratio ex hoīe fit homo ⁊ ex lectulo nō fit lectus cuz igit̃ ſm antiquos lignū dicat̃ natura lecti ⁊ n̄ forma eiꝰ ꝓpter hoc ꝙ lignū redit ꝑ generationē ⁊ nō forma. sequit̃ ꝙ cum ex homine fit homo. ⁊ forma hominis ꝑ generationē aduenit ꝙ forma hoīs est natura. Et ita dicenduz est d̄ oībus alijs formis naturalibus que aduenīūt ꝑ generationē. Tercia ratio. generatio passiua vocat̃ natiuitas siue naturalis. Sed hoc nomē natiuitas natura vocat̃ eo ꝙ est via in naturam generis ⁊ cum generatio passiua sit via ad formam sequit̃ ꝙ forma sit natura. Est aduertendū tñ circa hoc. qꝛ differētia est inter actiones ⁊ passiones. qꝛ actiones denominant̃ a principijs actiuis. Passiones ṽo a principijs passiuis vt medicatio q̄ ē actio nō dicit̃ via in medicinā ſʒ dicit̃ a medicina. Sed sanatio que est passio est via in sanitatez tanꝙ terminū. ⁊ ideo bene dicebat̃ ꝙ generatio passiua denomīat̃ a termīo ad quē ⁊ cū ille terminus sit forma ⁊ hmōi generatio passiua dicat̃ natiuitas a natura sequitur formam esse naturam.

Cōclusio tercia. forma est magis natura ꝙ̄ materia.

Ista ꝯclusio probatur qꝛ vnūquodqꝫ dicit̃ magis natura ſm h̄ quo aliquid est in actu ꝙ̄ ſm id quo aliquid est in potentia. Sed aliquid dicitur esse in actu ꝑ formā ⁊ solū in potentia ꝑ materiaz. ergo forma est magis natura ꝙ̄ materia.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā dicendū est ꝙ nō est omnino simile. quia in artificialibus materia est tota substantia. forma ṽo artificialis que est ab arte n̄ est nisi accidens. ideo in ip̄is materia est perfectior ps ⁊ magis dicitur substantia ꝙ̄ forma. sed oppositū est in naturalibus. quia materia rei naturalis ſm se est pura potentia de se nullum actum habens ⁊ forma est eiꝰ substantialis actus ⁊ essentialis perfectio. Sequitur in textu. Quando aūt.

Querit̃ tercio vtꝝ phisica differat a mathematica.

Arguit̃ ꝙ nō rationibꝰ textus. quecunqꝫ scientie considerant eadem subiecta ille sūt eedem vel vna est pars alterius ſʒ mathematica ꝯsiderat corꝑa suꝑficies longitudines ⁊ puncta ⁊ eadem considerat phisica eo ꝙ corpora naturalia habent suꝑficies lineas ⁊ puncta modo oportet ꝙ phisica consideret de omnibus que sunt in corporibus naturalibus. ergo scientia mathematica ⁊ phisica sūt vna scientia vel vna est ps alterius. Secūda ratio ad quācunqꝫ scientiaz ꝑtinet considerare substantias ⁊ naturas aliquaꝝ reꝝ ad eandē ꝑtinet considerare accidētia illaꝝ rerum. sed ad phisicum ꝑtinet considerare substantiā ⁊ naturā solis celi ⁊ lune ⁊ alioꝝ astroꝛuz eo ꝙ sūt corpora naturalia. ergo ad phisicū ꝑtinet determinare accidētia ꝑ se ipoꝝ. sed talia accidentia sūt qualitates motus ⁊ figure de quibus ꝯsiderat astrologia q̄ est pars mathematice. ergo in phisica ⁊ mathematica eadē cōsiderant̃ ⁊ ꝑ ꝯn̄s non differūt.

In oppositū est phs in secūdo cap. huius secūdi in quo postꝙ̄ ostendit quid est natura ⁊ de quibus dicit̃. Consequenter ostendit de quibus considerat scientia naturalis ostendēdo ꝑmo quomodo phisica differt a mathematica ⁊ de hoc videbit̃ in p̄nti q̄stione.

Pro quo sciendum est primo.

ꝙ multa sunt coniuncta ſm rem quoꝝ vnum non est de intellectu alteriꝰ. vt albū ⁊ musicū in vno subiecto coniungunt̃. ⁊ vnū nō est de intellectu alteriꝰ. ideo potest vnum ab alio separari ⁊ h̄ est vnū ꝑ intellectū ab alio abstrahi. Vñ qꝛ posteriora nō sunt de intellectu prioris ſʒ ecōuerso. iō suꝑiora p̄nt intelligi sine inferioribus. nō oportet tñ econuerso lʒ tamē nō habeant esse nisi in suis inferioribus. ⁊ dū aliquod suꝑius sine inferiori intelligitur dicit̃ ab inferioribus abstrahi ſm intellectum. ⁊ h̄ modo dicuntur vniuersalia abstrahi a suis

singularibus, ⁊ iste ordo obseruat᷑ etiã in accidentib⁹ ꝑ respectũ ad subiectũ. vñ q꞉ inter accidentia q̃ adueniũt substãtie materiali ꝑmo inest q̃titas ⁊ postea q̃litates sẽsibiles ⁊ actiones ⁊ passiões ⁊ mot⁹ q̇ hmõi q̃litates insequũtur. ideo q̃titates in suo intellectu nõ includũt qualitates sensibiles neq꜋ accidentia. q̃ ipas q̃litates consequunt᷑. includit tñ q̃titas in suo intellectu substantiã materialẽ q̃ ẽ prior ipa q̃titate ⁊ sibi subiecta. Ex quo patꝫ ꝙ quãtitas potest intelligi sine materia sensibili. nõ tñ sine materia absoluta. Vñ sic intelligere q̃titatẽ sine materia sensibili ⁊ motu ẽ ipam abstrahere a meteria sensibili ẜm intellectũ licꝫ nõ ẜm eẽ. ⁊ vt habet textus nihil in hoc differũt q̃tũ ad veritatẽ ꝯsideratõis. nã licet q̃titates ⁊ accidẽtia q̃ ipaꝫ insequunt᷑ ꝑ se nõ sint sepata a materia sensibili. tñ bene ẜm rationẽ vñ abstrahentiũ nõ est mendaciũ q꞉ nõ sic abstrahũt q̃titatẽ vt eaꝫ ponãt ext᷑ materiã sensibilẽ. ẜ sic eã abstrahunt a materia sensibili ꝙ sine cõsideratõne sensibilitatis ipaꝫ ꝯsiderãt: ⁊ fit ista abstractio ꝑ ꝑmã opationẽ intellectus q̃ est simpliciũ apprehẽsio.

Ex istis patꝫ ꝙ diuersimode phisicus ⁊ mathematicus q̃titatẽ ⁊ ei⁹ ꝑ se accidẽtia considerant. nã mathematicus eã ꝯsiderat ẜm ei⁹ simplicẽ essentiã ⁊ formã. Phisicus v̊o ꝓut ẽ terminus corꝑis naturalis naturalit᷑ accepti ⁊ ita eã ꝯsiderat ꝓut est subiecta qualitatib⁹ sensibilibus motibus actioni ⁊ passiõi. ¶ Ex quibus ptꝫ ꝙ phisicus ⁊ mathematic⁹ in subiecto ꝯueniunt. Sꝫ differũt in ꝑdicatõe. Mathematicus eñ de corꝑe inquirit an sit rotundũ rectũ. ⁊ sic de alijs. Phisicus v̊o an sit calidũ frigidũ. ⁊ sic de alijs. ꝑ diuersa etiã media ad eãdẽ ꝯclusionẽ ꝓbandã ꝓcedit phisicus ⁊ mathematicus. hãc eñ ꝯclusionẽ terra est rotunda demõstrat astronomus ex motu celi ⁊ astroꝝ. Phisicus v̊o ex motu grauium

Ex ꝑdictis excludit pħs errorẽ Platonis q̃ credebat ea que ẜm intellectum possunt abstrahi etiã ẜm esse posse abstrahi. ꝓpter q̊d posuit nõ solũ entia mathematicalia eẽ a corporibus ẜm rem ⁊ esse abstracta. imo etiã posuit vniuersalia phisica vt genera ⁊ species esse abstracta ẜm esse a singularibus eo ꝙ scientia phisica est de vniuersalibus. ⁊ talia vniuersalia vocabat ydeas vt al̕s dictũ fuit. Ex omnibus dictis patet.

Conclusio responsiua ad quesitũ.

Phisica differt a mathematica. Probat pħs duplici rõne q̃ꝝ prima est. Diffinitio est mediũ demonstrationis que facit scire oportet ergo illas scientias differre inter se q̃ diuersimode diffiniũt. ẜ phisica ⁊ mathematica diuersimode diffiniũt, igit᷑. Minor patꝫ. q꞉ entia mathematicalia vt numerus par vl̕ impar linea rectum curuũ figura ⁊ hmõi diffiniunt᷑ sine motu ⁊ materia sensibili. Naꝫ si materia sensibilis in diffinitõe linee vel recti poneret᷑ vtpote lignũ vl̕ auꝝ talis diffinitio nõ cõpeteret recto ⁊ linee que essent in alia sensibili materia vtpote in ere vel in cupro. modo diffinitio debet cõpetere omni contẽto sꝫ diffinito, sed etiã naturalia vt homo equ⁹ caro es lignũ lapis ⁊ hmõi diffiniunt᷑ cũ motu ⁊ materia sensibili. ꝓpter q̊d dicit pħs in ꝑsenti capitulo ꝙ phisica ⁊ mathematica differũt sicut simum ⁊ curuũ. nam in diffinitõne simi ponit᷑ subiectũ sensibile q̊d est nasus. Est eñ simus nasus curuus. ⁊ ideo simitas nõ inuenit᷑ in alio subiecto q̃ in naso. ẜ in diffinitõne curui nõ ponit᷑ aliquod subiectũ sensibile ideo potest inueniri curuũ in q̃cunq꜋ materia sensibili indifferẽter. ideo curuũ est cuius mediũ exit ab extremis. Secũda rõ scientie medie inter phisicã ⁊ mathematicã vt sũt ꝑspectiua ⁊ musica ⁊ astrologia distinguunt᷑ a mathematica ꝑ hoc ꝙ conueniũt cũ phisica. ⁊ a phisica ꝑ hoc ꝙ ꝯueniũt cũ mathematica, g̃ a fortiori phisica ⁊ mathematica differũt. Sed quereret aliq̊s vtrũ hee sciẽtie ꝑdicte medie debeant dici magis phisice q̃ mathematice. Rñdit pħs ꝙ sic. nam licet demonstrẽt ꝑ ꝑ̇ncipia mathematicalia. quia tñ vnumquodq꜋ denominat᷑ a fine ⁊ habet spẽm a termĩo ad quẽ. ideo cũ hmõi sciẽtie medie applicent entia mathematicalia ad res naturales iõ magis debent dici naturales q̃ mathematice. Aliqui tñ distinguunt dicẽtes ꝙ iste possunt considerari ex ꝑte ꝑ̇ncipioꝝ ex q̊bus demonstrant aut ex ꝑte generis subiecti. Primo modo debent mag̾ dici mathematice q̃ phisice. q꞉ demõstrãt ꝑ ꝑ̇ncipia mathematicalia. Sꝫ secũdo modo debẽt dici magis phisice q̃ mathematice.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primã dicit᷑ ꝙ, dictũ est ꝙ licet ille sciẽtie de eodẽ materialiter considerent non tñ formaliter. modo formalis differẽtia obiecti sufficit diuersificare sciẽtias, ⁊ sic similiter dicen

dum eſt. Ad ſecũdaȝ. Vñ licet aſtrologia ⁊ phiſica iſtã ꝯcluſionẽ ſcȝ terra ẽ ſperica de monſtrent. h tñ eſt ꝑ diuerſa media. Seqꝛ tertius Quoniã aũt natura duplex ⁊c.

Queritur quarto vtruȝ phiſicus habeat ꝯſiderare materiã ⁊ formã. Et arguitur primo ꝙ nõ. qꝛ materia ⁊ forma ſũt ꝑtes entis. ſed eiuſdẽ ſciẽtie eſt ꝯſiderare ſubiectũ ⁊ ꝑtes eius. ergo debent a methaphiſico cõſiderari qui habet ꝯſiderare ens ⁊ ꝑtes entis. Secũdo ſic. ſi phiſica ꝯſideret materiã vel cõſiderat oẽm. vel aliquã ⁊ aliquã nõ. nõ oẽm. qꝛ dicit Auicẽnna ꝙ phiſica eſt de materia aliqua. nec aliquã ⁊ aliquam non. qꝛ vt arguit Auerrois ꝯtra Auicennã ſi eſſet vniuerſalis ars methaphiſica ipa ꝯſideraret oẽȝ materiã methaphiſicoꝝ. ergo cũ phiſica ſit vniuerſalis ſcientia oĩm naturaliũ ⁊ ꝑ cõſequẽs nõ conſiderat aliquã materiã ⁊ aliquã nõ. Ad oppoſitũ eſt phs in. iiij. capitulo primi tractatus huius ſecũdi libri.

Pro reſponſiõe ſciẽdum eſt primo. ꝙ poſtꝙ phs poſuit differentiã inter phiſicã ⁊ mathematicã. Conſequenter circa cõſideratõeȝ phiſicam mouet duas queſtiões. quaꝝ prima eſt. Vtꝝ conſideratio phiſica ſit tm̃ de materia vel de forma tm̃ vel de vtroꝗ. Secũda eſt ſuppoſito ꝙ phiſica ꝯſideret vtrũlibet. vtꝝ ſit eadẽ ſcientia que cõſiderat de vtroꝗ vel vna ꝑs ſcientie cõſiderat de forma ⁊ alia de materia. Et circa has dubitationes dicit phus ꝙ ſi quis aſpiciat ad dicta antiquoꝝ ⁊ eis credat videbitur ei ꝙ ſcia naturalis nõ ſit niſi de materia. qꝛ nihil tractauerunt de forma vel modicũ ſicut eã parũ tetigerunt. Democritus ⁊ Empedocles inꝗtũ poſuerãt aliquid fieri ex mixtis ſm aliquẽ determinatũ modũ mixtionis vel aggregationis. Sȝ aliter reſpondet Tho. ad has dubitatõnes.

Concluſio reſponſiua ad queſitũ. Scientia naturalis habet ꝯſiderare materiã ⁊ formã. Probatur duabus rationibꝰ. Prima eſt: ſcientia naturalis cõſiderat de natura ſed natura dicitur de materia ⁊ forma. igitur ⁊c. Secũda ratio. cõſideratio naturalis differt a mathematica eo ꝙ cõſideratio naturalis ẽ conſideratio ſimi. ⁊ ꝯſideratio mathematica eſt cõſideratio curui. ſed ſimus materiã ⁊ formã comprehendit. ergo ⁊c.

primo ꝙ ph̄s volēs iuestigare diffinitōeꝫ fortune ponit tres diuisiones q̄ sumuntur ex ꝑte effectuū. ⁊ vnā q̄ sumit ex ꝑte cause Est igit prima diuisio ꝙ eoꝝ q̄ fiūt. quedā fiūt sꝑ vt sunt motus astroꝝ. quedā vero fiūt vt frequēter sic hō nascit frequēter cū quinq; digitis in vna manu ⁊ neutrū fit a casu vl' a fortūa. Sꝫ ꝓter h̄ quedā fiūt ī paucioribꝰ sic ꝙ hō nascit cū sex digitis vel sine oclis. ⁊ oīa hmōi dicūt fieri a fortuna. Ex quo īfert ph̄s ꝯtra primā opinionē de fortuna ꝙ fortūa aliq̊d ē. Patet q: esse a fortuna ⁊ esse vt in paucioribꝰ ꝯuertunt. mō manifestū est aliq̊d fieri vt ī paucioribꝰ. iō aliqua fiūt a fortuna. Et si arguat contra hāc diuisionē. q: Aristoteles dimisit ea q̄ eueniūt ad vtrūlibꝫ que medio mō se habēt inter ea que fiūt frequēter ⁊ raro. igit diuisio est insufficiens. Patet solutio ex dictis in ꝑcedēti q̄stione. Dictū est eīm ꝙ nihil euenit ad vtrūlibet. Secūda. diuisio eorū que fiūt quedā fiunt propter fineꝫ determiatum quedā vero nō. Sed cōtra istaꝫ diuisionē argueret aliq̊s q: om̄e agēs agit ꝓpter fineꝫ suuꝫ siue agat per naturā suā siue per intellectū. Ad hoc respōdet ꝙ Aristoteles dicit non ꝓpter fineꝫ fieri illa que nō fiūt propter finem deliberatū sicut cōfricatio barbe vl' aliq̊d hmōi qḋ aliq̄n absq; deliberatōe. sed sola imaginatōne mouente fict. ideo nō habēt finē deliberatū. sed solū imaginatū. Uel r̄ndetur alit ꝙ ph̄us dicit nō ꝓpter fineꝫ fieri ea que ꝓpter se fiūt ⁊ non ꝓpter aliud ꝑ ꝙto in seipis habēt honestatē vel delectatōeꝫ ꝓpter quam scḋm se ipsa placent ⁊ non ordinantur ad alium finē.

Tertia diuisio est eoꝝ que fiūt ꝓpter fineꝫ determiatū quedā fiūt ab agēte scḋm ꝓpositū qḋ est agēs ꝑ intellectū ⁊ voluntatē. alia vero fiūt a natura sicut ab agēte naturali cōprehendēdo sub illo om̄e illḋ qḋ agit modo nature scꝫ nō deliberādo. ⁊ sic sub natura cōꝑhendit aīa vegetatiua ⁊ aīa sensitiua ī brutis Ex quo pꝫ ꝙ iste tres diuisiones ꝑcedētes se inuicē includūt. nā illa q̄ fiūt a ꝓposito vl' a natura fiūt ꝓpter finē. ⁊ ea que fiūt ꝓpt finē fiunt semꝑ aut frequēter Quarta diuisio q̄ sumit ex ꝑte cause ē ꝙ cārū q̄dā sūt ꝑ se ⁊ q̄dam ꝑ accidēs. sicut domificator est ꝑ se cā domꝰ. ſ; albū musicū est cā ꝑ accidēs.

Pro quo sciendum est secundo

ꝙ duplr̄ ḋr cā ꝑ accidēs. Uno mō ex ꝑte cāe ꝑ se ⁊ n̄ ē de rōe illiꝰ respectu cuiꝰ ḋr cā ꝑ accidēs. vt pꝫ in exēplo tradito. Alio mō ḋr cā ꝑ accidēs ex ꝑte effectꝰ qn̄ scꝫ aliq̊d accidētalit ꝯiūgit effectui ꝑ se vt si diceret ꝙ edificator ē cā discordie. q: ex domo fctā accidit discordia. Et h̊ mō casus ⁊ fortūa dicūt cāe ꝑ accidēs. ⁊ nō primo mō ꝑ ꝙto. scꝫ effectui ꝑ se cōiūgit aliq̊d ꝑ accidēs. vt si q̊s fodiat sepulcrū fossio sepulcri est ꝑ se intēta, ⁊ si ꝑ accidēs iū

gaꝛ ĩuẽtio thesauri in terra: tũc fodiẽs sepul
crũ ẽ cã ꝑ accidẽs ⁊ fortuna iuẽtõis thesauri

Sciendum est tertio. ꝙ sicut ef-
fectus ꝑ se cause naturalis est qui sequiꝛ ꝫm
exigẽtiã sue forme. ita effectus ꝑ se cause a-
gẽtis scđm ꝓpositũ est qui cõsequiꝛ ex inten-
tõne agẽtis. ⁊ q̇cquid euenit ꝑter intentionez
agẽtis est ꝑ accidẽs. Et hoc intelligendũ est
ꝙ si illud qđ ẽ preter intentionẽ raro ⁊ i pau-
cioꝛib⁹ adiũgaꝛ effectui ꝑ se intẽto. nã si aliq̇d
sꝑ aut frequẽter adiungaꝛ alicui effectui ꝑ se
intẽto tũc cadit sub eadẽ intẽtõe cũ illo effe
ctu. tãtũ ẽ eñi dicere ꝙ aliq̇s intẽdat aliquẽ ef
fectũ ⁊ ignoꝛet illud qđ vt sempꝛ vel frequenꝛ
adiungitur tali effectui. sicut si aliquis velit
labo[illegible]e in caloꝛibus ⁊ non velit sudare.

Sciendum est quarto. ꝙ differẽ-
tia ẽ inter causaz ꝑ se ⁊ cãm ꝑ accidẽs. q꞉ cã ẽ
ꝑ se finita ⁊ determinata eo ꝙ oĩs cã ꝑ se agit
scđm vnã determiatã formã vel naturalẽ si sit
cã naturalis. vl' intellectualẽ si sit cã agẽs ꝫm
ꝓpositũ. Sed causa ꝑ accidẽs est infinita ⁊
indeterminata eo ꝙ infinita sũt q̃ vni accidũt
vl' accidere possunt. imõ quicq̇d accidit cãe ꝑ
se ⁊ nõ est de rõe eius ẽ cã ꝑ accidẽs respectu
cãe per se. Ex istis diuisionib⁹ cõcludit phs
diffinitõez fortune. dicẽs ꝙ fortuna est cã per
accidẽs in hijs q̃ fiũt scđm ꝓpositũ ꝓpter fi
nẽ in minoꝛi ꝑte vel diceret ꝙ fortuna est cã ꝑ
accidẽs in cõtingẽtib⁹ q̃ fiũt in minoꝛi ꝑte ꝫm
ꝓpositũ eoꝝ q̃ fiũt ꝓpter aliq̇d. id est ꝓpꝛ ali
quẽ finẽ. Ex quo infert phs ꝙ fortũa ⁊ intel
lect⁹ circa idẽ v̇santꝛ. q꞉ illis cõtingit agere a
fortũa q̃ agũt scđm ꝓpositũ. ꝓpositũ aũt si
ue volũtas nunq̃ est sine intellectu. ⁊ q̃uis so
lũ ea q̃ habẽt intellectũ agãt a fortũa. tamẽ q̃
to aliq̇d subiacet intellectui tãto minus subij
citur fortune. Ex quo potest inferri ꝙ intel-
lectui diuino q̃ oĩa nouit nõ subest fortuna.

Sciendum est quinto. ꝙ ex dif-
finitõne fortune inuestigata phs infert rõnes
cioꝝ q̃ dicunꝛ a fortuna in tertio cap. hui⁹ tra-
cta⁹. Et primo assignat rõem quare fortuna
diciꝛ causa ĩmanifesta. nã hẽ est rõ. q꞉ fortũa ẽ
cã ꝑ accidẽs vt dictũ est prius. imõ infinita sũt
q̃ vni accidere possunt. Et iõ fortũa cõueniẽ-
ter dr causa incerta ⁊ ĩmanifesta itellectui hu
mano. eo ꝙ infinitũ est nobis ignotũ ⁊ scđm
hoc aliq̇d veritatis cõtinebat secũda opinio
antiquoꝝ. Et ꝓpter hoc de hijs q̃ fiũt a for
tuna non est sciã. q꞉ nõ hꝫ causaz ꝑ se ⁊ deter-
minatã. sed ꝑ accidẽs q̃ est infinita ⁊ indeter-
minata siue ĩmanifesta. vt si q̇s vadẽs ad vil-
lã nõ intẽdens inuenire amicã inueniat. ille ef
fectus q̇ est inuẽtio amice nõ hꝫ causaz certã
⁊ determiatã. ꝫ poterat hr̃e causas infinitas.
q꞉ infinita mouẽt ipm ad eundũ ad villã sine
eo ꝙ intẽderet inuenire amicaz quoꝝ qđlibet
poterat esse causa ꝑ accidẽs inuentõis amice
Patet igiꝛ ꝙ fortuna est causa incerta ⁊ ima-
nifesta. Sed est hic notandũ ꝙ adhoc ꝙ ali
qua causa ꝑ accidẽs dicaꝛ fortũa respectu ali
cuius effect⁹ opoꝛtet ꝙ operetur ad esse talis
effect⁹ ita ꝙ si non esset talis causa nõ essꝫ taꝛ
effectus. ideo q̃uis albũ ⁊ musicũ dicatur cau
sa per accidens domus. non tamẽ possent di
ci casus ⁊ fortuna.

Sciendum est vlterius. ꝙ possi-
bile est aliq̇d qđ est natũ esse causa ꝑ se alicu
ius effectus posse esse causa fortuita illi⁹ effe
ctus. Exẽpluz vt si aliq̇s indigẽs euacuatiõe
a colera capiat medicinaz ad hoc oꝛdinatam
puta scamoneã. ⁊ ignorãs virtutẽ scamonee
non intẽdens propter hoc euacuari. tũc ꝙ taꝛ
euacuetur ⁊ sanetur hoc est a fortuna. ⁊ tam̃
si hoc intẽtõe fecisset fuisset ꝑ se causa sanita
tis cũ scamonea sit ꝑ se purgatio colere. Ex
diffinitõe fortũe pꝫ ꝙ prima opinio q̃ dicit for
tunã nihil esse aliq̇d cõtinet veritatis. eo ꝙ for
tuna nihil est simplr̃ ⁊ ꝑ se: ꝫ tm̃ ꝑ accidẽs ⁊
scđm q̇d est aliq̇d. Alteri⁹ ex diffinitõe for-
tune põt assignari cã vulgariter quare fortũa
diciꝛ esse sine ratõne. q꞉ scꝫ rõez assignare non
possum⁹ nisi de hijs q̃ fiunt sempꝛ vel frequenꝛ
imõ ea q̃ fiũt a fortuna nõ fiũt sꝑ aut frequenꝛ
iõ fortuna cõuenienter diciꝛ esse sine rõne.

Scienduz est vlterius. ꝙ phus
etiã assignat diuisionẽ fortune in bonã ⁊ ma-
lã. nã cũ fortuna sit circa q̃ est intellectus pra-
ctic⁹ ⁊ volũtas ⁊ hmõi. illa q̃ vitã humanaz
concernunt cuiusmodi sunt ꝓspera ⁊ aduersa
circa oꝑatiões humanas ⁊ bona tempalia. iõ
cõuenienter diuidiꝛ fortuna in bonã ⁊ malaz. ⁊
infortuniũ ⁊ heufortuniũ. vt fortũa dicaꝛ bõa
quãdo aliqđ bonũ euẽit alicui ꝑter intẽtionẽ
eius. ⁊ mala quãdo malũ. sed q꞉ bona ⁊ ma-
la nõ variant vitã nisi quãdo sunt magna. iõ
ꝓprie non diciꝛ heufortuniũ contingere homi
ni nisi aliquod bonum cum magnitudine eue
niat. Nec dicitur infortuniuz nisi aliquod ma
lum cum magnitudine eueniat. ⁊ quia priua-

ri malo bonum est. ⁊ priuari bono malum est ideo tunc dicitur contingere id est bene euenire homini quando bonum preter intentionē sibi euenit. Sed etiam quando priuatur preter intentionē aliquo magno malo quod est ꝓpe. ⁊ eodem modo non solum dicitur homini cōtingere id est male euenire quādo magnū malū sibi euenit. imo etiā quia priuatꝛ aliquo magno bono preter intentōnez qꝺ ꝓpe est. Illud autē qꝺ prope est nihil aut parum distare videtur. Ex istis sequitur ꝙ sicut fortuna est incerta. ita similiter infortuniū ⁊ heufortuniū eo ꝙ sunt extra semper ⁊ frequenter.

Conclusio responsiua ad quesitū casus ⁊ fortuna contingēter eueniūt in hijs que fiunt scd̄m propositū. aut ī hijs scd̄m naturam. sed tam natura ꝙ̄ agens scd̄m propositum agunt propter finem: vt postea patebit. ergo conclusio vera. Itez omnis effectus fortuitus sequitꝛ ex duobus ꝑ se intentis. siue illa duo per se intēta sint a duobus agētibus scd̄m propositū siue vnū sit intentū ab agente scd̄m propositum vt reliquum a natura. ergo conclusio vera. Assumptū patet per exemplū. nam si quis fodiat sepulcrum vt aliquis inhumetur ⁊ vtus mineralis ꝓduxit thesaurꝝ in illo sepulcro ⁊ fodiēs sepulcꝝ iuēit thesauruz. mō inuentio sequitꝛ ad duo per se intenta scz ad fossionē sepulcri. ⁊ ꝓductionē thesauri. quorū vnū est intētū ab agente scd̄m ꝓpositum scz fossio sepulcri. ⁊ reliquū a natura: vt productio thesauri. Si vero thesaurus fuerit ab aliquo homine ibidē absconditus. tunc inuētio casualis ⁊ fortuita sequitur ad duo per se intenta ab agentibus scd̄m propositum. sicut si duo amici veniant ad forum non intendentes se inuenire. sed aliquid aliud. circa qꝺ se iueniant est fortuna. ⁊ sequitꝛ ad duo per se intenta a duobus agentibus scd̄m propositū propinque mouebantur ire ad forum.

Ad rationes ante oppositum

Ad primā dicitur ꝙ causa agens propter finē debituz dicitur causa per se in cōparatōne ad scd̄m quē intēdit. ⁊ si ex operatōne sua sequatur aliquis effectus quem non intēdit aut ad quē nō est ordinatio in natura naturaliter. tūc illa eadē causa dicitꝛ causa ꝑ accidēs ⁊ fortuita respectu illius finis non intenti ⁊ nūꝙ̄ dicerꝛ causa per accidēs respectu finis non intēti nisi ꝑ se intenderet aliquē finē. qꝛ nihil pōt dici causa per accidēs nisi in ordie ad causaz ꝑ se eo. ꝙ oīe ꝑ accidens reducitꝛ ad ꝑ se. ꝑz hoc ꝙ eadē est cā ī ordine ad diuersos effectꝰ ⁊ cā per se ⁊ per accidens. Seq̄tur textus. Et dices aliquid extra.

Queritur vndecimo. vtrum fatū sit in rebꝰ creatis īponēs eis necessitatē.

de fato

Arguitꝛ p̄mo ꝯtra suppositū auctoritate gregorij dicētis. absit a mētibus fideliū vt fatum aliquid esse dicant. Secūdo sic ea q̄ fato agūtur nō sunt improuisa. qꝛ vt ait Augustinꝰ fatū dicimus a fando dictū. dicimus eñ ea q̄ sunt ab aliquo prelocuta nō sunt fortuita nec casualia. g̊ si res fato agerētꝛ tollerētꝛ casus ⁊ fortuna hoc aūt fieri nō pōt. g̊ fatū nō est.

Deinde arguitꝛ cōtra primā ꝑtē quesiti. primo sic ip̄a dei volūtas fatū appellatꝛ. vt habz Augustinꝰ. talis aūt volūtas nō est in rebꝰ creatis. sed in deo. g̊ fatū nō est in rebus creatis.

Secūdo arguitꝛ sic. si fatū esset in rebꝰ creatis esset substantia vel accidens. ⁊ quodcūꝙ̄ dicatꝛ oportet ip̄m multiplicari. ad multiplicationē rerꝝ creatarꝝ. cū ergo fatū dicatꝛ esse vnū sequitꝛ ꝙ non est in rebꝰ creatis. Tertio sic. si sit fatū esset mobile vl̄ īmobile. nō primuz qꝛ dic̄ boe. ꝙ fatū ē īmobil̄ dispositio nec secūdū qꝛ motis rebꝰ mouentꝛ q̄ in eis sūt. Vltio sic ꝯtra vltimā ꝑticulā quesiti. qꝛ fatū est īmobil̄ dispositio. g̊ ea q̄ fato subduntꝛ īmobilitꝛ ⁊ ex necessitate eueniūt q̄re īponit rebꝰ necessitatē.

Ad oppōitū ꝓ vtraꝙ̄ ꝑte est boe. ⁊ oēs peripatetici qui naturam fati veraciter describūt.

Pro responsione sciendum est primo. ꝙ qꝛ oēs res sunt in dispositōe diuina ꝓpter hoc poete imaginati sunt ꝙ diuina dispositio ⁊ futurorꝝ determīata series eēt fatū. quā quidē dispositōem dixerūt omnino esse imobilem ⁊ necessitatē rebus imponere. ideo dic̄ poeta loquens de fatis volentem nolentēꝙ̄ trahūt. ⁊ alibi dicit. Te tua fata trahūt ne secta relinquere possis. Et ex eadē radice aliq̄ antiqui posuerunt deas fatales quas vocauerunt parcas a parco parcis per contrariuz. qꝛ nulli parcunt. ⁊ iste dee scd̄m eos erant tres. Prima dicebatur cloto. Secunda lathesis. ⁊ tertia antropos. prima portat futura ꝯtingentia. Secūda protrahit ad hoc ꝙ ponātur in p̄senti. ⁊ tertia distribuit in preterito. ⁊ inde orta est alia fatua opinio vetularum dicentiū ꝙ iste dee fatales solebāt hoībꝰ apparere ⁊ da-

bant omne tale ꝙ aliqualiter oppositū non poterat contingere. Sed demones in effigie mulieris multis apparentes istā credulitatē hoībus dederūt. ⁊ oīa ista falsa sūt ⁊ ficta.

Sciendum est secundo ꝙ alij antiqui phi aliter de fato locuti sunt. quidam eīm dixerūt ꝙ fatū nihil aliud est quā quedaꝫ cōnexio causaꝝ secundaꝝ dependēs ex ꝓui-dentia pme. Sed Seneca vere dicit ꝙ fatū est quedā necessitas oīm opeꝝ ⁊ actionuꝫ quā nulla vis dirūpere pōt. Sꝫ isti in vera cognitōe fati defecerūt. ⁊ ymaginati sunt ipam seriem fatalem oīno esse imobilē. ⁊ ea que fato subdunt imobiliter euenire. ꝓpter qđ istis opinionibus dimissis insequendus est Boetius qui inter omnes verius naturam fati declarauit in .iiij. de ꝯsolatione.

Sciendū est tercio ꝙ quādoqꝫ contingit ꝙ aliquid relatū ad causas inferiores dicit esse casuale ⁊ fortuitū qđ tamen relatū ad supiorē causā inuenit ꝑ se intentū esse sicut exemplificatū est prius de duobus suis patrisfamilias. Fuerūt ergo aliqui q̇ hmōi casualia ⁊ fortuita que accidūt istis inferioribus in nullā supiorē causā reducere voluerūt et isti negauerūt fatū ⁊ ꝓuidentiā. Sed hec opinio manifeste falsa est. Alij reduxerūt ea in corpora celestia tanq̄ in supiorē ⁊ pmā causam ⁊ sm istos fatū nihil aliud est q̄ dispositio sideꝝ. Sed hec opinio non potest stare propter duo. Primū est qꝛ actus humani nō subdunt actioni corpoꝝ celestiū nisi ꝑ accidens ⁊ indirecte. Secundū est q̄tuꝫ ad omia que agunt ꝑ accidens. qꝛ illud qđ est ꝑ accidens non est ꝓprie ens. q̄re nō terminat actionem nature. Ideo dicendū est ꝙ ea q̄ hic agunturꝑ accidens siue in rebus naturalibus siue in humanis reducunt in aliquā causā primā q̄ ē ꝓuidentia diuina. qꝛ solus deus imutare potest voluntatē humanā. Ex istis ptꝫ ꝙ oīa que hic agūtur diuine ꝓuidentie subdunt tā q̄ ab ea p̄ordinata ⁊ p̄locuta ideo in eis fatū ponere possumus.

Sciendum est quarto ꝙ diuina ꝓuidentia ꝑ causas medias siue secūdas suos effectus consequit. pōt igit ipa ordinatio causaꝝ mediaꝝ dupliciter ꝯsiderari. Uno modo sm ꝙ est in ipo deo. ⁊ sic vocat ꝓuidētia. Alio modo pōt ꝯsiderari sm ꝙ ē in ipis causis medijs a deo ordinatis in suis effectibus ꝓducendis. ⁊ sic habet rationeꝫ fati. ⁊ sic fatū est in ipsis causis secūdis inq̄tū sunt ordinate a deo ad effectus ꝓducēdos. Et qꝛ talis ordinatio causaꝝ secūdaꝝ nō hꝫ rōeꝫ fati nisi sm ꝙ depēdet a deo. ideo ptās vel volūtas dei causaliter pōt noīari fatū. essentialiter tn̄ fatū nō est ipa voluntas dei sed est dispositio siue ordo causaꝝ naturaliū ad suos effectus ꝓducendos. qui quidē ordo est subiectiue in ipis causis secundis.

Sciendū est vlterius ꝙ fatuꝫ a Boetio sic diffinit. Fatū est rebus mobilibus inherens dispositio ꝑ quā diuina ꝓuidentia suis queqꝫ nectit ordinibus. vn̄ ipm fatū pōt dupliciter considerari. vno modo ꝑ respectū ad ipas causas secundas q̄ sic ordinant ⁊ disponunt ad suos effectus ꝓducendos. ⁊ isto modo fatū est mobile sicut ipe cause. ⁊ multiplicat ad multitudinē hmōi causaꝝ. Alio modo pōt ꝯsiderari ꝑ rōeꝫ ad pncipiū a quo dependet ⁊ sic q̄ndā imobilitatē sortit. non quidē necessitatis sed cōditionate sm quē moduꝫ solemus dicere hanc ꝯditionalē esse veram si deus p̄sciuit hoc esse futuꝝ hoc erit. ideo dicit Boetius loquēs de fato ꝙ dicit series causarū secundaꝝ. ⁊ sic ptꝫ qualiter mobile ē ⁊ qualiter imobile. Et vt sciat que subsunt fato et que nō vtiā dictū est. fatū est ordinatio causarū secundaꝝ ad effectus suos ꝓducendos. q̄cunqꝫ ergo causis secūdis subdunt illa fato subdunt. sed illa que imediate fiūt a deo cū non subdant causis secūdis nō subdunt fato. sicut est creatio reꝝ ⁊ talia hmōi. qꝛ vt dicit Boetius ea que sunt ꝓpinqua ꝑ se diuinitati fatalis ordinis mobilitatē excedunt. ex quo sequitur q̄to aliquis longius a prima causa recedit tanto maioribus fati nexibus implicatur qꝛ magis ordinationi causaꝝ secundaꝝ subdit. De quo dat Boetius duo exempla. Primū est de centro circuli ⁊ quō mobiliter ꝓcedit circūstantia q̄ velociter mouet. ⁊ q̄to plus ab eo distat tāto velotius mouet. Secunduꝫ exemplū est de tpe quod a nūc eternitatis simplici ⁊ imobili dependet. ꝑ cuius imobilitateꝫ tempus aliquā firmitatē ꝯtinuitatis accipit. Silr est in ꝓductione ⁊ ꝯseruatōne rerum qꝛ nisi effectus ꝑfectiores ⁊ particulares in motus elementoꝝ reducerent ⁊ motus elementoꝝ in motus corpoꝝ celestiū ⁊ varij motus celestiū in pmū motū ⁊ primus motus in ꝓuidētia primi motoris res cito perirent, ideo necessaria est

ista series secūdarū causarū ad inuicē ⁊ ad ꝓuidentiā p̄mi motoris vt res in ordine suo saluent̄. q̄ series fatū appellat̄. Ulteri⁹ pꝫ ꝙ fatū differt a ꝓuidētia diuina quinqꝫ modis p̄rio q꞉ tā necessaria q̄ ꝯtingētia subsūt diuine ꝓuidētie ⁊ ipꝫ fatū. ꝫ sola mobilia subsūt fato Secūdo q꞉ res in deo existētes ꝑ modū diuine ꝓuidētie sūt ibi vnite simplr̄. ꝫ in secundis causis q̄ sub sūt fato sūt particularit̄ ⁊ diuisiꝫ Tercio q꞉ diuina ꝓuidētia ē prima causa. sed fatū est in causis secūdis. Quarta q꞉ fatū ex diuina ꝓuidētia tanq̄ ex causa depēdet ⁊ nō ecōtra. Quinto q꞉ ꝓuidētia diuina hꝫ rōneꝫ imobilis ⁊ stabilis. ꝫ fatū cū sit in reb⁹ mobilibus quodāmodo mobile est. g̊ ⁊c̄.

His notatis sit ista cōclusio prima. fatū est in reb⁹ creatis. Probat̄ cōclusio. q꞉ dicit Boeti⁹ fatum est rebus mobilib⁹ inherens dispositio, res aūt mobiles sūt res create. g̊ fatum est in rebus creatis

Conclusio secunda. Fatū non imponit rebus necessitatē. Ptꝫ. q꞉ fatū mobile est saltē ꝑ accidēs cū sit i rebus mobilib⁹. g̊ nō imponit eis necessitatē. Sed pro maiori noticia predictoꝝ.

Dubitat̄ primo quarū cōtingētia rerū pōt stare cū i fallibilitate diuine ꝓuidentie. Hāc dubitatōꝫ soluit Boetius q̄tuor declarādo. Primū ē ꝙ de⁹ habet scientiā reꝝ ꝯtingentiū ⁊ nō opinionē. Secūdū ē ꝙ ex tali sciētia infallibili nō tollat̄ rerū ꝯtingentia. Terciū ē ꝙ illud qꝺ̄ ē in se ꝯtingēs si referat̄ ad diuinā ꝓuidētiā trahit ad se q̄ndā nccītatē. Quartū est ꝙ diuina ꝓuidētia infallibilis ꝯuenit etiā mutabilitatē oīm rerū.

Sciendum est vlteri⁹ ꝓ declaratione p̄mi. ꝙ p̄scientia diuina ⁊ ꝓuidentia differūt. nā p̄scientia est tā respectu finis q̄ respectu medioꝝ ad finē. Prouidētia v̄o solū ē medioꝝ ad finē. Item prescientia est in intellectu speculatiuo, ꝓuidētia v̄o pertinet ad intellectum practicū.

Sciendum est vltimo. ꝙ mod⁹ cognoscēdi debet iudicari ex ꝑte cognoscentis ⁊ nō ex ꝑte rei cognoscibilis cū ⁊ de⁹ sit eternus ⁊ eternitate mensuret̄. q̄ quidē eternitas sit ꝑmanēs amplectit̄ p̄n̄tialiter oīa q̄ ipi subdunt̄. ideo ꝯtingētia q̄uis b̄m suā naturā sint indeterminata ⁊ in eē suo futura, tn̄ in eternitate p̄n̄tia sunt ⁊ ea de⁹ p̄n̄tialr̄ videt. q̄re hꝫ verā scientiā ꝯtingentiū q̄ b̄m se sūt indeterminata. Secūdū declarat̄ sic. q꞉ deus ꝑ suaꝫ sciētiā nō tollit ꝓprios modos rerū. ꝫ ꝯtingētia videt cōtingent̄ euēire. ⁊ necessaria necessario. ideo a reb⁹ necessarijs non tollit necessitatē nec a cōtingentib⁹ cōtingentiā. qꝺ̄ declarat Boetius exēplo sil'i. nā vno ⁊ eodē intuitu aliq̄s hō potest videre hoīem currere ⁊ solē eclipsari in celo vl' oriri. ⁊ tn̄ videt cursum hoīs voluntariū. ortū v̄o solis necessariū nec ꝓpter ipaꝫ visionē tollit̄ a cursu hoīs ꝯtingētia nec ab ortu solis necessitas. Tertiū declarat̄. q꞉ illud qꝺ̄ p̄n̄tialiter est quodāmodo necessariū ē. iꝺ̄o dicit ph̄s p̄mo ꝑyarmenias ꝙ oē qꝺ̄ est q̄n̄ est necesse est esse. futurū eñ contingēs q̄uis b̄m suā ꝯtingentiaꝫ futurū sit tn̄ relatū ad diuinā ꝓuidentiā p̄n̄tialit̄ est quasi quodāmodo necessariū. ⁊ illud declarat Boetius ꝑ vnū sil'e. nā illud qꝺ̄ sensui apparet si b̄m se cōsiderat̄ singulare est. ⁊ tn̄ si ad rōneꝫ referat̄ vniuersale est. Quartuꝫ declarat̄ sic. q꞉ tota rō quare aliq̄s fallit̄ circa ꝯtingentia est ꝓpter ipoꝝ intimationē. modo oīa cōtingentia futura relata ad diuinā p̄n̄tiā p̄n̄tialiter existūt ⁊ determinata vt dictū est. Quare circa h̄ diuina cognitio falli nō potest.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā ꝺ꞉ ꝙ illa auctas intelligit̄ de fato b̄m ꝙ multi voluerūt intelligere quādā legeꝫ in inferioribus a corꝑib⁹ celestib⁹ ꝓcedenteꝫ obligāteꝫ ad euētus imobiles. Secunda rō soluta ē. Ad terciā ꝺ꞉ ꝙ volūtas dei pt̄ nominari casualr̄ fatū ⁊ nō essentialr̄. Ad q̄rtā ꝺ꞉ ꝙ fatū est de gn̄e relatōis ⁊ multiplicat̄ ad multitudinē rerū in q̇bus ē ꝑ relationē tn̄ ad p̄ncipiū a quo dependet quodāmodo potest dici vnū. Quinta soluta est. Ad sextā ꝺ꞉ ꝙ fatū nō hꝫ rationē cause nisi rōe causarū secūdaꝝ in quib⁹ est. ⁊ ille sūt mutabiles ⁊ impedibiles. ideo ⁊ ipm̄ fatū. Sequitur text⁹. Differūt aūt q̄m casus ⁊c̄.

Querit̄ duodecimo vtrū casus ⁊ fortuna differāt. Arguit̄ p̄mo ꝙ non. q̇a casus ⁊ fortuna sūt cause agentes ꝑ accidēs g̊ sunt eiusdē speciei quare nō differūt. Secūdo si differrent maxime esset ideo q꞉ fortuna repit̄ in agētibus b̄m ꝓpositū ⁊ nō casus ꝫ h̄ nō. g̊ ⁊c̄. Minor ptꝫ q꞉ lapides ex q̇bus fiūt altaria dicunt̄ bene fortunati. ꝫ illi q̄ conculcant̄ pedibus sunt male fortunati. ⁊ tamē

lapis nō est agens fm ꝓpositū. Ad opposituz est philosophus in textu.

Pro responsiōe sciēdum est primo ꝙ fortuna ꝛ id qđ est a fortuna inueniūť in hijs in quibus bn̄ ꝛ male ꝯtingere dicit̄. qꝛ vbicunq; fortuna est ibi p̄t esse infortuniū ꝛ eufortuniū. hoc est aūt illi⁹ cui⁹ est agere ꝛ quod hz dominiū sui actus. naz illud qđ nō habet dominiū sui actus magis agit̄ q̄ agat. ergo fortuna ꝛ id qđ est ꝑ fortunā solū inueniūť in hijs q̄ habēt dominiū sui actus: qꝛ in talibus inuenit̄ opari fm virtutē ꝛ viciū. Ex quo sequit̄ ꝙ fortuna ꝛ id qđ est a fortuna īuenit̄ soluz in agentibus fm ꝓpositū qꝛ illa sola hn̄t dominiū sui actus, ꝛ adhuc in operationibus rationis practice.

Sciendū est secūdo. ꝙ illud qđ dictum est manifestat Aristoteles quodam signo. qꝛ fortuna videt̄ eē idē ꝙ felicitas vl̄ saltē ꝓpinqua felicitati. cū ḡ felicitas sit quedā opatio q̄ noiat̄ eupraxis. id est bona opatio vt dicit̄ pmo ethicoꝝ. ḡ fortuna inuenit̄ solū in hijs in quibus bene cōtingit agere vl̄ impediri ab h̄ cui⁹ sunt ea q̄ voluntarie agunt. fortuna em̄ đꝛ esse felicitas vel ꝓpinq̄ felicitati fm opinionē vulgi. qꝛ vulgus bene fortunatos vocat felices. Un̄ fm illos qui credūt felicitatē ꝯsistere in bonis exterioꝛib⁹ felicitas idē est qđ fortuna. ʒ fm illos qui dicunt bōa exterioꝛa deseruire instrumentalr̄ ad felicitatē fm eos bona fortuna ꝓpinq̄ ē felicitati.

Sciendũ est tercio. ꝙ cū fortuna nō sit nisi circa illa que voluntarie agunt. Ex hoc cōcludit phs ꝙ neq; inanimata neq; bestie neq; infantes aliquid agunt a fortuna. inanimata ꝛ bestie nō agunt volūtarie. qꝛ nō agunt ꝑ liberuz arbitriū qđ hic vocat̄ ꝓpositū. ꝛ licet infantes habeant voluntatē. nōdū tm̄ ea libere vtunt̄. Ex quo sequit̄ ꝙ in istis n̄ potest accidere infortuniū nec eufortuniū. nisi solū similitudinarie. sicut dicebat quidā. scz ꝓtharcos ꝙ lapides ex quib⁹ fiūt are siue altaria sūt bene fortunati. ꝛ hoc est dictū ꝑ similitudinē ad hoīes in quibus honorari dicuntur bene fortunati. similit̄ illi lapides non dicunt̄ bene fortunati ꝙ aliquid agant a fortuna. ʒ solū passiue qꝛ circa illos agens voluntarie opat̄ aliquid qđ ē sil̄e bone fortune.

Sciendũ est quarto. ꝙ casus non solū contingit in hominibus q̄ voluntarie agunt. sed etiā in alijs animatis siue aniālibus. Et in rebus inanimatis. Exemplū ponit phs. nam si aliquis equ⁹ veniēs ad domū nō causa salutis sanet̄ h̄ est a casu. Aliud exemplū ponit in reb⁹ inanimatis vt si tripeda cadat a casu ꝛ cadēdo sedes apta fiat ad sedēdū nō tm̄ hac de causa cecident tunc a casu fit apta sedes. ideo cōcludit phs ꝙ cas⁹ generaliter reperit̄ in omnibus illis qui fiūt propter aliud q̄ p̄ter illud qđ euenit. Et h̄ declarat ꝑ quoddā signū. qꝛ vacuū siue frustra est illud ꝓpinquuz casui. sed tm̄ illud dicit̄ vacuuz vel frustra qđ est ordinatū ad aliquē actū quē natū est cōsequi ꝛ tm̄ non ꝯsequit̄: hoc tm̄ cōtingit generaliter siue ab agente fm ꝓpositū siue nō. ergo etiā casus.

Ubi sciendū est q̄nto ꝙ q̄uis vacuū ꝛ frustra ꝛ casus cōueniant in h̄ ꝙ fiūt in hijs que fiunt ꝓpter finem. Differūt tamen qꝛ vacuū siue frustra dicit̄ ex eo ꝙ agens non sequitur finē ad quē ordinat̄. Sed casus dicit̄ ex eo ꝙ agens consequit̄ aliquē effectum ad quē nō ordinabat̄. ꝛ ideo in vacuo operatio cadit a fine intento ꝛ in casu a fine nō intēto. ꝛ ista q̄nq; sil̄ repiunt̄ ꝛ q̄nq; separata.

Sciendum est sexto. ꝙ licet hec tria noīa frustra ꝛ ociosū in greco ꝓ eodē accipiant̄. tm̄ apud nos inter illa ponit̄ differentia aliq̄n. nā frustra cōmuniter dicit̄ illud op⁹ esse qđ ordinatū est ad aliquē finē quē natuz est ꝯsequi. ꝛ tm̄ nō consequit̄. Ex hoc seq̄t ꝙ si quis dicat se frustra balneasse. qꝛ ip̄o balneato nō deficit sol derisorie h̄ dicit. Sed vacuū dicitur opus qđ de se nō est natū ꝙ de se sit causa alicuius vtilitatis vel nocumenti. sicut motus digiti factus p̄ter intentionē ꝛ confricationē barbe. Sed ociosū dicit̄ op⁹ monstrans vacuitatē in operante.

Sciendū est vlteri⁹ ꝙ casus potest dupliciter accipi. Uno modo cōmūiter ꝛ sic in plus se habet q̄ fortuna. qꝛ in quibuscū q; est fortuna est etiā casus. ꝛ etiā in alijs. sed non econtra. si v̄o sumat̄ casus stricte tunc solum casus est in agentibus fm naturā ꝛ etiaz econuerso. Differūt tm̄ casus ꝛ fortuna. iđo dicit phs in litera ꝙ maxima differētia casus ꝛ fortune repit̄ in operibus nature q̄n scz ibi accidit aliquid extra naturā vt cum nascit̄ sextus digitus nā nō dicim⁹ h̄ fieri a fortuna. ʒ

a casu. Unde in textu inter casum stricte captum ⁊ fortunā assignat̄ duplex differentia. Prima est quia casus illo modo acceptus solū est in agentibus ꝺm naturā. fortuna ṽo in agentibus ꝺm ꝓpositū. Secūda est. q̄z eoruꝫ que fiūt a casu causa est intrinseca sicut ⁊ eoꝝ que fiunt a natura. sed eoꝝ que fiunt a fortūa causa est extrinseca. sicut eorum que fiunt ab agente ꝺm propositum.

Tunc sit ꝯclusio responsiua ad q. Casus ⁊ fortuna differunt. Patet satis ex dictis.

Conclusio secūda. casus ⁊ fortuna reducunt̄ ad genus cause ꝑ se efficientis. Probat̄ q̄z casus ⁊ fortuna sunt cause eoꝝ q̄ possunt fieri a natura vel a ꝓposito. ꝭ natura ⁊ ꝓpositū sunt cause efficientes. igit̄. Ex hac ꝯclusione infert ph̄s falsitatē opiniōis ponēti casum ⁊ fortunam esse causā celi ⁊ oīm mundanoꝝ. nā cū casus ⁊ fortuna sint cause ꝑ accidēs eoꝝ quorū natura ⁊ intellectus sūt causa ꝑ se ⁊ causa ꝑ accidens sit posterior ea q̄ ꝑ se est. sequit̄ ꝙ si casus ⁊ fortuna sint cause celi ⁊ totius vniuersi a fortiori intellect⁹ ⁊ natura erūt cause celi ⁊ vniuersi quod manifeste falsum est.

Ad rationes ante oppositum. Dicit̄ ꝙ bene conueniūt in cōmuni modo causandi. scꝫ in hoc ꝙ sunt cause agentes ꝑ accidens: sed q̄ntum ad ea in quibus reperiuntur Differūt aūt simpliciter aut saltē sicut magis cōmūe ⁊ min⁹ cōmune. Secūda soluta ē. Sequit̄ text⁹. Est aūt necessariū.

Querit̄ tredecimo vtrū phisic⁹ habeat ꝑ q̄libet causam demonstrare. Arguit̄ p̄mo ꝙ non. q̄z demonstratio est ꝑ causā ꝓpriā ꝓpter quā res est. materia ṽo ⁊ causa finalis non sunt hmōi cuꝫ materia nō habeat esse nisi solū ꝑ formā ⁊ causa finalis sit vltia ī re. ergo phisic⁹ nō hꝫ d̄mōstrare ꝑ hmōi causas q̄re nō demōstrat ꝑ q̄libet. Secūdo phisica est specialis sciētia sicut mathematica. sed mathematica diffinit ⁊ demōstrat ꝑ solā formā. ergo etiā phisica. tenet ꝯsequentia ꝑ simile. Tercio sic. illa ꝯsequētia est certior que habet̄ ꝑ oēs causas quā illa q̄ habet̄ ꝑ vnā tm̄. ergo si phisica demonstraret ꝑ oēs causas scientia phisica certior esset mathematica qd̄ falsum est. igit̄. Ad oppositū est Aristoteles in textu.

Pro responsione sciendū est primo. ꝙ postq̄ ph̄s determinauit d̄ causis tā ꝑ se ⁊ manifestis q̄ ꝑ accidens ⁊ īmanifestis ꝯnr in fine hui⁹ tractat⁹ ex prius determinatis duo cōcludit. Primū est ꝙ tot sūt cause quot prius dicte sunt. scꝫ quatuor cause.

Sciendū est secūdo ꝙ multotiens tres p̄dictarū causaꝝ in vnā coīcidūt ꝺm numeꝝ. vel ꝺm spēm. Unde forma ⁊ finis coincidūt numero intelligendo de fine ḡnatōnis ⁊ nō de fine rei genite. nā finis ḡnatōis hōis est forma humana q̄ habita cessat ḡnatio. ꝭ finis hōis geniti nō est forma ei⁹. ꝭ ꝑ formaꝫ sibi ꝯuenit opari ad finē. ⁊ ita diceret̄ de aliis. Causa ṽo efficiēs coincidit ꝺm speciē cū forma ⁊ fine. ⁊ ꝭ est verū in agentibus equiuocis. Et ꝓpter hoc dicit Aristoteles in textu Multotiēs ⁊c̄. materia aūt nō est eadem cū aliis causis nec numero nec specie. q̄z ip̄a est ens ī pura potētia. agens ṽo inq̄ntū hmōi est ens in actu. forma ṽo vel finis est actus vel perfectio rei. Nō est tn̄ itelligēdū ꝙ predicte cause coincidāt q̄ntū ad ꝓpriaꝫ rationē causandi ꝭ q̄ntū ad id quod sunt hoc est q̄ntum ad id cui conuenit ratio cause.

Sciendū est tercio ꝙ vt habet̄ in textu quecūq̄ mouentia mouēt. Unde illa q̄ mouet ⁊ mouet̄ ꝑtinēt ad naturalē ꝯsideratione. ꝭ mouētia nō mota nō sūt ampli⁹ phisice ꝯsideratōis. q̄z phisici ē ꝯsiderare de naturalib⁹. naturalia aūt sūt q̄ ī se ip̄is hn̄t p̄ncipiū mouēdi. illa aūt q̄ sūt simplr̄ īmobilia nō sūt hmōi q̄re nō sūt phisici ꝯsideratōis. Ex quo p꜒ ꝙ phisicus nō hꝫ ꝯsiderare p̄mū mouens simpliciter cū sit penitus īmobile. ⁊ si fiat aliq̄ mētio d̄ eo sicut in octauo hui⁹. hoc nō est eo ꝙ p̄ncipaliter ꝯsideret̄: ꝭ incidentalit̄ ꝑ habitudinē ad motū tanq̄ p̄ncipiū effectiuū eius. Similiter phisicus nō habet cōsiderare q̄cūq̄ formā aut finē. ꝭ solū illā formam que per motū vel mutatōeꝫ acquirit̄.

Sciendū est quarto. ꝙ vt habet̄ in textu sicut triplex gen⁹ rerū reperit̄ ꝺm hoc est triplex negocium aut triplex consideratio rerū. quedam enim sunt res immobiles ⁊ circa has est cōsideratio metaphisici. Alie sunt mobiles ꝭ incorruptibiles ⁊ circa has ē ꝯsideratio astrologie. Alie sūt mobiles ⁊ cor

rruptibles. ⁊ circa has ē consideratio phisici
Unde q꞉ astrologia est de mobilibꝰ inq̄tum
mobilia sunt. iō pōt cōtineri sub phisica: qua
re pōt dici ꝙ phisica scđz diuersas ꝑtes entis
versat̄ circa duo vltima genera rerū. q꞉ consi
derat oīa mobilia tam corruptibilia q̄ incor-
ruptibilia. Ex quo pꝫ ꝙ quidā male intelle-
xerūt Aristotelē in hoc passu volētes hec tri-
plicia genera rerū ad triplicē partē pħie redu
cere. scꝫ pħicam mathematicam. ⁊ methaphi
sicaꝫ. q꞉ sicut dictū est astrologia q̄ est de secū
do genere rerū magis est naturalis q̄ mathe
mathica. Sed ad videndum qualiter phisi-
cus consideret quattuor causas.

Sciendum est quinto. ꝙ mate-
ria ⁊ efficiēs quādoqꝫ sunt talis nature ꝙ ip-
sis positis necessario ponūtur effectus. ⁊ tūc
in istis fit demōstratio a priori ⁊ ad posterius
vt bene sequit̄ hoc est cōpositū ex cōtrarijs. g̊
est corruptibile. ⁊ etiā bene sequit̄ sol ē supra
orisontē nostrū. g̊ dies est. qn̄qꝫ vero talia sūt
ꝙ ipsis positis nō semꝑ ponit̄ effectꝰ. sed fre-
quēter. ⁊ tūc fit demōstratio ab eo qđ est po-
sterius natura ab hoc qđ est prius. vt bene se
quit̄ si hō debꝫ generari necesse est semen ho
minis cū v̄tute formatiua preexistere. si tamē
remouerent̄ oīa q̄ possunt īpedire ne positis
materia ⁊ efficiēte sequat̄ effectꝰ. tūc bene fie
ret argumentuꝫ a priori ⁊ necessario sequeret̄
effectus. ⁊ hoc mō intelligēduꝫ ē illud qđ di-
cit pħs primo posteriorū ꝙ de hijs q̄ sunt fre-
quēter est scīa ⁊ demōstratio ac si essent semꝑ
sed ꝑ causaꝫ formalē fit demōstratio a priori
ad posterius. q꞉ si forma est necesse est effectū
esse. De fine vero dicit aristoteles ꝙ finis est ꝑ
fectio ⁊ dignitas rei ⁊ natura semꝑ de possibi
libus facit qđ melius ⁊ dignīꝰ est nō simplicit̄
sed scđm ꝙ cōuenit nature. iō ꝑ causaꝫ finalē
fit demōstratio arguēdo sic. hoc est meliꝰ ⁊ di
gnius sic fieri. g̊ a natura fiet. vt meliꝰ est ⁊ di
gnius dētes hoīs anteriores esse acutos pro
pter diuisionē cibi. ergo sic fieri dꝫ. Ex quo
pꝫ ꝙ dmōstratio q̄ fit per fineꝫ est demonstra
tio procedens a posteriori. sed potest esse a
priori. tamen in ratione cause.

Istis notatis sit conclusio pri-
ma quattuor sūt cause rei naturalis ⁊ nō plu
res. Probat̄ q꞉ cū ꝓpter quid sit q̄situm cāe
tūc illud est cā ⁊ nō aliud qđ ad ꝓpter q̄d cō
uenieter r̄ndet̄. sed ad ꝓpter q̄d nō r̄ndet̄ ni-
si ꝑ aliquā quattuor causarū. q̄ sunt cā materi
alis fialꝭ formar ⁊ efficiēs. g̊ sūt quattuor cāe ⁊ n̄
plures. Minorē ꝓbat pħs inductiue primo
de causa formali. vt si q̄ratur ꝓpter quid ali-
q̊s angulus est rectus. R̄ndetur q꞉ ꝯstituitur
ex linea constituente duos angulos equales.
Exempluꝫ de causa efficiēte. vt si q̄rat̄ ꝓpter
quid isti certant pōt r̄nderi. q꞉ sunt furiosi vel
irati. vel pōt r̄nderi de fine vt ipsi dominētur.
De causa materiali. vt si q̄rat̄ quare aliqđ cor
pus est corruptibile. pōt r̄nderi q꞉ cōpositū ē
ex ꝯ̄rijs. ⁊ nō cōtingit pluribꝰ modis r̄nderi
ad ꝓpter q̄d. ⁊ ita sunt tm̄ quattuor cause.

Conclusio secunda et responsa-
lis ad q̄situꝫ. phisicus hꝫ cōsiderare quattuor
cās ⁊ ꝑ quālibꝫ dmōstrare. ꝓbat̄ q꞉ phisicus
ꝯsiderat entia mobilia gn̄abilia ⁊ corruptibi-
lia. ergo hꝫ cōsiderare causas gn̄atōis ⁊ cor-
ruptōnis. sed hmōi sunt quattuor. q꞉ oportet
hic ꝯsiderare id qđ post aliud fit. vt aerē post
aquā ⁊ post aerē fit ignis. ergo oportet ibi cō
siderare formā ꝑ quā est id qđ fit. oportet eti
am cōsiderare id qđ facit ⁊ illud est efficiens.
⁊ qđ sustinet ē materia. ⁊ q꞉ forma ⁊ finis coī
cidūt. ideo oportet cōsiderare quattuor cās. ẜ
ꝙ habeat ꝑ quālibet demonstrare satis mani
festum est ex dictis.

Ad rationes ante oppositūꝫ
ad primā pꝫ solutio ex dictis. Ad secūdā ne
get̄ ꝯsequētia ꝙ sit sile. q꞉ mathematicus ab-
strahit a motu. iō nō cōsiderat cām efficiētem
materialē ⁊ finalē q̄ habēt pricipiari ꝑ motū.
sed tm̄ cōsiderat formā q̄ est cā essendi absolu
te. Ad tertiā cōcedit̄ assumptū si de eadē re
formalit̄ habeat̄. sed nō oportet si sit de diuer
sis rebꝰ formalit̄ sicut est in ꝓposito. Seq̄-
tur textus. Dicendum igitur primum.

Queritur decimoquarto. vtruꝫ
natura agēs ꝓpt̄ finē intēdat mōstrū. Argui
tur primo ꝯ̄ q̄situ. q꞉ oīe agēs ꝓpt̄ finē cōci-
pit illū fineꝫ ⁊ deliberat de medijs ordiatis in
ipꝫ. ẜ natura n̄ cognoscit finē nec dliberat. g̊ n̄
agit ꝓpt̄ finē. Secūdo sic natura intēdit fi-
nē sui oꝑis ẜ mōstrū ē finis oꝑatōis nature. g̊
intēdit mōstrū. Tertio sic natura intēdit illđ
qđ auget ⁊ nutrit. ẜ ipa auget ⁊ nutrit mōstrū.
ergo ipa intēdit mōstrū. In oppositū ē textꝰ.

Pro quo sciēduꝫ est primo. ꝙ
postq̄ pħs ostēdit qualit̄ naturalꝭ pħs ꝑ oēs

cauſas demonſtrat. ꝯn̄r manifeſtat aliqua q̄ in p̄dicta ꝯn̄ſione ſuppoſuerat que ſunt duo. Primū eſt ꝙ natura agit ꝓpter finē. Secūdū eſt ꝙ in reb⁹ naturalib⁹ neceſſitas non ſp̱ oꝛit̄ ex cauſis pꝛioꝛibus ſm̄ eſſe. ſed etiā ex cauſa poſterioꝛi que eſt cauſa finalis.

Sciendū eſt ſecundo ꝙ vt dicit̄ in textu mōſtrū eſt pctm̄ in natura ei⁹ qḋ ꝓpt̄ aliq̄d fit. vel eſt indiuiduū natū cū aliqua dif formitate p̄ter ſolitū curſū nature. Et illud p̄t dupl'r ꝯſiderari. vno modo q̄tum ad id ꝙ eſt ſm̄ ꝙ includit naturā ſue ſpeciei. ⁊ ſic bene in tēdit̄ a natura vniuerſali. ⁊ ē termin⁹ oꝑatōis nature. Alio mō formaliter ꝑ illa diffoꝛmitate quā impoꝛtat reſpectu debite cōpoſitōnis mēbꝛoꝝ ⁊ debite q̄titatis. ⁊ ſic nō intendit̄ a natura vl'i nec ꝑticulari. nec ſic ē termin⁹ oꝑationis nature niſi ꝑ accidens.

Sciendū eſt tercio ꝙ aliqui crediderūt naturā nō agere ꝓpter finē. ⁊ h̄ ꝓpt̄ tria motiua. Primū ē q2 videbāt mōſtra accidere in oꝑatōib⁹ nature. Secūdū eſt q2 credebāt ea q̄ natural'r fiūt ꝓcedere ex cauſis p̄oꝛibus q̄ ſūt materia ⁊ foꝛma ⁊ efficiēs ⁊ nō ex ītentōe finis. Terciū eſt q2 natura ꝺ ſuis oꝑatiōib⁹ nō deliberat. ⁊ ipi credebāt ſoluꝫ illud agere ꝓpter finē qḋ pri⁹ cōcipit finē ⁊ delibe rat de medijs oꝛdinatis in ipm.

Sciendum eſt quarto ꝙ ſm̄ Albertū q̄tuoꝛ aſſignant̄ cauſe gn̄ales q̄re fiūt mōſtra in reb⁹ naturalib⁹. Primo fiūt ꝓpt̄ diminutionē materie. ſecūdo ꝓpter ſuꝑhabundantiā materie. tercio ꝓpt̄ īdiſpoſitōeꝫ q̄tuoꝛ q̄litatū. q̄rto ꝓpter maliciā ꝯtinētis Propt̄ diminutōeꝫ materie cōtingūt tripl'r. p̄mo qn̄ eſt defectus in magnitudine ſolū. vt cū totuꝫ coꝛp⁹ vel aliqḋ mēbꝛū eſt min⁹ ꝙ debeat eſſe Secūdo qn̄ ē defectus ī vno ſolū. vt cū deficit aliqḋ mēbꝝ. Tercio qn̄ eſt ꝺfect⁹ in vtroqꝫ ſil'r Et ꝓpt̄ habūdātiaꝫ materie ꝯtingūt ſil'r mōſtra trib⁹ modis. ⁊ pōt addi ali⁹ ex ꝑte tēꝑis qn̄ ſcꝫ naſcit̄ aliqḋ mēbꝛū ante tp̄s determiatū. vt ſi puer naſceret̄ cū dentib⁹ vl' puella cū vberib⁹ pendētib⁹. Sꝫ ꝓpter indiſpoſitioneꝫ q̄litatū accidūt multipl'r vt aliqn̄ eſt maxima pinguedo ꝓpter nimiū exceſſū frigoꝛū. ⁊ qn̄qꝫ eſt nimia macies ꝓpter calorē ⁊ qn̄qꝫ complexio qualitatū eſt virtus ſufficiēs vtriqꝫ ſexui. ⁊ ſic ſunt hermofrodite qn̄ ſcꝫ naſcit̄ homo cū vtroqꝫ ſexu. Sed ꝓpter maliciā ꝯtinētis dupliciter cōtingunt mōſtra ſm̄ ꝙ duplex eſt cōtinēs. quoddā ē pellis ſecūdina circumdans materiā fetus ꝓpter cui⁹ rupturā cōtingit qn̄qꝫ defectus in vno mēbꝛo. vel cōglutinatio duoꝝ membꝛoꝝ ī vno vel curuitas ⁊ ſic de ſimilib⁹. Aliud cōtinēs eſt caloꝛ naturalis habēs virtutē coꝛꝑis celeſtis qḋ eſt pꝛimū cōtinēs. ꝓpter cui⁹ maliciā fiunt qn̄qꝫ monſtra diuerſarū foꝛmarū ſm̄ ſpecieꝫ. ⁊ p̄ter iſtos generales modos ſunt multi particulares reducibiles ad iſtos.

Iſtis ſic poſitis ſit iſta cōcluſio p̄ma. Natura agit ꝓpter finē. Probat̄ q̄nqꝫ rōib⁹ phi. Pꝛima ē. oē qḋ fit natural'r fit caſualiter vl' a foꝛtuna. q2 natura ſp̱ vel frequēter ꝓducit effectū ſuū. ⁊ illud qḋ fit a caſu vl' foꝛtuna fit ex͛ ſp̱ ⁊ freq̄nter. g̃ natura agit ꝓpt̄ finē. Secūda rō. oē qḋ hꝫ determiatū modū quo natū ē fieri fit ꝓpter finē. q2 niſi oꝛdinaret̄ a fine nō magꝭ deberet fieri vno mō q̄ alio ſ3 oē ens naturale hꝫ determiatū modū q̊ natū ē fieri. g̃ entia naturalia agūt ꝓpter finem Tercia rō ars ꝑficit aliqn̄ ea que natura non pōt oꝑari. ⁊ in aliq̊b⁹ imitat̄ naturā inq̄tū pt̄ ſ3 ars oꝑat̄ ꝓpt̄ finē. q2 oꝛdiāt p̄oꝛa ad poſterioꝛa. g̃ ſil'r ē de nat̄a. Quarta rō bꝛuta agūt ꝓpter finē vt yrūdo facit nidū ⁊ aranea telaꝫ ⁊ foꝛmica in eſtate cōgregat victum. ⁊ ſil'r in plātis m'lta fiūt ꝓpter finē: vt folia ad tegendū fructus ⁊ rami ad ſuſtinenduꝫ. ⁊ radices ad nutriendū ſeu ad trahēdū nutrimentū. ſ3 iſta ꝑ actionē nature fiūt. g̃ natura agit ꝓpter finē. Quīta rō natura agit circa materiā ⁊ ipſaꝫ diſponit ꝓpter foꝛmā. ſ3 foꝛma ē finis materie. g̃ agit ꝓpter finem.

Cōcluſio ſecūda. nō ſequit̄ naturā nō agere ꝓpter finē ſi in oꝑatōib⁹ nature ꝯtingant mōſtra. Probat̄ duab⁹ rōnibus. Pꝛima ē. q2 ars agit ꝓpter finē ⁊ tn̄ in oꝑationibus artis cōtingit fieri pctm̄. ſicut grāmaticus nō recte qn̄qꝫ ſcribit. g̃ a ſil'i in natura cōtingūt. mōſtra nec ꝓpter h̄ ſequit̄ ipſam non agere ꝓpter finē. Secūda rō vbicūqꝫ ſūt determinata p̄ncipia ⁊ determinatus oꝛdo ꝓcedēdi ibi neceſſe eſt eſſe aliquē finē ꝓpt̄ queꝫ alia fiūt. ſ3 ſic ē in naturalibus. g̃ q̄uis ibi cōtingāt mōſtra nō ꝓpter h̄ negandū ē naturā nō agere ꝓpter finem.

Cōcluſio tercia. dicentes naturā nō agere ꝓpter finē oīno deſtruūt naturā.

Probat̃ q2 illa dicunt̃ esse ẜm naturã quecũ q̃ ab aliquo ꝑncipio intrinseco ꝯtinue mouẽtur quousq̃ ꝑueniũt vsq̃ ad aliquẽ finẽ. non in quecũq̃ indifferenter. ẜ indeterminatũ finẽ sicut fiũt a determinato ꝑncipio.

Cõclusio quarta. incõueniens

est opinari naturã nõ agere ꝓpter finẽ eo ꝙ in suis opib9 nõ ꝺliberat. Probat̃. q2 ars agit ꝓpter finẽ. ẜ artifex qñ cõplete ⁊ ꝑfecte h3 artẽ nõ deliberat. ẜ solũ qñ deficit a certitudĩe artis. g̃ si natura nõ deliberat nõ sequit̃ ꝙ non agat ꝓpter finem.

Cõclusio quinta ⁊ vltima agẽs

ꝓpter finẽ nõ intẽdit mõstrũ. Pt3. q2 mõstru3 est pctm̃ qꝺ ꝓprie aliq̃d fit. ẜ nullũ agẽs rectũ ⁊ oꝑans ꝓpter determinatũ finẽ intendit pctm̃ in sua oꝑatõe licet qñq̃ intendat illud cui accidit pctm̃. g̃ agens propter finem non intendit monstrum.

Ad rationes ante oppositum.

Solute sunt ex dictis. Sequitur textus Qꝺ autem ex necessitate.

Querit̃ decimoquinto. vtrũ necessitas

in rebus naturalib9 oriat̃ ex ꝑte materie vl̃ finis. Arguit̃ ꝑmo ꝙ ex ꝑte materie q2 materia vocat̃ necessitas vt h̃r. ij. posteriorũ. g̃ in naturalib9 necessitas est ex ꝑte materie. Secũdo sic. ab eodẽ res h3 esse ⁊ necessitatẽ. ẜ res naturalis h3 intrinsece eẽ a materia ⁊ forma. g̃ ab ill̃ sumit necessitatẽ. Tercio generãte corrupto corrũpit̃ causa efficiẽs ⁊ finis vt erat in intẽtõe ipi9 ⁊ tñ res generata manere pt. g̃ necessitas in eo nõ sumit̃ ex ꝑte finis. Quarto sic qꝺ est nõens non ẽ causa necessitatis. ẜ finis ẽ nõens vel si sit est solum ẜm q̃d ⁊ intentõne. g̃ nõ ẽ cã alicui9 necessitatis. Ad oppositũ arguit̃ ꝑ pħm in vltimo capitulo huius libri.

Pro responsione sciendu3 est

primo ꝙ postq̃ pħs ꝓbauit naturã agere ꝓpter fine3. ꝯñr determinat ⁊ oñdit vñ sumat̃ necessitas in rebus naturalibus ⁊ circa ħ mouet talẽ questionẽ vtrũ necessitas in rebus naturalib9 sit necessitas simpliciter ⁊ absoluta. aut sit necessitas ex suppositione.

Sciendum est secũdo. ꝙ cũ materia

efficiẽs ⁊ forme sint cause priorꝫ ẜm eẽ. iõ necessitas orta ex ipis ẽ simpl̃r nccitas ⁊ absoluta sic̃ ncce ẽ ⁊ absolute aĩal eẽ corruptibile. q2 cõpositũ ẽ ex ꝯrijs. sil̃r ncce ẽ hoĩe3 eẽ risibilẽ. q2 h3 aĩa3 rõnalẽ. ẜ q2 finis ẽ posterior ẜm eẽ. iõ necessitas sũpta ex fine aut etia3 ex forma sũpta sub ratione finis ẽ necessitas ex suppositõe. sicut necce ẽ eẽ hoĩe3 ṽtuosũ si debeat ꝯsequi btitudinẽ. ⁊ necesse ẽ eẽ materiã sic dispositã si debeat ꝯsiderare talẽ formam.

Ex q̊ pt3 ꝙ idẽ est cõueniẽs an in reb9 naturalibus sit necessitas absoluta vel ex supꝑositõe. Et q̃rere vtrũ necessitas sit sic in reb9 nãlib9 ⁊ oriat̃ ex causis ꝑorib9 ẜm eẽ q̃ sũt efficiẽs materia ⁊ forma accepta sub rõne forme vel oriat̃ a posteriori cã ẜm eẽ q̃ est finis ⁊ forma vt est terminus generatõnis.

Sciendu3 est tercio. ꝙ antiqui

dixerũt totã necessitatẽ dispositõnis reꝝ naturaliũ ⁊ suaꝝ ꝑtiũ venire ex ꝑte materie. Verbi grã vt q2 grauia nata sũt ferri deorsũ ⁊ leuia desursũ. iõ dicebãt ꝙ in fũdamẽto domus necessario ponunt̃ duri ⁊ grossi lapides. ⁊ ligna q̃ sũt leuissima ponũt̃ in sũmo ꝓpter talẽ necessitatẽ materie. ⁊ ita dicũt eẽ in naturalibus vt ꝙ pedes sũt inferi9 ⁊ man9 supi9 dicebãt illã necessitatẽ ꝓuenire ex ꝑte materie. se3 ꝓpter grauitatẽ ⁊ leuitatẽ humoꝝ cõplexionantiũ aĩal S3 ꝯ̃ ħ dicit aristoteles ꝙ res naturales lic3 fiãt ex necessarijs ꝑncipijs materialib9 hñtib9 aptitudinẽ ad formã ⁊ ad finẽ. tñ rõ necessitatis taliũ a fine sumit̃. ⁊ sic illꝺ qꝺ est necessariũ bñ ẽ in potẽtia materie. ẜ rõ illi9 necessitatis sumit̃ ex ꝑte finis. Dat exemplũ de serra quã necesse est eẽ dentatã nõ absolute. ẜ si debeat diuidere ⁊ ad ħ ꝙ illi dẽtes sint apti ad diuidẽdũ dura oprtet ꝙ sint ferrei. ⁊ ita ferrũ ẽ illud ꝙ est necessariũ in serra ⁊ sil̃r dentes in ea sũt necessarij nõ absolute. ẜ si debeant diuidere dura. Et sil̃r est de materia in ordine ad formã substantialẽ. q2 oportet materiã totaliter disponi si talis forma debeat introduci in materiam.

Istis notatis sit cõclusio ꝑma.

Necessitas in reb9 naturalib9 sumit̃ ex ꝑte finis. Probat̃. q2 finis ẽ causa causaꝝ ⁊ ꝑuenit oẽs alias causas ĩ causãdo ⁊ nisi ꝑueniret sua causalitate alie cause ñ causarẽt. g̃ necessitas in alijs causis ⁊ ĩ reb9 naturalib9 sumit̃ ex ꝑte finis. Secũdo ꝓbat̃ rõe pħi. q2 in naturalibus ⁊ agibilib9 finis se h3 vt ꝑncipiũ ĩ demõstratõe. ẜ in demõstratõe necessitas ꝯclusiõis depẽdet ex necessitate ꝑncipioꝝ. g̃ ĩ agibilib9 ⁊ naturalib9 nccitas nõ sumit̃ ex ꝑte dispositõis materie. ẜ ex dispositõe finis. Sed ad vi

dendum ſimilitudinem inter finem in agibili bus ⁊ principiū demonſtrationis.

Sciendū eſt quarto. ꝙ in hoc eſt ſil'e ꝙ q̄lia ſūt ꝑncipia neceſſe ē ꝯcluſionē eſſe talē. ⁊ nō ecōuerſo. ꝑt em̄ ꝯcluſio vera eē ꝑmiſſis exn̄tibꝰ falſis. ſʒ ſi ꝯcluſio nō eēt vera nec ꝑncipia. ita ſilr̄ ē de fine ⁊ ꝺ medijs ad finē. q2 ſi finis ē nccē ē media eē vl' ꝑfuiſſe. ⁊ n̄ ecōuerſo. nā poſſūt eē media ad finē ſine h̄ ꝙ ſeq̄t̄ finis. ſʒ ſi media nō ꝑcedāt finis nō erit. Sʒ ſi nos cōparemꝰ finē ꝯcluſiōi ⁊ media ad finē ipis ꝑncipijs tūc ecōuerſo ſe h̄n̄t finis in agibilibꝰ ⁊ in naturalibꝰ ⁊ principiū in demonſtratione vt faciliter videri poſſet.

Dubitat̄ ꝑmo vtrū finis ſecūdū ꝙ ē cā ſit eodē mō ꝑncipiū ſic ꝑncipiū ī demōſtratiuis. Rn̄det Ariſto. ꝙ nō. q2 ꝑncipiū ī demōſtratiuis ē tm̄ ꝑncipiū rōtinatōis. ſʒ finis in naturalibꝰ ⁊ agibilibꝰ ē ꝑncipiū rōtinatōis ⁊ oꝑatōis. nā domificato2 capit diffinitōʒ domus vt ꝑncipiū cognoſcēdi domū. ⁊ ea q̄ ad domū ꝑtinēt vt ꝑncipiū domificādi. ſʒ q2 tal' eſt diſpoſitio domꝰ. oꝑtet ꝗ ꝑncipia domꝰ eſſe vel fieri ad h̄ ꝙ domꝰ fiat. ⁊ ſilr̄ medicꝰ capit diffinitōnez ſanitatis vt ꝑncipiū ⁊ in cognoſcendo ⁊ in ſanando. ⁊ q̇a talis eſt ſanitas oꝑtet talia fieri ad h̄ ꝙ aliq̇s ſanet̄. Ex dictꝫ ꝑtʒ ꝙ rō nccītatis in hijs q̄ fiūt ad finē ſumūtur ex rōe finis. iō dicit ꝑhs ꝙ phiſicꝰ ⁊ artifex ꝑ vtrāqʒ cāʒ rn̄dere debēt. ſcʒ ꝑ materiā ⁊ finē. ſʒ magꝭ ꝑ finē. q2 finis ē cā materie. ⁊ n̄ ecōtra. iō dic̄ ꝙ nihil ꝓhibet ī diffinitōe rei naturalis poni q̄ſdā ꝑtes q̄ ſe h̄n̄t vt materia n̄ q̄dē īdiuidual'. ſʒ cōis. Ubi ē aduertēdū ꝙ triplex ꝑt aſſignari diffinitio rei natural'. q̄dā ē vt ꝯcluſio ꝺmōſtratōis vt illa q̄ dat̄ ꝑ cāʒ materialē. Alia ē vt ꝑncipiū demōſtratōis q̄ dat̄ ꝑ formā vl' ꝑ finē. Tercia ē cōꝑhēdēs vtrāqʒ q̄ vocat̄ tota demōſtracio poſitōe differēs ⁊ etiam illa cōprehendit totum proceſſum ꝺmonſtrationis naturalis.

Ad rationes ante oppoſitum. Ad ꝑmā d2 ꝙ materia accepta ꝓut ē ī vltia diſpoſitōe nature ad formā vocat̄ nccītas. ſʒ tm̄ rō nccītatis illiꝰ diſpoſitōis a fine ſumit̄.

Ad ſecūdā d2 ꝙ nccītas abſoluta q̄ ē ꝗtuʒ ad eē rei abſolutū ſumit̄ ex cauſis prio2ibꝰ. ſʒ nō nccītas ſuppoſitōis. Silr̄ dicēdū ē ad terciā. Ad q̄rtā d2 ꝙ ſilr̄ nōens nō ē cā alicuiꝰ nccītatis. ſʒ finis ē aliquo mō ens ſcʒ ī intētione agētis. ⁊ h̄ ſufficit ad h̄ ꝙ ſit cā nccītatis ſʒ ex ꝯditōe. Et hec de ſecūdo phiſicorum.

¶ Sequit̄ liber tercius.

Cum aūt natura ē ꝑncipiū motus ⁊ mutatōis. ſciētia aūt nobꝭ de natura ē. oꝑtʒ nō ig°rare q̇d ſit motus. Neceſſariū em̄ ē ig°rato ipſo et ignorare naturā

Circa tertium libꝝ phiſicoꝝ querit̄ primo Utrū igrato motu neceſſe ſit ignorare naturā. Arguitur ꝙ nō. q2 nō ē nccē ſʒ cōtinges ignorare naturaʒ. ꝗ ignorato motu nō ē neceſſe igrare naturam.

Secūdo ſic. oē ꝑus ꝑt abſolui ⁊ abſolute cogſci ſine ſuo poſterio2i. ſʒ natura ē ꝑo2 motu cū ſit eiꝰ ꝑncipiū ⁊ cā. ꝗ ꝑt cogſci ſine motu.

Tercio ſic. ſic natura ē ꝑncipiū motꝰ ita eſt ꝑncipiū q̇etꝭ. ꝗ igrato motu ꝑ q̇etē poſſʒ adhuc cogſci nat̄a. Ad oppoſitū arguit̄. ꝑ. p. ī principio huius tercij.

Sciendum eſt primo. ꝙ poſtq̄ ꝑhs determiauit ī prio li. de ꝑncipijs reꝝ naturaliū. ⁊ ī. ij. de ꝑncipijs ſcie ꝯn̄r ī iſto tercio īcipit tractare de motu ſimpl'r ſūpto ⁊ ꝺ ꝓꝑetatibꝰ ꝯn̄tibꝰ motū. ⁊ h̄ fac̄ ī iſto tercio ⁊ ī q2to librꝭ. ī q̇nto ꝟo ꝺtermiat ꝺ diuiſiōe motꝰ ī ꝑtes ſuas ſubiectiuas. In ſexto de diuiſiōe motꝰ ī ꝑtes q̄titatiuas. In. vij. ⁊. viij. agit de motu non ſcḋm ſe. ſed per cōꝑatōem ad mouentia et mobilia. Et ſic ꝑʒ o2do inter iſtos libros.

Sciendū eſt ſecūdo ꝙ cū ſcientia natural' dicat̄ nat̄al'. q2 ē ꝺ nat̄a. ⁊ nat̄a ſit ꝑ ſe ꝑncipiū motꝰ ⁊ mutatōis ⁊ q̇etis. iō nccē ē ī hac materia ꝺtermiare ꝺ motu. q̄l'r āt differāt motꝰ ⁊ mutatio oñdit̄ ī q̇nto hꝰ. ⁊ q2 eiuſdē ſciētie ē ꝯſiꝺrare ſbiectū ⁊ accidētia ꝯn̄tia ipꝫ ꝑ ſe. iō ī hac ſcia nccīo h̄n̄t ꝯſiderare accidētia ꝯn̄tia motū ꝑticl'ant̄ acceptū. tm̄ tria cōſequūt̄ ipʒ acceptū ī cōi. ſcʒ īfinitū locꝰ ⁊ tp̄s. Et ſcḋm opinionē antiquoꝝ addit̄ q̇ntū. ſcʒ vacuū. Et ꝓpt̄ h̄ ꝙ ī iſto libro agit̄ ꝺ motu cōiter dicto. iō determinādū ē h̄ ꝺ iſtis accidētibꝰ q2 etiā ſt̄ cōia oibꝰ nat̄alibꝰ ⁊ vt d2 ī. t. ſꝑ poſterior ē ſpeculatio de ꝓprijs ea q̄ de cōibꝰ eſt.

Sciendū eſt tercio. ꝙ inter q̄tuo2 predicta accidentia infinitū magis intrinſece inſeq̇t̄ motuʒ. iō in eodeʒ libro ſcʒ in hoc

tertio simul agitur de motu ⁊ infinito. ⁊ qꝛ locus vacuū ⁊ tps se habēt ad motus extrīsece ideo de istis tribus ꝑtinet cōsideratio ad librū partialē. ⁊ de istis agitur in q̄rto libro. vn̄ locus est mensura extrīseca rei mobilis scd̄m veritatem. vacuum vero scd̄m opinionē. ⁊ tempus extrinseca ipsius motus.

Sciendū est quarto ꝙ infinitū reperit̄ in cōtinuis. qꝛ infinitas reperta in nūero ex additōne causat̄ ex infinito qd̄ est in diuisione cōtinui. Vn̄ dicit̄ in textu ꝙ ī rōe ꝯtinui multotiēs indigem⁹ ifinito. qꝛ mot⁹ est de gn̄e cōtinuoꝝ ⁊ ifinitū multotiēs cadit in rōe cōtinui seq̄tur ꝙ ifinitū intrīsece seq̄tur motū. Et notāter dicit multotiēs ⁊ nō sp. qꝛ cōtinuū dupliciť diffiniť. nā cū sit qd̄dā totū ꝑ suas ꝑtes hꝫ diffiniri. ꝑtes aūt dupľr cōparant̄ ad totū scꝫ scd̄m cōpositōem, put ex ꝑtib⁹ cōponit̄ totū. ⁊ scd̄m resolutionē, put totū diuidit̄ in suas ꝑtes. Vn̄ diffinitio cōtinui data scd̄m resolutionē in suas ꝑtes dat̄ ꝑ ifinitū. sicut cōtinuū est qd̄ ē diuisibile in ifinitū. n̄ aūt alia ī q̄ dr̄ cōtinuū ē cui⁹ ꝑtes ad vnū t̄minū cōeꝫ copľant̄.

Sciendum est quinto. ꝙ in ista ꝓpositōne ignorato motu necesse ē ignorare naturā. necesse pōt dicere necessitatē absolutā ꝯn̄tis. vt sic sensus motu ignorato h̄ est necessaria ignorat̄ natura. ⁊ illo mō. non dꝫ h̄ capi necesse. qꝛ sic illa eēt falsa. Alio mō pōt dicere necessitatē cōsequētie vt sit sensus h̄ cōsequētia ē necessaria si mot⁹ ignorat̄ natura ignoratur. Et solum isto mō capitur necesse.

Cōclusio prima ignorato motu necesse ē ignorare naturā necessitate scꝫ ꝯn̄tie Probat̄ qꝛ in diffinitōne nature ponit̄. ꝫ ignoratis partibus diffinitōnis necesse est ignorare diffinitionem ⁊ diffinitum.

Conclusio secunda phisicus hꝫ cōsiderare d̄ motu. Pꝫ qꝛ q̊ hꝫ cōsiderare cāꝫ ꝑ se dꝫ cōsiderare ei⁹ effectū. ꝫ phisicus hꝫ cōsiderare naturā q̄ ē ꝑ se cā motus ⁊ etiā motu ignorato non potest sciri natura. igitur ⁊c̄.

Conclusio tertia phisicus habꝫ cōsiderare de ifinito. Pꝫ qꝛ phisic⁹ hꝫ cōsiderare d̄ motu. ꝫ ifinitū ē passio itrīseca mot⁹. g̊ hꝫ cōsiderare de ifinito. tenet ꝯn̄tia. qꝛ eiusdē scie ē cōsiderare subm̄ ⁊ accidentia ꝑ se ꝯn̄tia ip̄m. pꝫ ex dictis. g̊ sequit̄ ꝙ phisic⁹ hꝫ cōsiderare de loco vacuo ⁊ tꝑe. qꝛ cōseq̄unt̄ motū vt dictū est. ⁊ etiā sunt cōia oīb⁹ naturalib⁹ eo ꝙ oīs res naturalˀ ē in loco ⁊ mēsurat̄ tꝑe. ⁊ cuꝫ sit cōtinua hꝫ rōeꝫ ifiniti. g̊ cū phisic⁹ habeat cōsiderare de reb⁹ naturalib⁹ sequit̄ ꝙ hꝫ cōsiderare de istis trib⁹. ⁊ etiaꝫ de vacuo qd̄ scd̄m opīoeꝫ accidit circa locū lꝫ nō ƀm veritatem.

Ad rationes ante oppositū ad primā pꝫ solutio ex dictis. Ad secūdaꝫ dicit̄ ꝙ lꝫ natura q̄tū ad id qd̄ est sit prior motu ⁊ sit aliq̊d absolutū. t̄n in rōe sic̄ sunt mot⁹ ⁊ natura q̄tū ad cognosci. qꝛ natura icludit quendā respectū ad motū ⁊ oꝑatōem. Ad tertiā dicit̄ ꝙ quies est effect⁹ nature cātus ab ipsa mediāte motu. ī nō nō pōt cognosci q̄es ignorato motu. ⁊ ignorato habitu necesse est ignorare priuationem eius. ideo per quietem sine motu non potest cognosci.

est in trāsitu spacij de priori ad posterius aīa
capit ip̄m scđm ꝙ est āte ⁊ scđm ꝙ est post cō
parādo ante ⁊ post adinuicē. Et lȝ aū̄ ⁊ post
in re non simul remaneāt. tamen in anima cō-
parāte vnū ad alterum. ⁊ hec cōparatio qua
anima commēsurat transitum mobilis de pri-
ori spacio in posterius dicitur tempus. ⁊ sic tē
pus scđm istos soluȝ habȝ esse in anima. Vl
tra dicebant ꝙ tēpus nō est aliud ꝙ̄ cōgrega-
tio plurium momētoruȝ se habentium adinui
ceȝ scđm quādā successionē. iō dixerūt tēpus
non habere verā cōtinuitateȝ. sed scđm conti
nui pro ꝙ̄to illā cōgregationē facit aīa simul
accipiens illa momēta ⁊ cōparās vnū ad al-
terum. nā hmōi momēta in re ip̄a nō simul ꝑ-
manēt. ⁊ sic cōgregatio ip̄orū solū est in aīa.

Sciendum est secundo ꝙ Auer
rois ⁊ sui sequaces dixerūt tēpus ī primo mo
bili esse extra aīam. sed solū hoc est in poten-
tia. sed cōplementuȝ ⁊ suam actualitatem ca-
pit ab anima ⁊ in anima. ita ꝙ tēpus in reruȝ
natura non habet actualitatē essendi. cū sit cō
stitutū ex preterito ⁊ ex futuro. ⁊ cū preteritū
non sit in actu lȝ fuerit. ⁊ futurū nonduȝ sit in
actu sed solum in potentia. nec potest aliquis
imaginari aliquid existens in rerum natura đ
tempore nisi ipsum nunc tēporis indiuisibile
quod non est tēpus nec pars tēporis. ideo di
cunt isti ꝙ tempus non debet dici ens in rerū
natura nisi in potētia. ⁊ si habeat aliquā actua
litatē hoc est ab anima simul cōcipiente prete
ritum cum futuro ⁊ continuante ipsa adinui-
cem eo modo quo in continuo nature perma
nentis dicitur esse. ⁊ hanc sentētiam insequiꝛ
doctor sanctus de cuius mō loquendi in hac
materia videbiꝛ in fine huius tractatus. Sed
cōmunior est opinio Auicēne ⁊ Alberti dicē-
tiū ꝙ tp̄s habȝ esse in rerū natura in actu ētis
successiui qui est esse in fine seclusa oꝑatione
anime ⁊ consideratione.

Quibus notatis sit cōclusio pri
ma tp̄s habȝ esse extra aīaȝ in rerū natura ſm
actū successiuū qui solū est in fieri ⁊ ꝙ̄tum ad
suū actū. Primū ꝓbatur primo manifestū est
ad sensum motū esse extra aīam. q꞉ si nulla es
set aīa adhuc posset esse motus. ⁊ tēpus cōse
quiꝛ motū vt numerus ei⁹. ergo tēpus est ex-
tra aīam. Secūdo sic illud qđ est vera ꝙ̄ti-
tas cōtinua nō solū est ens in aīa. sed est ens
reale extra aīam. tēpus est hmōi igiꝛ. Tertia
rō si tp̄s esset in aīa solū. tūc esset passio aīe ⁊
nō mot⁹ phisici. q꞉ talis motus in aīa intelle-
ctiua nō reperiꝛ. ⁊ ꝑ cōsequēs motus ꝓprieta
tes ⁊ passiones cōtinui ⁊ discreti nō participa
ret Quarto sic numerus formalis quo res
numeraꝛ est in ip̄is rebus preter cōsideratōeȝ
aīe. ergo cū tēpus sit numer⁹ sequiꝛ ꝙ est in re
bus seclusa cōsideratōne aīe. si eīn aīa nō nu
merat nisi ꝑ vnitates formales quas reperit ī
rebus. similiꝛ si aīa nūꝙ̄ numeraret adhuc nu
merus esset in tēpore. q꞉ in motu pars p̄cede-
ret ꝑtē. ⁊ in ip̄o reꝑiret vnde possȝ fieri distin
ctio iter ꝑtes. vnde pars cōtra ꝑteȝ possȝ nūe
rari. Quinta rō prius ⁊ posteri⁹ numerata in
motu sūt ip̄m tēpus. si tēpus ergo esset in aīa
motus phisicus esset in ea. ergo aīa moueret
motu phisico. Sexta rō possunt esse diuerse
anime numerantes simul. ergo si tempus essȝ

tū anima inq̄tum numerat motū sequiť ꝙ es‑
sent plura tēpora simul. Septima rō cuꝫ aīa
similiter se habeat ad oēm motū consideran‑
dū sequiť ꝙ etiam tēpus similiter se haberet
ad omnē motuꝫ. sed hoc est falsum. qꝛ tēpus
primo est mensura motus primi mobilis. ⁊ ꝑ
ipsum est mensura aliorum.

Cōclusio secunda tempus q̄tū ad actum scđm eius qui est numerare motuꝫ eius ⁊ quo ad esse simul sub modo ꝑmanen‑
tis ⁊ q̄tum ad esse notū est in aīa. Probatur
qꝛ solū anima intellectiua numerat, ergo tem
pus quātum ad hoc quod est numerare actu
solū est in aīa. ⁊ etiā tēpus nō habet moduꝫ ꝑ
manentis nisi inq̄tum preteritū retinet cū fu‑
turo. ⁊ vniūtur simul ꝑ modum cōtinui. ⁊ hoc
solum fit in anima. qꝛ tempꝰ in rebꝰ habꝫ esse
successiuum etiā non est notuꝫ nisi per hoc qđ
est apprehensum ab anima tm̄.

Ad rationes ante oppositum

Ad primā diciť ꝙ prius ⁊ posterius tēporis
vel motus nō simul sunt in esse permanenti ex
tra aīam. sunt tn̄ simul in esse successiuo que si
multas in hoc consistit ꝙ vna pars temporis
alteri succedit sine interruptōne. Sicut eīm ad
esse rei ꝑmanētis requiriť ꝙ sue ꝑtes simul ꝑ‑
maneāt. sic ad esse rei successiue requiriť ⁊ suf
ficit successio ꝑtis ad ꝑtem sine interruptōne.
verū est tn̄ ꝙ esse rei successiue pōt dici poten
tiale. qꝛ semꝑ est in potētia ꝑmixtū ⁊ suū esse
⁊ suū fieri ⁊ vna pars eiꝰ est in potētia ad suc
cessionē alterius. Ad secūdā diciť ꝙ duplex
est numerās scꝫ numerās effectiue ⁊ hoc ē ipa
aīa. ⁊ numerās formaliť. ⁊ hoc mō tps est nu
merās motuꝫ formaliť. qꝛ est nūerus quo aīa
nūerat ꝑtes motꝰ. iō aīa nō est causa tpis nisi
quantū ad esse notū ⁊ ad nūerare ī actu. Ad
tertiā diciť ꝙ cū motu percipimꝰ tēpus. sed h
nō cōtingit. qꝛ tēpus consequiť motū aīe nisi
quantū ad apprehēsionē. Ad quartaꝫ diciť
ꝙ motus duplices hꝫ partes. quasdā eīm ha
bet a magnitudine mobilis. qꝛ motus est di‑
uisibilis sicut ⁊ mobile. ⁊ de istis partibus cō
sequitur ꝙ simul sunt. alias habet ꝑtes ex pri
ori ⁊ posteriori in spacio ꝑ qđ fit motus que
sunt ꝑtes durationis. ⁊ haꝝ partiū tēpus est
mēsura. ⁊ sic ille sunt simul successiue. Ad q̄n
tā diciť ꝙ motꝰ celi. vno mō ꝑcipiť in se. alio
mō in suo effectu. vnde motꝰ celi qꝛ est prior
est cā alioꝝ motuū. ⁊ si nō esset non essent aliȷ̄
motus. iō motus celi in quolibꝫ alio motu ꝑ‑
cipiť. ⁊ ad talē ꝑceptionē requiriť collatio ef‑
fectus ad suā cām. ⁊ hoc mō incarcerati ꝑci‑
piētes quēcunq̄ motū cū illo quodāmō ꝑci‑
piūt motū celi ⁊ etiam tēporis.

Sequitur textus. Accipiendum autem.

Queritur tredecimo vtrum diffinitio tpis sit bene assignata. in qua dicitur tē‑
pus est numerus motus scđm prius ⁊ posteri
us. Arguiť ꝙ non qꝛ tēpus est quātitas conti
nua. ḡ tēpus nō est numerꝰ cū sit quātitas di
screta. Secūdo sic prius ⁊ posterius diffiniū‑
tur ꝑ tēpus. ḡ male diffiniť ꝑ ipsa. pꝫ cōsequē
tia. quia videtur committi circulatio in diffini
tionibus. In oppositū est pħs in secūdo
caplo huius tractatus.

Pro responsione sciendum est primo ꝙ postq̄ pħs disputatiue processit que
rendo de temꝑe an sit ⁊ quid sit. ꝯsequēter ve‑
ritatē determiat in vestigādo verā diffinitōeꝫ
tēporis pro cuius inquisitōne dicit pħs ꝙ vo
lentibus accipe quid sit tēpus accipiēdum est
quid sit motꝰ cām subiūgit. qꝛ simul cuꝫ motu
ꝑcipimꝰ tꝑs. quare seq̄tur ꝙ tp̄s ē aliq̄d motꝰ

Circa q̄ sciendum est secundo ꝙ licet tēpus sit mēsura cuiuslibet motꝰ phisi
ci. nō tamen eque primo. sed tēpus est in prīo
mobili mediāte motu eiꝰ. ⁊ sic primo ⁊ per se
est mēsura motꝰ primi mobilis. ⁊ qꝛ hmōi mo
tus in oībus motibꝰ ꝑcipiť sicut cā in respectu
ita etiā ꝑcepto quocūq̄ motu ꝑcipiť tp̄s. ideo
tempus est mensura omnis motus mediante
motu primi mobilis.

Scienduꝫ est tertio ꝙ omne qđ mouetur ex quodā termino mouetur in quēdaꝫ
terminū. ⁊ qꝛ motus localis priꝰ est. iō sequiť
ꝙ motus localis est ex quodā loco in quēdaꝫ
locū scđm quandā magnitudinē. Ex quo vlte
rius sequitur ꝙ sicut magnitudo scđm quā fit
motus localis est cōtinua. ita ⁊ motus factus
scđm ipaꝫ est cōtinuꝰ. ⁊ quātus est motus tm̄
tēpus esse videť. sed qꝛ tēpus cōsequiť motū
iō ex cōtinuitate motꝰ causať ꝯtinuitas ī tꝑe.

Scienduꝫ est quarto ꝙ non oīs motꝰ hꝫ cōtinuitatē a magnitudie spaciȷ̄ eo ꝙ
nō oīs motꝰ fit scđm talē magnitudieꝫ sed so
lū motꝰ localis. sed oīs motꝰ continuitatē hꝫ
ex fluxu forme nō interrupto fm̄ quē est motꝰ
Ex quo sequiť ꝙ motꝰ localis cōtinuitatē hꝫ

ex duobꝰ. Pŕio ex fluxu non interrupto ipiꝰ vbi ſm renouatōem ſitus ⁊ illud eſt ꝓximuꝫ ⁊ intrinſecū pn̄cipiū cōtinuans. Aliud eſt pn̄cipiū licet nō ſit proximū. ⁊ illud eſt continuitas ſpacij. niſi eñ ſpaciū eſſet cōtinuū fluxus ipſiꝰ vbi interrūperet. ⁊ illud eſt ſcðm fundamentū qđ mittit pħs ad venāduꝫ quidditatem tꝑis. ſcꝫ ꝙ motus localis cōtinuitateꝫ capit a magnitudine ſcðm quaꝫ fit motus. ⁊ tēpus quātitatē capit a motu. ⁊ primum fundamentū ponitur in primo notabili. ſcꝫ ꝙ tēpus eſt aliquid motus. qꝛ ſimul cuꝫ eo percipitur.

Scienduꝫ eſt quinto ꝙ magnitudo ſcðm quā fit motus localis eſt de numero habētium poſitionē in partibus. ideo cum motus localis fiat ſcðꝫ magnitudinē de priori in poſterius neceſſe eſt habere motū priꝰ ⁊ poſteriꝰ. ⁊ qꝛ tēpus ⁊ motus ſeinuicē cōſequūtur ideo etiam tempus habet prius ⁊ poſterius.

Sciendum eſt ſexto ꝙ prius ⁊ poſterius poſſunt dupliciter cōſiderari. Uno mō ſcðm id quod ſunt. vt ſcꝫ ſtant ſub forma magnitudis. ⁊ ſic nō habēt adinuicē diſtinctionē nec numerās magnitudinē. Alio mō cōſiderant formalit. ſcꝫ ſub forma prioris ⁊ poſterioris. ⁊ ſic capiūtur vt numerata ⁊ diſtincta. ⁊ ſic numerant magnitudinē. ⁊ ſic accipiūtur ſub diuerſis vnitatibus ad minus ſcðm intellectū. nā ꝑtes linee nō intelligūtur adinuicem diſtincte vt ꝑtes linee niſi quilibet intelligat terminata duobꝰ terminis ſicut ꝑtes linee duobus punctis. inter que ꝑtes cōtinētur linee. ⁊ cū ſic accipitur linea accipit ꝑ modum diſcreti lꝫ ſimplr ſit cōtinua. ⁊ ita etiā dicendū eſt de partibus motus tēporis ⁊ magnitudis. ⁊ ſic patet ꝙ nihil differt aliquid ſimplr eſſe continuum. ⁊ tamen accipit per modū diſcreti. ⁊ illud eſt tertium fundamentum poſitum ad venandum diffinitionem temporis.

Sciendū eſt vlterius ꝙ licet prius ⁊ poſterius in motu ⁊ motus idē ſint ſubiecto. differunt tamen rōne ab eo. qꝛ de ratione motus eſt ꝙ ſit actus entis in potentia ſcðm ꝙ hmōi. ⁊ hr̄e priꝰ ⁊ poſteriꝰ ſibi ꝯuenit ex priori ⁊ poſteriori imaginarie. Eſt tamē aduertendū ꝙ tēpus nō cōſequit motū inquātū motus eſt abſolute. ſed rōe prioris ⁊ poſterioris. qđ ſic declarat Ariſtoteles. qꝛ rōne illius tēpus ſequitur motū quo percepto percipitur ipſum tēpus. ⁊ quo non percepto nō ꝑcipitur. ſic eſt de priori ⁊ poſteriori motus. ⁊ hoc fit capiendo vnā partē motus vt priorē. ⁊ aliā vt poſteriorē terminādo ipas partes terminis indiuiſibilibꝰ diſtinguētibus partē a parte. igit. Unđ vt dič textꝰ ſi capiamꝰ vnū ⁊ idē nūc i tꝑe ſiue accipiatur vt fluens ſiue ſtans. dū tamē non diſcernimus partē a parte ꝑ prius ⁊ poſteriꝰ non percipimus tēpus. imo etiā ſi diuerſa nūc acciperētur ⁊ nihil perciperet mediuꝫ inter ipſa. qꝛ non perciperetur. vnum non eſſet prius alio. Si etiam capiat aliquod nunc vt finis ꝑtis precedentis ⁊ initiū ſequentis. ⁊ vt cōtinuans illas partes ⁊ nō vt diſtinguens partē a parte. ⁊ priorē a poſteriori nō percipit tēpus. Unde ſequit ꝙ partes motus ſic accepte ꝓut ſtant ſub forma prioris ⁊ poſterioris capiūtur vt diſtincta adinuicē ⁊ vt ſtant ſub forma cuiuſdam numeri. ⁊ hec forma numeri adherens partibus motus ſub forma prioris ⁊ poſterioris acceptis. ⁊ accepta vt ſic inherens eſt veriſſima natura tēporis. ⁊ ita tempus eſt numerus motus ſcðm prius ⁊ poſteriꝰ. ⁊ qꝛ oīs numerus ex aliquibꝰ vnitatibus cauſat. oportet ꝙ vnitas ex quibus cauſatur numerus qui eſt tempus ſint vnitates prioris ⁊ poſterioris motus. ita vt tempus ſit nūerus acceptus a priori a poſteriori.

Iſtis notatis ponitur cōcluſio reſponſiua ad. q. Diffinitio tēporis eſt bn̄ aſſignata. iam ſatis patet cōcluſio ex dictis ⁊ iterū eaꝫ probat a ſigno. qꝛ illud eſt numerꝰ alicuius ꝑ qđ iudicamꝰ ipm plus vel minꝰ. ſꝫ totum motū iudicamus plurē vel minorē ꝑ tp̄s. Unde eſt ſciēdū cum Ariſtotele ꝙ duplex eſt numerus. Quidā ē materialis qui eſt res numerata ſiue nūeralis. vt cū dicimus duos vel tres equos. Alius eſt numerꝰ formalis quo numeramus vt duo tria. dicit igit pħus ꝙ tēpus non eſt numerus pure formalis. qꝛ numerꝰ cuiuſlibꝫ rei poſſet dici tempus. ⁊ eſſꝫ de genere diſcretorū. ſed eſt numerꝰ numeratꝰ. qꝛ eſt numerus applicatus priori ⁊ poſteriori motus. ideo etiā qꝛ tēpus applicamus ipi motui numerando motū ſcðm prius ⁊ poſterius. ideo etiam eſt quodammodo numerus quo numeramus. Et ideo dicit Albertus ꝙ eſt numerꝰ quodam modo medians inter numerum pure materialem ⁊ pure formalem. ideo quia nō eſt numerus pure materialis non diffinitur ꝑ eſſe numeratum, ſed per hoc qđ eſt numerus

ꝛ q̄a nō est numerus pure formalis. ideo etiā non dicitur numerus absolute. sed numerus applicatus motui. ideo saluatur esse tempus continuum.

Pro quo sciendū est vltimo ꝙ motus non in q̄ntum motus est continuus. q2 omnis motus esset in genere quantitatis continue. igitur motus continuatio est a cōtinuitate entis fluentis post ens fluens siue forme post formam scd̄m generationē talis entis. ꝛ hec quantitas numerata est tempus. ꝛ iō tēpus ꝑ se quātum est cōtinuū. q2 cū in tali successione cōtinui exitus prius ꝛ posteri⁹ non diuidūt iō tp̄s est vere continuū. ꝛ h3 modū discreti ī eo ꝙ numerat. ꝛ sic discretio est sibi formalis. ꝛ cōtinuitas materialis est nūerus ꝑtium continui. ideo melius diffinitur tēpus per discretū q̄ꝫ per continuū. etiam tēpus causam sue continuitatis habet ex eo ꝙ causatur tēpus ex continuo fluxu ipsius.

Ad rationes ante oppositū

Ad primā dr̄ ꝙ nō dicit̄ ꝙ tp̄s sit numer⁹ simpliciter. sed est nūerus motus. ita ꝙ illud totū ponit̄ ꝑ modū generis. nā q̄ntū ad id qđ est simpliciter cōtinuū est. sed q̄ntū ad actū habet modū discreti. Ad secūdā dicit̄ ꝙ l3 prius ꝛ posteri⁹ tēporis tēpore diffiniātur ꝛ vt sic n̄ ponant̄ in diffinitōe tp̄is. tamē prius ꝛ posterius motus scd̄m ꝙ a magnitudie causant̄ ꝛ nō scd̄m ꝙ sunt numerata ꝑ tēpus ponuntur in diffinitōe tēporis. ideo dicit Aristoteles ꝙ prius ꝛ posterius sunt in magnitudine. deinde in motu vltimo in tempore.

Sequitur textus. Et sicut motus.

Queritur decimoquarto vtrum nunc sit numerus eius qđ fertur scd̄m ꝙ fert̄.

Arguit̄ ꝙ non. oīs numerus est diuisibilis nunc est indiuisibile. ergo. Secūdo sic illud qđ fert̄ siue mobile est q̄ntū ꝛ diuisibile. ergo ip3 nūc idiuisibile nō est numer⁹ siue mēsura ei⁹. Tertio sic mobile ꝑ suū motū tp̄e mēsurat̄. sed nūc nō ē tp̄s nec ꝑs tp̄is. ergo nō mēsurat̄ ip̄o nūc. Quarto sic mēsura rei tp̄al' ē q̄ntitas. sed nūc n̄ ē q̄ntitas ꝯtinua nec discreta. ergo nec nūc ē mēsura mobil' vl' ei⁹ qđ fert̄ scd̄m ꝙ fert̄. In oppositū arguit̄ sicut se h3 mobile ad motū, ita se h3 nūc ad tp̄s. ergo ꝑ locū a trāsmutata ꝓportione sicut se hab3 tp̄s ad motū ita se h3 nūc ad mobile. sed tp̄us est numer⁹ mot⁹. ergo nunc est numerus ei⁹ quod fertur scd̄m ꝙ fertur.

Pro respōsione sciēdum est primo ꝙ postq̄ꝫ ph̄s ostēdit quid sit temp⁹. h̄ cōsequēter determinat de ipso nūc tēporis. ostēdendo qualiter se habet nūc ad ip̄m temp⁹. ꝛ secūdū h̄ assignādo aliquas ꝓprietates ipsi⁹ nūc. Und' dicit ꝙ ipsū nūc est quodā mō idē in toto tp̄e ꝛ quodā mō diuersū. vnde ē ide3 subiecto ꝛ scd̄3 essentiā. ꝛ scd̄m esse successiuū ei⁹ est alterū ꝛ alterū. quod ꝓbat̄ sic. q2 sic motus insequit̄ magnitudinē ita temp⁹ insequit̄ motū ꝛ in vtroq3 reperit̄ pri⁹ ꝛ posteri⁹ eius. Et sicut se habet mobile ad motū, ita nūc ad temp⁹. sed mobile qđ fert̄ est vnū ꝛ idē subiecto in toto motu siue sit pūctū qđ fluxu eius causat lineā vel lapis vel aliquid aliud. ꝛ tamen est alterū ꝛ alterū rōne ꝛ scd̄m rem. sicut dicim⁹ coriscū esse alterū in theatro ꝛ alterū ī foro. ergo aliter nūc in tp̄e est vnū ꝛ idē ſm essentiā. diuersū tamen scd̄m esse inquātū fluit de priori in posterius eius scd̄m renouationem situs ipsius mobilis.

Sciendum est secundo ꝙ per ipsum nūc h3 mēsurari ꝛ cognosci ipsū temp⁹. ratio ē q2 vnūquodq3 hab3 mēsurari ꝛ cognosci per illud qđ est maxime notū sui generis. sed nunc est maxie notū in tēpore. ergo ꝑ ip̄m nūc hab3 notificari tempus ꝛ mensurari. etiā mot⁹ hab3 notificari ꝑ ip̄m mobile vt loci mutatio per id qđ fert̄. mobile est em̄ hoc aliq̄d mot⁹ autē nō. ideo mobile est nocius ipso motu ꝛ hab3 notificare motū. ꝛ est causa motus per hoc ꝙ supra magnitudinē continue renouat situm de priori in posterius.

Sciendum est tertio ꝙ illud qđ fertur pōt dupliciter considerari. Uno modo scd̄m ꝙ est sub prima forma ei⁹. Alio modo prout est agens motū per hoc ꝙ fertur in spacio de priori in posterius. ꝛ stat sub forma motus. primo modo non mensuratur ipso nunc. sed sua entitate accepta sub ratione vnitatis.

Secūdo modo adhuc potest dupliciter cōsiderari. Uno modo scd̄m ꝙ est idem subiecto in tota renouatione situs. Alio modo scd̄m ꝙ variatur continue scd̄m esse siue scd̄m rationem de priori parte spacij in posteriorē. primo modo mensuratur vnitate mobilis inquantū mobile ē que manet eadē in toto motu scd̄m substantiam. ꝛ talis accepta formaliter est ipsum nunc temporis. sed secundo mēsuratur tempore.

Sciendū est quarto. ꝙ sicut se hꝫ ad motū illō qđ fert̃ ĩ eo qđ fluxu suo causat motū veniens de priori in posteriꝰ in spacio ⁊ distinguit ꝑtē motꝰ ꝓcedentē a sequente. ⁊ ita se hꝫ nūc ad ipm̄ tp̄s q̄ꝛ fluxu suo ꝑ h̃ ꝙ est adiacēs ei qđ fert̃ inq̄ᵱtū h̄mōi distinguit ꝑtes tp̄is scꝫ p̄teritū a futuro. sicut eṁ pūctus causat lineā fluxu suo ⁊ manet idē s̄m substā tiā lꝫ variet̃ s̄m esse ita sil̃r nūc respectu tp̄is.

Istis sic notatis sit ista conclusio p̄ma. nūc est numerus eiꝰ qđ fert̃ s̄m ꝙ fertur. Ist̄ı cōclusio satis ptꝫ ꝑ rōnē positionū nō t̃n ē intelligēdū ꝙ ipm̄ nūc sit numerꝰ q̇ ē de gn̄e discretoꝝ. s̄ ibi capit̃ numerꝰ ꝓ mensura eiꝰ qđ fert̃. hꝫ t̃n modū pluralitatis s̄m ꝙ est alterū ⁊ alterū. Et illo modo accipit̃ sub ratione temporis.

Et tunc sit ista cōclusio secūda si nō sit tp̄s nō erit ipm̄ nūc ⁊ ecōtra sit nō sit nūc nō erit tp̄s. Probat̃ ꝑ sil̃e q̄ꝛ si nō sit motus nō erit illud qđ fert̃ s̄m ꝙ fert̃. ⁊ econtra si nō sit illud qđ fert̃ nō erit loci mutatio. q̇a sil̃ sunt motus ⁊ mobile inq̄ᵱtū fert̃. ⁊ ipsum nūc se hꝫ sil̃r in tp̄e vt mobile in motu. ⁊ sicut vnitas in numero. ḡ sil̃ sūt nūc ⁊ tp̄s.

Cōclusio tertia. tempus ꝯtinuat̃ ⁊ habet diuidi ꝑ ipm̄ nūc. ptꝫ q̄ꝛ motꝰ cōtinuat̃ ꝑ ipm̄ mobile inq̄ᵱtū manet idē subiecto in toto motu. ⁊ diuidit̃ ꝑ ipm̄ inq̄ᵱtū variatur s̄m suū esse renouando situ̅ de priori in posterius. ḡ sil̃r nūc cōtinuat ⁊ diuidit tp̄us. Item punctus cōtineat lineā inq̄ᵱtū est p̄ncipiū vnius ꝑtis linee ⁊ finis alteriꝰ ⁊ etiaꝫ diuidit s̄m ꝙ variat̃ s̄m esse. ḡ sil̃r nūc respectu tp̄is. Est t̃n dissimile de pūcto ⁊ de nūc in h̃ ꝙ punctus est ꝑmanens. ideo cōtingit vti vno pūcto vt duobus bis accipiēdo ipm̄. s̄ nūc nō est ꝑmanēs. ideo nō cōtingit vti vno nūc vt duobus bis accipiēdo idē nunc. q̄ꝛ sꝑ fluit. Ex p̄dictis ptꝫ etiā dr̄ia inter nunc ⁊ vnitatē. quia nūc ꝯtinuat tp̄s vnitas v̓o nō ꝯtinuat numeꝝ

Cōclusio quarta. nūc nec est aliqua pars temporis nec est tempus. Probatur sicut se habet pūctus ad lineaꝫ ita nūc ad tempus. sed puncta nō sunt partes linee ergo nunc nō est pars temporis. ⁊ hoc capiē do ipm̄ nūc vt est terminus indiuisibilis ipsiꝰ temporis. Sed si capetur nuc vt est fluens ⁊ numerat motum illo modo est tempus ⁊ dicitur tota substantia temporis. Ex istis tribus vltimis conclusionibus patent tres proprietates ipsius nūc assignate in textu ⁊ etiā rationes illarum.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primam patet solutio ex dictis. Ad secundam dicit̃ ꝙ licet mobile quod fert̃ s̄m se sit q̄ᵱtū ⁊ diuisibile. tamen si capiatur vt non variatum ꝑ prius ⁊ posterius in motu. sic habet rationē indiuisi. ⁊ illo modo mensuratur nunc indiuisibili. Ad terciam patet solutio ex dictis. Ad quartam dicit̃ ꝙ licet non sit q̄ᵱtitas in actu est tamen principiū q̄ᵱtitatꝫ cōtinue ⁊ est in potentia q̄ᵱtitatis. Sequitur textus. Quoniā aūt tempus est ⁊c̄.

Querit̃ decimoquinto vtrū tēpus mensuret̃ motu. Arguit̃ ꝙ nō. q̄ꝛ motus mensuratur tempore. ergo nō econtra cō sequentia tenet q̄ꝛ tunc idē esset prius ⁊ posteriꝰ notius ⁊ ignotius cū mensurans debeat esse prius ⁊ notius mensurato. Secundo sic. rō mensure q̄ᵱtitati cōgruit. ⁊ sic sibi soli cōuenit. s̄ motus nō est quantitas. ergo nō pōt mensurare tempus. Tercio sic. tempꝰ est mēsura motus. sed mensure nō est mensura al̃s esset procedere in infinitum. ergo tempus non mensurat̃ motu. Ad oppositum arguit̃ ꝑ ph̃m in textu dicentē. nō aūt solo tēpore metimur. sed motu tp̄is.

Pro responsione sciendum est primo ꝙ postq̄ᵱ ph̃s ōndit quid est tempꝰ ōn dendo diffinitionē eius. ⁊ etiā quid est nunc in tempore ⁊ posuit ꝓprietates eiꝰ. hic consequenter ex diffinitione tēporis assignat rationes q̄rūdā ꝓprietatū que tēpori attribuunt̃ inferens primo ex diffinitione tp̄is ꝙ tp̄s q̄ᵱtū ad actū eius qui est mensurare motū ē quodam discretum. q̄ꝛ in mensurando motū habet modū discreti. ideo dicit̃ ꝙ tp̄s est numerus. ⁊ q̄ꝛ nō est numerus simpliciter. s̄ numerus numeratus applicatus motui in quo partes simpliciter sūt ꝯtinue ⁊ diuise s̄m quid idō tempus simpliciter est cōtinuū. habet tamen modū discreti in mensurando. ideo s̄m quid est discretū. ⁊ ideo passiones discreti ⁊ continui sibi attribuuntur.

Sciendum est secundo. ꝙ in discreto est dare numerū minimū. ⁊ hoc dupliciter vel minimū simpliciter. ⁊ est vnitas vl̃ nu

108

nimũ in genere numeri habẽs rõem numeri. vt dualitas. ſed non eſt dare minimũ qđ ſit in genere cõtinui ⁊ habẽs rõem cõtinui. cũ continuũ ſit diuiſibile in infinitũ. iõ in tẽpore inꝙ̃tum diſcretũ eſt poteſt dari minimũ ſimpliciter ſcꝫ vnũ tp̃s ⁊ minimũ in genere numeri vt duo tẽpora ſiue due partes. ⁊ illo mõ non eſt dare in eo maximũ. ſed in tẽpore inꝙ̃tuꝫ cõtinuũ eſt non eſt dare minimũ ꝓpter diuiſibilitateꝫ in infinitũ. ⁊ hec eſt prima ꝓprietas tẽporis. Secũda ꝓprietas eſt. tẽpus dicit̃ eſſe breue ⁊ longũ inꝙ̃tũ eſt continuũ. qꝛ breue ⁊ longum ſunt paſſiones continui. etiã qñꝙ̃ dicitur multũ ⁊ paucũ ⁊ hoc ſibi cõuenit vt diſcretuꝫ eſt. qꝛ ille ſunt paſſiones diſcreti. ſed nunꝙ̃ dicit̃ velox vel tardum ꝓpter rõem prius habitã. Tertia ꝓprietas. tẽpus ſimul eſt idẽ numero vbiꝙ̃ reſpectu omniũ que mouent̃. qꝛ nõ diuerſificatur ſcđm diuerſa mobilia. eſt tamẽ diuerſum ſcđm diuerſas ꝑtes eiuſdẽ motus ſꝫm quas accipiũtur prius ⁊ poſterius in tẽpore. iõ tempus prius ⁊ poſterius nõ ſunt idẽ. Cauſa primi eſt qꝛ primus motus cuius tẽpus eſt primo ⁊ p̃cipaliter numerus eſt vnus. ideo tempus eſt vnũ. Ratio ſecũdi eſt. qꝛ pars illiꝰ motus que iaꝫ facta eſt. ẽ altera ab illa que futura eſt. ergo ſimiliter tẽpus preteritũ eſt alterũ a futuro. ⁊ hoc iõ eſt. qꝛ tempus non eſt numerus ſimpliciter. ſed numerus alicuiꝰ rei certe ⁊ numerate. ſcꝫ prioris ⁊ poſterioris in motu. ⁊ huic numero motus ſicut ⁊ motui ſꝑ accidit alterũ eſſe prius ⁊ alterũ eſſe poſterius. ꝓpter hoc ꝙ ipſa nunc ſcđm ꝙ ſe habent ſcđm prius ⁊ poſterius ſꝑ ſunt altera ⁊ altera. ſi eñ tempus eſſet numerus ſimpliciter. tunc eſſet idẽ tẽpus reſpectu motus p̃teriti ⁊ motus futuri. ſicut eſt idẽ numerus ſimpliciter diuerſorũ numeratorũ. vt centuꝫ equorum ⁊ centum hominuꝫ ſiue ſimul exiſtant ſiue ſucceſſiue. licet numerus numeratus ſit diuerſus. vt centũ equi aliud eſt a centũ hominibus. Quarta ꝓprietas eſt. ſicut contingit reiterari vnũ ⁊ eundem motũ in ſpecie. ita contingit reiterari vnũ ⁊ ideꝫ tempus ⁊ qꝛ non reiteratur ideꝫ motꝰ in numero. ſed in ſpẽ ita non reiteratur idẽ tẽpus in numero. ſed ſcđm ſpẽm tm̃ ſicut yems ⁊ ver. Quinta proprietas eſt ꝙ non ſoluꝫ numeramus motum ꝑ tempus. ſed etiaꝫ tempꝰ per motũ propter hoc ꝙ adinuicem ꝑcipiunt̃ oportet accipere ꝙ̃titatem vnius ſcđm ꝙ̃titatem alterius. Unde ꝙ tẽpus menſuret motũ ꝓbatur. qꝛ eſt numerus eius. vt prius dictum eſt. ſed ꝙ econtra motus menſuret tẽpus phs probat dupliciter. Primo ex rõne numeri ⁊ numerati. qꝛ quãdoꝙ̃ numerũ formaleꝫ ꝑ numeralia cognoſcimus vt numerũ equoꝝ ⁊ econtra. Similiter eſt in tempe ⁊ in motu. qꝛ qñ ẽ nobis nota certa ꝙ̃titas temporis ⁊ motꝰ ꝙ̃titas eſt ignota tũc tẽpore mẽſuramus motũ ſed ecõtra dũ ꝙ̃titas motus eſt nota ⁊ ꝙ̃titas tẽporis ignota tunc motu mẽſuramus tẽpus. Secũdo ꝓbat ex ſimilitudine magnitudinis motus. qꝛ ſicut motus inſequit̃ magnitudinẽ in ꝙ̃titate cõtinuitate ⁊ diuiſibilitate. ita tp̃s ſequit̃ motũ. ſed magnitudinẽ mẽſuramꝰ per motũ ⁊ motũ ⁊ magnitudinẽ mẽſuramus. vt ſi motus fuerit multus dicitur viam fuiſſe mltam ⁊ econtra. ergo a ſimili ꝑ tempꝰ mẽſuramus motũ ⁊ ꝑ motũ tp̃s dicẽtes tempus fuiſſe multuꝫ ſi motus fuerit multus. ⁊ motũ fuiſſe multum ſi tempus fuerit multum.

Cõcluſio prima tempus menſurat̃ motu a poſteriori tm̃. ⁊ motus mẽſurat̃ tẽpore ſimpliciter ⁊ a priori. Prima pars pꝫ ex dictis. Et ſecunda pꝫ qꝛ mẽſurare ſimpl̃r ⁊ a priori cõuenit illi qđ hꝫ rõem quãtitatis ꝑ ſe. ſed tp̃s eſt per ſe quantitas vt inſequitur ipſm ergo menſurat ipſum a priori.

Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primã dicit̃ ꝙ idẽ põt eſſe notius ⁊ ignotius alteri ſcđm diuerſas rões. ita etiã tp̃s mẽſurat̃ motu tanꝙ̃ a notiori quo ad nos ⁊ motus mẽſurat̃ tꝑe tãꝙ̃ a priori ⁊ notiori ſimpliciť. Ad ſecũdã dicit̃ ꝙ lꝫ motus nõ ſit ꝑ ſe ꝙ̃titas. ſꝫ ꝑ accidẽs eſt ꝙ̃titas ⁊ põt ſua ꝙ̃titas eſſe notior ex ꝑte ꝙ̃titatis magnitudis quã inſeq̊tur ꝙ ſit ꝙ̃titas tꝑis. Ad tertiã đꝛ ꝙ mẽſure accepte materialiť ꝙ̃tuꝫ ad id qđ eſt põt eẽ alia mẽſura. Seq̊tur tex. Quid aũt tp̃s.

Queritur decimoſexto vtrum tẽpus ſit mẽſura motus ⁊ quietis mobilium ⁊ quieſcibiliũ. Arguit̃ ꝙ nõ. qꝛ q̃ nõ ſunt non mẽſurant̃ tꝑe. ſed quies nõ eſt cuꝫ ſit priuatio motus. ergo nõ mẽſurat̃ tẽpore nec eſt in tempore. Secũdo ſic ſi tp̃s eſſꝫ menſura mobilium vel eſſet aliquorũ tm̃. vel omniũ. nõ primũ. qꝛ non eſt maior rõ de vno ꝙ̃ de alio. nec ſcđm. qꝛ corpus celeſte cũ nõ excellatur a tꝑe neꝙ̃ ſub tempore ponatur non eſt in tempore.

Ad oppoſitum arguitur per philoſophum in textu.

Pro respõsione sciendū est pri-mo ꝙ postꝙ phs ostendit que sit natura temporis. ⁊ etiā que sit natura ipsius nunc ⁊ assignauit rõnes ꝓprietatū vtriusq̄ determinando de ipis absolute. hic cõseq̄ter agit de ipsis ꝑ cõparatõem ad ea q̄ sunt in ipis ostẽdẽdo quid sit eẽ in tꝑe ⁊ quomõ motꝰ ⁊ alie res a motu differẽter dicunt̄ esse ĩ tꝑe ⁊ que non.

Sciendū est secundo ꝙ tempꝰ sic mẽsurat motū ꝙ primo mẽsurat vnā ꝑtem eius. ⁊ ꝑ ipam mẽsuratā mẽsurat̄ totus motꝰ. q2 vt dicit̄ in quarto methaphisice oꝫ vnumquodq̄ mẽsurari per aliquid sui generis sicut ꝑ tẽpus vnius hore mẽsuramus motuꝫ factū in hora. ⁊ ꝑ ipsum sic mẽsuratū mẽsuramus motū diurnū. ꝑ quẽ mensuratū mẽsuramus motū vnius āni. sicut per quātitatẽ vnius vlne mensuramus vnā vlnam pāni. ⁊ per illā mensuratam mẽsuramus totā quātitatẽ pāni. ⁊ sic male dixerunt ātiqui dicẽtes ꝙ totus motus celestis mẽsuratur toto tꝑe. q2 quātitas totiꝰ temporis est nobis eque ignota sicut quantitas totius motus.

Sciendum est tertio ꝙ tempus aliter mẽsurat motū ⁊ aliter mẽsurat alia tꝑalia. q2 tẽpus est mẽsura motꝰ ⁊ quātum ad id qđ est ⁊ quātum ad suuꝫ esse. hoc est quātum ad suā durationẽ. ⁊ ideo dicit textus tẽpus ẽ metrū motus ⁊ eius qđ est moueri. Sed alie res a motu dicunt̄ in tꝑe esse ⁊ mensurari tꝑe quātū ad suū esse ⁊ durationẽ. ⁊ nõ quātū ad id ꝙ sunt. sed quātuꝫ ad id qđ magis mẽsurātur nūc tẽporis. Ex istis pꝫ ꝙ motū esse ĩ tẽpore est ipm ⁊ suū esse tẽpore mẽsurari. Patꝫ secūdo ꝙ alias res esse in tẽpore est ipsas ſm suū esse tẽpore mẽsurari. Patet tertio ꝙ eẽ in tẽpore vniuersalit̄ nihil aliud est ꝙ̄ quadaꝫ ꝑte tꝑis mẽsurari. Et sic ꝓbat phs. q2 esse in tẽpore soluꝫ põt intelligi duobus modis. Vno mõ vel q2 põt esse quādo tp̄s est. vel eẽ in tꝑe vt in numero. ⁊ hoc duplicit̄. q2 vno modo aliquid dicit̄ esse in numero qđ est aliquid ipius numeri vel principiū vel pars vel passio eius vt vnitas par ⁊ impar. ⁊ similia dicunt̄ esse in numero. Alio mõ aliquid dicit̄ esse ĩ numero vt in quodā numerante ⁊ mẽsurāte quātitatẽ eius. sed primo mõ res nõ possunt dici esse in tꝑe. q2 sequeret̄ ꝙ quelibꝫ res esset in quolibꝫ ⁊ celū esset in grano milij. q2 celum est q̄n granū milij est. Iteꝫ accidit alicui rei esse in tꝑe q̄n alia ẽ. sed tẽpus nõ accidit motui. imo necessario ipm sequit̄. ergo esse in tꝑe nõ est ipm esse quādo tẽpus est. Nec põt dici scđm. q2 illo mõ prius ⁊ posterius sūt in tẽpore. sed motus ⁊ alie res dicunt̄ esse in tẽpore non ꝙ sint aliq̄d ipsiꝰ temꝑis. ergo relinquitur tertiū. scꝫ ꝙ ꝓprie esse in tẽpore est esse in eo vt in nūero mẽsurante eẽ vel durationẽ rei tꝑalis. ⁊ hoc mõ res mobiles scđm ꝙ referunt̄ ad motū sūt in tꝑe. q2 scđm quātitatẽ motꝰ earū tempore mensurant̄.

Tunc sit cõclusio prima necessaria ⁊ ea que semꝑ sunt in quātū semꝑ sunt nõ sunt in tꝑe. pro cuius probatiõe ponūtur due suppositões. Prima est oportet omẽ qđ est in tẽpore cõtineri ⁊ excelli a tꝑe scđm vtrāq̄ sui extremitatẽ. q2 esse in tẽpore est esse in eo vt in numero numerāte. sed in omi illo qđ est ĩ numero põt accipi numerus maior. ergo põt accipi tẽpus omino maius eo ꝙ est in tꝑe. Secūda suppositio oportꝫ ea q̄ sunt in tꝑe aliq̄d pati ab ipo. probat phs ex cõi modo loquẽdi q2 cõsueuimꝰ dicere ꝙ tp̄s tabefacit oĩa ⁊ oĩa sub tẽpore senescūt ⁊ in tẽpore fit obliuio. Et causa est. q2 tẽpus est numerus motꝰ. sed motus facit distare reꝫ a distinctõe in qua primo erat. ergo tẽpus per motū magis est cā corruptõnis ꝙ̄ generatõis. ⁊ obliuionis ꝙ̄ scie. Et ne credatur ꝙ cõtraria horū cõueniūt tẽpori. Dicit phs ꝙ nullus didicit. nec nouū factū est neq̄ bonū ꝓpter tp̄s. Tūc ꝓbatur cõclusio q̄ cūq̄ sunt in tꝑe cõtinent̄ ⁊ excedunt̄ a tẽpore ⁊ aliq̄d a tꝑe paciūtur ea q̄ semꝑ sūt scđm duratõem eorū cū illa sint infinita nõ excedūtur a tẽpore nec patiūtur sub tẽpore. q2 nihil amittunt ꝑ preteritum. nec aliquid acquirunt ꝓ futuris. ergo illa non sunt in tempore.

Conclusio secunda tempus est mensura quietis ⁊ quiescibilium. Probatur. q2 non est necesse moueri omne quod est in tẽpore cum tempus non sit motus. sed numerꝰ eius. Sed cõtingit esse in numero motus nõ solum illud quod mouetur sed etiam qđ quiescit. ergo non solum ea que mouẽtur actu sūt in tempore. sed etiaꝫ ea que quiescunt. Itẽ non omne immobile quiescere dicitur. sed solum illud quod est priuatum motu ⁊ potest moueri. ergo esse quiescentis est esse rei mobilis. cum ergo esse rei mobilis sit in tempore ⁊

mensuretur tempore sequitur ꝙ esse rei quie⸗scentis mensurabitur tēpore. ⁊ per consequēs tempus non solum est mensura motus ⁊ mo⸗biliū. sed etiā q̇etis ⁊ eorū que quiescunt. motus tamen de per se ⁊ quietis de per accidēs, nam quiescens mensuratur tempore non in quātum quiescens. sed inquātuȝ mobile. Est etiam tempus mensura mobilium ⁊ quiescibilium. non inquantum sunt equus homo vł lapis. sed inquantuȝ mouentur vel quiescūt. nā ista mensurantur tempore scd̄m ꝙ quantitas aliqua percipitur. sed per tēpus accipitur quātitas motus ⁊ quietis. ⁊ non quātitas hoīs vel equi. ergo tēpus non mensurat illa nisi in⸗quātum mouētur vel quiescūt. Ex dictis in⸗fert pħs ꝙ quecūq̄ nō mouētur nec quiescūt. vt substātie separate non sunt in tēpore cū tē⸗pus nō sit mēsura nisi illorū que mouētur. vt motus ⁊ quietas. Secūdo infert ꝙ entia impossibilia nō mēsurātur tēpore. sicut neq̄ sua opposita que sunt necessaria. qꝛ illa nō mouē⸗tur neq̄ quiescūt. qꝛ nō contingūt aliter se habere. Tertio īfert ꝙ generabilia ⁊ corrupti⸗bilia sunt in tp̄e. qꝛ excedūtur a tēpore ⁊ ali⸗quid patiūtur sub tēpore. Quarto infert ꝙ nonentia q̄ sunt possibilia sunt in tēpore. qꝛ ipsorū aliqua fuerūt in preterito. vt Omerus. ⁊ q̄dā in futuro erūt. Et per hec patȝ responsio ad quesitum.

Ad rationes ante oppositum

Ad primā dicitͬ ꝙ licet quies nō sit ens positiuū est tamen ens priuatiuū ⁊ mensuratur per accidēs scd̄m mēsuraȝ sui habitus. qꝛ est ea⸗dē mensura oppositorū vniꝰ per se ⁊ alterius ꝑ accidēs. Ad secūdaȝ dicitͬ ꝙ tēpus est mē⸗sura cuiuscūq̄ mobilis corruptibilis ⁊ quantū ad duratione ⁊ ad motū eius. sed mobilis incorruptibilis tēpus nō est mēsura quantum ad durationem neq̄ ad quid est. sed quātum ad motū localē eius sic ꝙ quātitas sui motus tempore mensuratͬ.

Sequitͬ ter. Ip̄m aūt nūc:

Queritur decimoseptimo vtruȝ

tempus sit magis causa corruptōnis ꝙ̄ generationis ⁊ obliuionis ꝙ̄ scientie. Arguitur ꝙ non. quia sicut aliquid in tēpore corrūpitur ita in ipso aliquid generatur. ergo tempus ē causa generationis sicut ⁊ corruptionis. Secūdo sic generans per motum intendit ducere formam in mobili. ⁊ per actionem eius nec intendit formam ab eo remouere nisi per acci⸗dens. cum ergo tempus sit numerus motus sequitur ꝙ est magis causa generationis ꝙ̄ corruptōnis. Tertio sic sapientia ⁊ prudentia requirunt magnam experientiam. sed illa multo tempore indigent. ergo tempus est magis causa sapientie ⁊ prudentie. ⁊ debet dici prudentium sapientiuȝ sicut pitaghorici dicebāt erit nō erit magis causa obliuionis ꝙ̄ sciē⸗tie. Ad oppositū arguitͬ ꝑ pħm in textu.

Pro respōsione sciēdum est pri

mo ꝙ postꝙ̄ determinatuȝ est de tēpore per respectū ad ea que sunt in tēpore. hic cōsequenter pħs determinat de ipso nūc dicendo signi⸗ficatōnes eius. ⁊ etiam ostendendo significa⸗tōnes aliquorum que ipso nunc determinan⸗tur. ⁊ consequēter ostendit veritatem duoruȝ que prius supposuerat. scȝ quomō tēpus sit causa corruptionis ⁊ ꝙ omnis motus vel mutatio est in tempore.

Sciendum est secundo ꝙ ipsuȝ

nunc potest dupliciter accipi. Uno modo proprie prout est quoddā indiuisibile tēporis. ⁊ hoc modo est continuans partes temporis. ⁊ scd̄m potentiam est diuidens. alia tamen ra⸗tione continuat ⁊ alia diuidit. quia prout accipitur vt vnum quod est finis preteriti ⁊ initiū futuri sic continuat. ⁊ cum accipitur seorsum. vt finis vnius partis. ⁊ postea vt principium alterius non considerando ipsum vt est vnuȝ ⁊ idem sic diuidit. ⁊ tamen idem est nunc indiuisibile scd̄m substantiā quod continuat preteritū cum futuro ⁊ diuidit. Secūdo mō ca⸗pitͬ ip̄m nūc vulgariter scȝ pro paruo tempore propinquo presenti nunc indiuisibili siue in preterito siue in futuro. vt dicitur venit nunc. quia venit hodie. ⁊ nunc veniet. quia hodie veniet sed non dicimus ꝙ diluuium venit siue sit factum nunc. ⁊ sunt idem realiter nunc ⁊ in⸗stans. sed differunt ratione. quia nunc nomiat ipsum indiuisibile temporis absolute. instans vero nominat ipsum prout est in continuo fluxu. ideo dicitur instans quasi non stans.

Sciendū est tertio ꝙ tunc signi⸗

ficat tempus determinatuȝ per aliquod nunc prius presenti. ⁊ sic importat tempus p̄teritū siue sit propinquū ip̄i presenti nūc siue remotū vt dicimus tūc destructa est troia. Sed iaȝ dicit tempus propinquū presenti nunc siue p̄teritum siue futuruȝ. vt dicimus iam ibit. vel iam

fuit. sed non dicimus iam destructa est troya
Sed modo dicit tp̄s p̄teritū ꝓpinquū p̄senti
nūc. vt dicimus iuit modo. Sed olim dicit tē
pus p̄teritū remotū a p̄nti nūc. Sed repente
dicit tempus in sensibile ꝓpter sui ꝑuitatem.

Sciendū ē quarto. ꝙ tā genera
tio ꝙ̄ corruptio fiūt in tꝑe. ideo quidam Pi-
ctagoricoꝝ attribuerūt generationes rerū ipi
tēpori ꝛ disciplinā dicentes tp̄s esse sapienti-
um. q꞉ generatio fit in tꝑe ꝛ etiā scientia. Sꝫ
quidā pictagoricus noīe Paris dicit econtra
tempus penitus esse indisciplinabile ꝛ ꝙ est
magis causa corruptionis ꝙ̄ generatōnis. q꞉
ꝑ longum tp̄s accidit obliuio. nam de recenti
cognoscimus in memoria manēte ꝛ ꝓpter di
uturnitatē tꝑis a memoria elabunꝭ. Vnd̄ q꞉
nullus efficiꝭ sciens ꝓpter tp̄s. ideo dicit Ari
stoteles ꝙ Paris rectius dixit alijs.

Ideo sit ꝯclusio prima. tempus
est magis causa ꝑ se corruptionis ꝙ̄ genera-
tionis ꝛ obliuionis ꝙ̄ scientie. Probaꝭ pri
mo rōne. q꞉ tempus est numerus motus. sed
oīs motus ꝛ mutatio facit rem distare a suo
p̄ncipio. ꝛ sic remouet eam a naturali disposi
tione in q̄ prius erat. g̃ motus est ꝑ se destru-
ctiuus ꝛ corruptiu⁹ rei ꝛ nō gn̄atiu⁹ nisi de ꝑ
accidens. quia qd̄ acquiraꝭ aliqua dispositio
ꝑ motum nō est rōne motus inq̄tū est motus
ſ solū q̄tū est finis intentionis agentis ꝓpt
finem. ideo corruptio magis ꝑ se attribuitur
motui ꝙ̄ generatio ꝛ ꝑ ꝯsequēs tēpori. Sed
generatio ꝛ esse magis attribuūꝭ generanti.

Secundo patꝫ a signo q꞉ nihil videꝭ fieri
q̄n appareat aliqd̄ agens extrinsecum. ꝛ tm̄
aliquid videꝭ corrumpi nullo apparente cor
rumpente extrinseco. ꝛ tūc talis corruptio tē-
pori attribuiꝭ. vt cum aliquis senescit. cū er-
go in generatione sit aliqd̄ agens extrinsecū
generatio nō attribuiꝭ tēpori ſ gn̄anti. Sed
in corruptione corrūpens nō semꝑ est mani-
festū. ideo corruptio attribuiꝭ tēpori nō ꝙ tē-
pus faciat corruptionē. ſ vt dicit Aristoteles
q꞉ corruptio fit in tꝑe ꝛ latet corrūpens.

Cōnclusio secunda: oīs motus
vel mutatio est in tꝑe. Probaꝭ duabus rō-
nibus. Prima est oīe motū velox ꝛ tardum
sunt in tꝑe. ſ in oī motu ꝛ mutatōe reperiꝭ ve
locius vel tardius moueri faciendo tm̄ cōpa-
rationē motuūꝫ in velocitate ꝛ tarditate ſm
motum eiusdem speciei. ergo omnis mot⁹ est
in tꝑe. Secūda ratio ad omnē motū vel mu-
tationem sequiꝭ prius ꝛ posteri⁹. q꞉ oīe mo
bile variaꝭ de priori dispositione in posterio-
rē siue ſm generationē forme siue ſm renoua
tionē situs. sed oīe prius ꝛ posterius sunt in
tꝑe. quia sumunꝭ ꝑ distantiā ab ipo nūc qd̄ ē
in tꝑe. tm̄ econuerso sumunꝭ in p̄terito ꝛ in fu-
turo. q꞉ in p̄terito diciꝭ prius qd̄ est longius
p̄nti nunc ꝛ posterius quod ꝓpinquius est ꝛ
ecōtra est in futuro. ergo oīs motus ꝛ muta-
tio est in tꝑe. Sed cōtra de gn̄atōne substan
tiali ꝛ de illuminatōne medij. que sunt muta
tiones ꝛ nō sunt in tꝑe. Rn̄dit ꝙ sicut termi-
nus tꝑis non est tempus nec pars ei⁹. ita ē de
termino motus. ꝛ si capiaꝭ generatio ꝓprie
non est motus nec ꝑs eius. ꝛ sic nō est in tꝑe
nec in ꝑte tꝑis. ꝛ simil'r de illuminatione me-
dij que sequitur motū localē corporis lumino
si. Si v̄o capiaꝭ generatio ſm esse vt ē admi-
xta alterationi sic est successiua ꝛ est in tēpo-
re sicut alteratio.

Ad rationes ante oppositum.
Ad primā diciꝭ ꝙ licet aliquid in tꝑe genere
tur hoc tm̄ non est ex parte motus sed ex par-
te generātis. ideo tempus non diciꝭ ꝑ se cau-
sa illius generationis sicut ꝛ corruptionis q̄
ꝑ se sequiꝭ a motu quē ꝑ se insequiꝭ motus tē
pus. Ad secundam ꝛ terciam similiter pa
ter solutio ex dictis Sequiꝭ textus. Est
aūt idem ꝛ ſm idem.

Queriꝭ decimooctauo vtrū tē-
pus multiplicetꝭ ad multitudinē temporaliū

Arguiꝭ ꝙ sic. q꞉ tēpus est numerus omniū
motuūꝫ ꝛ mobiliū. sed numerus multiplicaꝭ
ad multitudinē numerabilium. ergo tp̄s multi
plicaꝭ ad multitudinē mobiliū Secūdo
sic. tempus insequiꝭ motū vt passio ꝛ mensu-
ratio eius. sed passio multiplicaꝭ ad multipli
cationē sui subiecti. ergo tempus multiplica
tur ad multiplicationē temporalium. Ad
oppositū est ph̄s in vltimo capitulo hui⁹ q̄r-
ti. vbi postq̄ ipse determinauit de tempore ꝛ
nunc ꝛ de ꝓprietatibus eoꝝ ꝛ de his que ip-
sis mensuranꝭ. hic ꝯsequenter mouet ꝛ soluit
tres dubitationes

Pro quo sciendum est p̄mo ꝙ
prima harū dubitationū est de natura tempo
ris in omnibus rebus quare scilicet tp̄s videꝭ

esse vbiqꝫ vicꝫ in celo i terra i mari ⁊ in oibus que in eis sūt. Cui⁹ rei ratione reddit pħs q̇a tp̄s est passio vel habitus motus cū sit numerus eius. sed hoīa mouent poteria vel actu eo ꝙ sunt in loco. ꝗ oportet ꝙ in eis sit tp̄us qꝛ sil' sunt tempus ⁊ motus tā motus i actu ꝙ motus in habitu ⁊ ſm potentiā. Secūda dubitatio vtrū si nō sit aīa erit tp̄s. Arguit Aristoteles ꝙ non. qꝛ si impossibile est numerantē esse impossibile est numerabile esse. ⁊ ꝑ ꝯsequens ip̄m numerū. ꝫ nihil potest numerare nisi aīa ⁊ adhuc aīa intellectiua. ergo impossibile est tp̄s esse si nō sit anima. Hanc dubitationē soluit aristoteles dicens ꝙ si nō ē anima nō est tp̄s. vl' si est: est vt quodcūqꝫ ens. puta est si cōtingat motū esse sine anima qꝛ si sit motus erūt prius ⁊ posterius in motu. ꝫ ista ſm ꝙ sunt numerabilia sunt tp̄s. qꝺ exponit sctūs Tho. tp̄s est sine aīa vt quodcūqꝫ ens. id est tp̄us extra aīaꝫ hꝫ esse ſm q̇d ⁊ imꝑfectū. aut extra aīam in actu de tp̄e nō est nisi ip̄m nūc indiuisibile qꝺ nō est tp̄s neqꝫ ꝑs tp̄is. ꝫ totalitatē suā dicit tp̄us accipe per opationē aīe numerātis. vnꝺ sicut res numerate dependent a numerante sic ⁊ numerus eoꝝ. ꝫ prius ⁊ posterius motus q̄ sūt numerata ꝑ tp̄s nō sūt in re extra aīam. sed de motu extra aīaꝫ nō est actu nisi vnū indiuisibile cōtinuans ꝑtes motus ad inuicē. ꝫ motus suaꝫ totalitatē ꝑcipit ꝑ cōparationē aīe cōparantis priorē dispositionē mobilis ad posteriorē. Et q̄uis hec positio sit multū probabilis tm̄ cōmuniter tenet positio Auicēne quā insequitur Albertus de modo essendi tp̄is extra que prius fuit recitata. Vnꝺ ſm eos ad numerare tria exigunt. scꝫ materia numerata. numerus formalis. ⁊ anima effectiue numerans. ⁊ si nō sit aīa numerans adhuc erit numer⁹ formalis ſm esse formale. ⁊ materia numerata. ⁊ ad esse rei nō exigit in se nisi materia ⁊ forma. modo materia ⁊ forma tp̄is sine aīa repiunt. ergo ad esse tp̄is in se nō exigit aīa. ꝫ bene verū est ꝙ aīa ip̄a ꝑ actū numerandi causat tp̄is apprehēsionē ⁊ effectiuā numerationē. ⁊ quo ad hunc actū nō est tp̄s extra aīam ⁊ hoc modo vt dicūt isti intellexit Aristoteles suū dictū scꝫ si nō esset anima nō est tp̄s vel ē vt quodcūqꝫ ens. Tercia dubitatio cuius motus tempus sit numerus. Respondebant antiqui ꝙ tempus est primo numerus motus cuiuslibet. Nam oīe qꝺ fit in tempore fit: et quod augmentat in ip̄o augmentat. ⁊ sic de alijs motibus. Sed esse in tp̄e est numerari tempore. ergo vt dicebant tempus est numerus cuiuslibet mot⁹. Sed hoc improbat qꝛ si tp̄s sit numerus cuiuslibet motus sequitur ꝙ duorum motuū simul existentiū sit alterum ⁊ alterū tp̄s. ⁊ vltra ꝙ duo tēpora equalia sint simul. ⁊ hoc est impossibile. qꝛ oīe tempus qꝺ est simul est tm̄ in numero vnū. ⁊ illud qꝺ nō est simul nō est vnū in numero. sed in specie qꝺ ꝑꝫ ꝑ simile. quia sicut duorum numeratoꝝ equaliū vt septē canū vel septeꝫ equorum est vnus numerus. sic ⁊ motuū simꝫ terminatoꝝ est idem tp̄s ⁊ equale. sed septē hominū ⁊ septem equoꝝ est idem numerus licꝫ nō sit idē septēnari⁹. quia nō differūt ꝑ differentias numeri sed ꝑ differentias septēnarij. Sed ꝓ vera solutione hui⁹ dubitatōnis ponunt tres suppositōes. Prima est motus localis prius est oīm motuū. ⁊ inter omnes motus locales motus circularis qui regularis ⁊ vniformis est: ē simpliciter primus. Secūda est. vnūqꝺqꝫ mensurat vno quodā ꝓprio sui generis. vt vnitas vnitate. ⁊ plures equi per vnū equū. Tercia est ꝙ tempus mēsurat motu ⁊ econtra. motus mensurat tp̄e.

Tunc sit ꝯclusio prima. motus circularis qui est regularis est mēsura omniū alioꝝ motuum. Probat qꝛ primū in quolibet genere est mensura omniuꝫ sequentiū ꝑ secūdam suppositionē. sed motus circularis qui est regularis est prius ⁊ notissimus omnium motuū ꝑ primam. ergo ille est mensura vnigenea aliorum motuum.

Cōnclusio secunda: tempus est ꝑ se primo mensura primi motus circularis ⁊ ꝑ ip̄m est mensura oīm aliorum motuū. Patet qꝛ quidam dixerūt tempus esse motū circularem celi. ⁊ hoc est qꝛ est mensura celi ⁊ ꝑ ipsum mensurant oēs alij motus. etiā aliq̇ dicunt res humanas habere quendā circulum ⁊ hec omnia in tempore iudicant ⁊ accipiūt finē ⁊ principium ſm quandam circulationē quare tempus videt quidam circulus ꝙ nō est nisi quia tempus mensurat ꝑ motum circularem ⁊ ex ꝯsequenti ꝑ secundū motū tempus est mensura oīm aliorum motuum.

Cōclusio tertia. tēpus nō multiplicat ad multitudinē motuū ⁊ mobilium. Probatur conclusio. Nam nullum accidens

multiplicat numeraliter nisi solum ad multiplicationē sui subiecti. sed tps solū est in primo mobili mediante motu ei⁹ vt in subiecto. In alijs aūt est vt in numeratis ⁊ mēsuratis nō imediate ſ; mediante motu primi mobilis ergo cū nō sint plures pmi motus sequit ꝙ ē tm̄ vnū tps. Itē si tempus multiplicet ad multitudinē motuū cū simul sint plures mot⁹ eq̄les quoꝝ vnū non est pars alterius sequeret ꝙ simul essent plura tempora equalia quorū vnū non est pars alterius quod prius improbatum est.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā dicit ꝙ tempus nō est pmo numerus omniū motuū sed tm̄ primi motus. quare nō oportet ipm multiplicari ad multitudinem motuū ⁊ mobilium. Et similiter dicit ad secūdā. Seqt tert⁹. Ex hijs aūt vo sic

Eṫnitas

Querit decimonono vtrū eternitas que est mensura esse diuini bn̄ diffiniat

eternitas est interminabilis vite tota simul pfectaq; possessio. Arguit pmo ꝯtra suppositū. q2 esse diuinū est infinitū. g̃ est imensurabile. Secūdo sic. q2 mensura certificat q̄titatē mensurati. deus aūt nō habet q̄titatem. ergo ⁊c̄. Tercio sic. mēsura differt realiter a mensurato cū certificet q̄titatē ei⁹. sed eternitas non differt realiter ab eterno q̄a essent plura eterna quorum neutrum esset ab alio.

Quarto. si esset mensura esse diuini mēsuraret ipm sicut tps motū ⁊ nūc illud qd̄ fert. sed h̄ nō. quia eternitas ē vnū3 indiuisibile et vno modo manēs. g̃ eternitas non est mensura esse diuini. Deinde arguit ꝯtra quesitū3 q2 eternitas est quid positiuū. g̃ male diffinitur p priuationē cū dicit interminabilis vite.

Secūdo si duratio magis refert ad eē rei q̄ ad opationē ergo male ponit vite. Tercio sic. omne totū habet ptes. ſ; in eternitate nō sūt ptes. ergo maledicit tota. Quarto sic. plures dies nunq̄ simul sunt. ſ; in eternitate dicunt esse dies. ergo ponitur male simul.

Quinto sic. totū ⁊ pfectū idē sunt. ergo supflue addit pfectū. Ad oppositū arguit p Boetiū ponentē illam diffinitionē.

Sciendum est primo. ꝙ peripatetici nō inueniunt aliquid determinasse ſm

certitudinē de eternitate q̄uis qn̄q; mentōe3 fecerint de ipa. nā de re qua sepius vtebantur debuissent tractatum fecisse. ſ; forsan tractatus eoꝝ de ipa ad nos nō puenit. ideo difficile est de ipsa determinare. q2 tm̄ euum ab eterno ⁊ tempus ab euo fluit iuxta illud Boetij Qui tempus ab euo ire iubes. cōueniēs fuit vt dicit Albertus ꝙ post tractatū de tempore aliq̄ mentio fieret de eternitate. vt sciret quid est eternitas ⁊ q̄d sit radix tpis.

Sciendū est secundo ꝙ eternitas dicit multis modis.

Primo modo dicit spaciū carēs principio ⁊ fine nō habēs i se prius ⁊ posterius nec aliq̄ successione3 ex eo ꝙ nō mensurat illud qd̄ mutat. sed poti⁹ qd̄ stat vno ⁊ eodē modo nihil amittēs in pterito ⁊ nihil acquirens in futuro ⁊ hic est prius modus eternitatis d̄ quo est ad ppositū. Secūdo modo min⁹ pprie dicit eternitas spaciū rei imensurabilis siue imutabilis ſm omnē speciē motus ⁊ mutatiōis licet habeat pncipiū sui esse. ⁊ hoc modo necessaria dicunt eterna Tercio modo dicit eternitas adhuc minus pprie spaciū variatū qd̄ non habet principiū neq; finē ⁊ h̄ modo a quibusdā mund⁹ dicit etern⁹. licet ſm veritatē sit tēporalis. quia corpora que in ipso sunt mouētur ⁊ mutant in tpe quo habent prius ⁊ posterius. ideo p impossibile si mundus careat pncipio ⁊ fine adhuc esset temporalis Quarto modo dicit eternitas nō spaciū alicui⁹ esse vel substantie. sed potius delectatio ⁊ possessio vite interminabilis que ſm impfectissimū esse inde reperitur.

Sciendu3 est tercio. ꝙ ſm pmā

acceptionē eternitatis ysaac pbus israhelita sic diffinit eternitatē. ꝙ est spaciū ꝯtinuū non interceptū q2 suū totū esse simul habet ⁊ pfecte. p cōtinuitatē intelligit indeficientiā eternitatis. ⁊ p nō interceptū intelligit negatōe3 prioris ⁊ posterioris ⁊ successionis. Sed Gilbertus porretanus dicit eternitate3 moram cōtinuam nō interceptā. ⁊ si vocet mora non debet intelligi ꝙ sit mora tpis vel momenti. sed vocat mora pp̄ter pmanentiā eius que ē indeficiens. que mora dicit spaciū ſm ꝙ ambit totū esse indeficiens ⁊ h̄ spaciū cōtinuu3 dicit nō ꝙ habeat ptes sicut quantitas continua sed q2 nunq̄ deficit nec deest neq; deerit ſ; sp est stans incōmutabiliter in seipso. ⁊ dicitur non interceptam quia nihil amittit in toto preterito nec aliquid acquirit in futuro. iō nō est ibi interceptio vel diuisio pteriti vel

futuri sicut in tempore. sicut dicit Boetius ꝙ nūc stans ⁊ non mouens se facit eternitatem Et sic patet ꝙ diffinitiones ysaac ⁊ Gilliberti non differunt nisi ꝺm vocem. quia primus vocat eternitatem spaciū. secundus vo morā

Sciendū ē quarto. ꝙ eternitas non habet prius ⁊ posterius sed est tota simꝉ ⁊ indiuisibilis vnde aliqui dubitauerunt q̄liter deo qui est eternus attribuantur verba p̄terita et futura Ad quod dicendū est ꝙ talia deo attributa denotant coexistentiam eternitatis ad tempus. vt cum dicitur deus est. sensus est ꝙ deus nullo tempore presenti deest. deus fuit. id est nulli p̄terito defuit. deus erit. id est nulli futuro deerit.

Sciendū est vlteriꝰ ꝙ eternitas dicitur habere suū esse simul ⁊ perfecte propter quasdam substantias que licet habeant simul suum esse tñ in hoc ꝙ aliquid possunt volunt vel intelligunt non habent ꝑfecte ipsum simul. non enī presentia omnia sunt intellectibus intelligentiaꝝ ad que extendi potest intellectus eaꝝ. sed potius ꝯtinue illuminanꝉ a prima intelligentia. ideo vices quasdam habent ꝺm suum posse ⁊ ꝺm intelligere Unde licet euiternum ꝺm id quod est sit simꝉ. tamē nō possidet suū esse simul ita ꝑfecte sicͥ eternū. sicut omnia sunt presentia quo ad esse viuere velle ⁊ intelligere ⁊ illa non perfecte obumbrantur. nec recipit transmutationē vel vicissitudinem. sed ea que sparsa sunt in toto tempore que ab ipso eterno fluunt simul p̄sentia sunt. ꝓpter quod omnia p̄uidet ⁊ prescit anteꝙ̄ fiant. Et istam ꝑfectionē eterni cōsiderans Boetius eternitatē diffiniuit melius omnibus aliis dicens. Eternitas est interminabilis vite tota simꝉ ꝑfectaqꝫ possessio.

Ideo cū ipso Boetio sit hec cōclusio p̄ma. diffinitio eternitatis posita a boetio est sufficiens. patꝫ ꝑ particulas eius. nam qꝛ eternitas est simplex indiuisibilis. ⁊ simplicissima nō cognoscimus nisi ꝑ abnegationē cōpositoꝝ. ⁊ indiuisibilia ꝑ abnegationē ꝑtium. vt dicimus punctus est cuiꝰ ꝑs nō ē. ideo in diffinitione ponitꝉ interminabilis. Unde interminabiles dicunꝉ in quoꝝ duratione non est finis neqꝫ principiū ⁊ tale est eternuꝫ qđ dicitꝉ extra terminos positū. Deinde ponitꝉ vite qꝛ duratio quo ad nos magis ad oꝑationē refertur ꝙ̄ ad esse. Et ponitur tota simul ad excludendum tempus quod nō est totum simul. neqꝫ dicitur tota quia habeat partes ꝫ quia nihil sui est extra ipsam. Et additur perfecta eo quod ipsum eternum est perfectuꝫ in esse posse ⁊ operari que omnia simul habet Et dicitur possessio quia illud proprie dicitur possessum quo aliquis ad nutum suum vtiꝉ. ⁊ sic est de eterno ⁊ de vita eius.

Quibus notatis sit cōclusio secunda ⁊ responsalis. Eternitas est mensura esse diuini. ista conclusio satis patꝫ ex diffinitione Boetij imediate declarata. Etiam probatur mensure ad mensuratum dicitur esse ꝓportio. sed eternitas simul est ꝺm esse posse ⁊ agere cuiusmodi est ipse deus. igiꝉ ⁊c̄.

Ad rationes ante oppositum.

mas eiusde3 generis pdicamētalis. τ sic om
nes motus locales suntvnus in genere. & mo
tus localis τ alteratio differūt genere. proba
tur q2 motus distinguiť scdm distinctōem sui
termini ad quē. τ ab illo termino capiūt vnita
tē τ diuersitatē. ergo illi motus qui sunt ad eū
dem terminū in genere sunt vnus scdm spē3.

Conclusio secunda. vnitas mo
tus ad motū scdm speciem sumiť ab vnitate
forme ad quā est motus scdm spēm indiuisi-
bile3 in alias spēs. Probatur sicut pcedens.
Nā ois dealbatio oi dealbationi est vna spē.
sed dealbatio τ denigratio spē differunt. Ex
quo seqtur ꝙ si aliqua forma sit spēs τ genus
motꝰ cōueniētes in illa forma sunt vnꝰ in spē
nō simpľr. sed scdm quid. Sed argueret ꝙ si
conclusio sit vera magis videreť ꝙ motꝰ qui
fuerint ad eūdē terminū in numero essent vnꝰ
motus in spē. cū igitur ad eundē locū in nūe-
ro possint fieri plures motus ꝑ cordam τ per
arcū. sequiť ꝙ motus circularis τ rectus eēnt
vnus motus scdm spēm. Respōdet Aristote
les ꝙ ad vnitate3 motus scdm spēm non est
solū attēdenda identitas siue vnitas termini
ad quē motus. sed etiā spacij vľ medij in quo
fit motus. cū ergo rectū τ circulare scdm spē3
differant illi duo motus de qbus est facta mē
tio sunt differentes scdm speciem.

Conclusio tertia ad vnitate3 nu
meralem motus que est vnitas simpliciter re
quiritur vnitas mobilis tēporis τ termini ad
quem. Probatur quia vnum simpliciter vel di
citur vnum indiuisibilitate vel ꝯtinuitate. sed
motus non dicitur vnus indiuisibilitate cum
omnis motus sit diuisibilis. ergo dicitur vnꝰ
cōtinuitate. τ per cōsequens motum esse vnū
simpliciter est ipm esse cōtinuum. sed ad conti
nuitate3 motus illa tria requiruntur. ergo ad
vnitatem numeralem motus Minor proba-
tur. nam continua sunt illa quoru3 vltima sūt
vnum. sed diuerse forme scdm quas est motꝰ
non possunt esse vna. τ ad continuitatem mo
tus requiritur ꝙ forma scdm quā forma ē mo
tus sit vna τ eadem. similiter omnis motꝰ ha
bet principium mediū τ finem in tēpore. τ est
proportio temporis ad motu3 in substantia τ
esse vt dictum est in quarto. ergo ad continui-
tatem motus requiritur vnitas temporis. τ hec
vnitas tēporis attēditur quando non interrū
pitur tēpus in quo fit motus per quietē inter
mediam. deficiēti em̄ tempore necesse est mo-
bile quiescere. similiter q2 omne accidens nu
meratur a numerositate sui subiecti. ideo ad
vnitatem numerale3 motus requiritur vnitas
mobilis quod est subiectum eius. τ non suffi-
cit vnitas mobilis scdm accidens tm̄. ideo de
albatio que est in corisco nō est vna scdm nu-
merum cum denigratione que est in corisco al
bo. quia coriscus albus est tm̄ vnum mobile
scdm accidens. Nec sufficit vnitas mobilis
scdm speciem. vel scdm genus. quia possibile
est duos homines eade3 sanatione scdm spe
ciem sanari. non tamen eade3 sanatione scdm
numerum. ideo requiritur vnitas mobilis sim
pliciter. τ per se scdm numerum.

Sed hic ẜm Aristotelē dubitaꝝ si Socrates prius altereꝝ aliqua alteratiōe ⁊ postea cesset. ⁊ deinde reincipiat alterari ea dē alteratione in specie. vtrū posterioꝛ altera ratio sit vna in numero cū pͥma. Rn̄deꝝ ꝙ si possibile sit coꝛruptū idē in numero reitera ri erit vna cū prima, si vō nō sit possibile non erit vne. modo ẜm naturam non est possibile coꝛruptū idez numero reuerti ideo ille altera tiones nō erūt vna alteratio ẜm numerū.

Dubitaꝝ secūdo vtrū sit eadem sanitas in homine de sero q̄ fuit in mane sup- posito ꝙ nō veniat egritudo. Si dicaꝝ ꝙ sic cū substantia hoīs sit in cōtinuo fluxu ⁊ in cō tinua mutatione: tūc pari ratione posset dici ꝙ sanitas amissa ꝑ egritudinē ⁊ iterū recupe rata esset vna sanitas in numero. Et similiter itineratio interꝛupta ꝑ quietē. Hoc dubiū nō soluit pħus in hoc passu. qꝛ questiones de eo dē ⁊ diuerso ad methaphisicū ꝑtinent. Sed eā soluit Albertus distinguēs de duplici sub iecto sanitatis. quoddaz ē cōmune ⁊ media tū ẜm ꝑtes materiales coꝛꝑales de quibꝯ ve rū est ꝙ cōtinue fluūt ⁊ refluūt. Aliud est ꝓ- priū ⁊ imediatū ẜm ꝑtes foꝛmales coꝛꝑis ⁊ sic nō sūt in continuo fluxu. ideo bene est ea dē sanitas in numero de mane ⁊ sero si nō in teruenerit egritudo. Nec sequiꝝ ꝙ sanitas a- missa ⁊ recuꝑata sit vna numero. qꝛ per con- trariū sensum ꝑ egritudinē interuenientē inte- rꝛptū est esse sanitatis. Nec sequiꝝ ꝙ altera- tio prioꝛ ⁊ posterioꝛ sint vna si fuerit interru- ptio ꝑ quietē. qꝛ ꝑ talē quietem interuenientē est actualiter diuisa alteratio prioꝛ a posterio ri. Hec aūt dubitatio oꝛtū habet ex dicto era cliti ponētis oīa naturalia esse in continuo fluxu ⁊ mutatione ⁊ nihil in ipsis esse perma nens. ex quo inferebat ꝙ de naturalibus non est scientia. ẜ hec positio est falsa, vt patuit in primo libꝛo.

Ad rationes ante oppositum.

Ad pͥmā dicaꝝ ꝙ aliq̄ antiqui dicūt ꝙ canis nō moueꝝ deoꝛsū inq̄tū canis. ẜ ẜm ꝙ ē coꝛ- pus graue. ⁊ licet coꝛrūpaꝝ canis manet tn̄ idē coꝛpus graue. ⁊ sic manet idē subiectū ꝓ priū motus. Ideo dicūt illū motū esse ꝯtinuū Sz hec ↄ̄sio improbaꝝ. qꝛ licet nō moueatur deoꝛsū vt ē canis ẜ vt coꝛpus graue. tn̄ dum coꝛrūpiꝝ canis nō manet idē coꝛpꝯ graue nu- mero. ideo non potest esse idem motus nume ro. ꝓpter quod dicaꝝ ꝙ motus canis viuentis ⁊ motus canis moꝛtui non sunt vnus motus numero nec ē motus ꝯtinuꝯ simpliciter ẜ solū est ꝯtinuitas ex ꝑte tꝑis. ẜ illi motus dicūtur habitus vel ꝯn̄r se habentes. Ad secūdaz dicaꝝ ꝙ licz idē instans tꝑis sit finis tꝑis mē surātis cursū ⁊ punctū alteriꝯ ꝙ mensurat fe bꝛicitationē. tn̄ nō est idē terminꝯ intrinsecus cōis respectu cursus ⁊ febꝛicitatōis si vnū sta tim incipiat pꝯ alterū. Ad terciā dicaꝝ ꝙ tē pus nō est penitus extrinsecuz oīmi motui qꝛ idē ẜm substantiā causat motū ⁊ tp̄s. Nā vni tas pͥmi mobilis agit motū ⁊ vnitatē motus ⁊ ꝯn̄r agit tēpus ⁊ vnitatē tꝑis. est etiam ꝓ- poꝛtio tꝑis ad motū ⁊ q̄ttū ad substantiā ad esse ideo tp̄s mensurat motuz ẜm id qȯ ē ẜm durationē eiꝯ. ideo ad vnitatē numeralē eiꝯ aliquid facit vnitas tꝑis. ⁊ qꝛ primus motus est in oībꝯ alijs vt causa in effectu. ideo tp̄us nō est oīno extrinsecum alijs motibꝯ ideo ad vnitatē numeralē motus facit aliqȯ tp̄s ⁊ nō solū vt significatū vt aliq̇ voluerit dicere ⁊c̄.

Queriꝝ octauo. vtrū sit possibi le aliq̄ specie differētia ad inuicē ꝯtinuari. Ar- guiꝝ ꝙ sic. albedo ⁊ nigredo specie differūt ⁊ tn̄ ad inuicē cōtinuant qn̄ sūt in eodē subie- cto ꝯtinuo ꝗ ⁊c̄. Secūdo sic. forme substā- tiales differētes ẜm speciē ꝯtinuanꝝ vt vga ꝑ media ꝑte viridis ⁊ ꝑ media ꝑte crocea. ergo differentia specie possunt ad inuicē con tinuari. Ad oppositū arguiꝝ ꝑ pħm dicen tē. motus specie differētes ad inuicē continu- ari nō possunt. quia differentia specie nō pos sunt facere vnum.

Pro responsione sciendū est p̄- mo. ꝙ ꝯtinuitas pͥmo ⁊ ꝑ se q̄ttitati ꝯuenit. et si in aliq̄ re alteriꝯ generis repiꝝ h̄ ē ꝑ accidēs qꝛ essentie p̄dicamētoꝝ sūt iꝑmixte. qꝛ si albe do vꝉ aliq̄ alia foꝛma dicaꝝ ꝯtinua vꝉ extēsa h̄ erit solū ꝑ accidens vicz ad ꝯtinuitatē vel extēsionē materie in qua est. q̄re dicit Aristo teles ꝙ ad inuicē aliqua ꝯtinuari nō posse cō tingere pōt duplici de causa. nā cū continuuz sit cuiꝯ vltima sunt vnū ad h̄ ꝙ aliqua possint continuari opoꝛtet ꝙ habeant vltima qȯ nō ꝯtingit in indiuisibilibus nec qualitatibꝯ aut foꝛmis substantialibꝯ nisi per accidens. Se- cūdo requiriꝝ ꝙ illa vltima sint vniuoca, i. no

mīne ⁊ rōne genericis. ita ꝙ sint eiusdem spēi qꝛ alias ex ipis nō possꝫ fieri vnū simpliciter. ideo dicit textus ꝙ linea ⁊ ambulatio cōtinuari nō possunt lꝫ habeāt eadē vltīa. qꝛ nō sūt vniuoca. sed q̄ habent eadē vltima si genere aut specie differāt illa possunt esse habita vel cōsequēter se habētia sicut cursus ⁊ febricitatio qui sunt motus genere differētes.

Tunc sit cōclusio prima differēcia specie nō possunt adinuicēꝫ per se cōtinuari ⁊ simpliciter. sed tm̄ ꝑ accidēs ⁊ scd̄m quid. Primum patet. qꝛ cōtinua sunt quorū vltima sunt vnuꝫ. modo diuersoꝝ scd̄m spēm vltima non possunt esse vnuꝫ simpliciter. Secunda pars patet per ratōnes āte oppositū. albedo enī ⁊ nigredo existentes in vno subiecto cōtinuo licet ꝑ se nō cōtinuent᷑. qꝛ nō habent ꝑ se vltima. tamē cōtinuant᷑ ꝑ accidēs rōne sue extensionis que ꝯuenit eis ad extēsionē subiecti ⁊ sic albedo ⁊ nigredo nō faciāt vnū simpliciter. Sed tm̄ faciūt vnū per extensiones earuꝫ quas habent. ⁊ ꝑ accidens sunt indiuise sicut ⁊ extensio subiecti. ⁊ similiter forme substātiales specie differētes nō sunt ꝑ se cōtinue. sed scd̄m extensionē earuꝫ quā habēt ꝑ accidens possunt esse cōtinue quādo sunt adeo imperfecte ꝙ vna nō distinguit naturam quā informat proprijs terminis a materia alterius.

Sed circa textum dubitatur primo vtrū motus irregularis sit vnus. Arguit᷑ ꝙ sic qꝛ cōtingit aliquē motū irregulareꝫ esse cōtinuum. ergo simılit᷑ vnū. Pro respōsione. Sciendum est ꝙ aliqui ponunt differētiaꝫ inter motū vniformē ⁊ regulareꝫ per hoc scꝫ ꝙ vniformis attenditur ex ꝑte mobilis. quando scꝫ oēs partes mobilis equa velocitate mouētur. ideo dicūt ꝙ impossibile est aliqđ corpus spericū moueri vniformiter. qꝛ ꝑtes ꝓpinque polis semꝑ tardius mouerētur q̄ remotiores. sed regularitas in motu attēditur ex ꝑte tꝑis in quo fit motus quādo scꝫ motus est eque velox in vna ꝑte tēporis sicut in alia. Sꝫ Aristoteles in presenti capitulo nullaꝫ facit mentionē de differētia inter vniformitatē ⁊ regularitatē. sed dicit ꝙ vniformitas ⁊ regularitas in motu ex duobus attēdi possunt scꝫ ex ꝑte magnitudinis supra quā est motus ⁊ hoc in motu locali. ⁊ scd̄m hoc dicit ꝙ īpossibile est motū regulareꝫ fieri supra magnitudinē irregularē. ⁊ dicit᷑ magnitudo regularis cuiꝰ oēs partes se inuicē cōsequūtur scd̄m eādeꝫ dispositioneꝫ vt est magnitudo pure recta aut pure circularis. ⁊ ꝑ oppositū dicit᷑ magnitudo irregularis vt est magnitudo reflexa vel obliqua. Alio modo attendi pōt irregularitas in motu ex ꝑte mobilis scd̄m ꝙ pōt velocius vel tardius moueri ⁊ scd̄m hoc motus regularis dicit᷑ cuius est eadē velocitas in toto motu. ⁊ irregularis ꝑ oppositum. ⁊ hoc modo attendendo regularitatē in motu in omni specie motꝰ reperiri potest regulare ⁊ irregulare.

Sciendum est secūdo. ꝙ duplex potest attēdi vnitas in motu scꝫ scd̄m substātiam motus scd̄m quā motus dicit᷑ vnus genere specie vel numero vt visum est in questione precedenti. Alio modo potest attendi vnitas scd̄m aliquod accidēs cōsequēs motuꝫ ⁊ sic cōtingit motū qui est vnus scd̄m substantiam habere in seipso aliquā diuersitatē accidētalem. Respōdetur ergo ad dubiū ꝙ licet aliquis motus irregularis sit vnus scd̄m substātiam inquātum est cōtinuus ⁊ habꝫ oīa req̇sita ad vnitateꝫ motus. est tamen minus vnus quā regularis. ꝓbatur qꝛ motus irregularis habere pōt in suis partibus aliquam diuersitatē accidētalem ꝓ quāto in vna ꝑte est velocior ⁊ in altera tardior. ⁊ hoc modo attendendo irregularitatē secūdo modo vel etiā ꝓ quāto in vna ꝑte est rectꝰ ⁊ in alia reflexus vł obliquus attēdendo irregularitatē. Primo modo scꝫ quantū habet de diuersitate tm̄ deficit ab vnitate. ergo motꝰ irregularis est minus vnꝰ q̄ regularis. qꝛ regularis est vnꝰ scd̄m substātiam ⁊ accidēs. alius vero scd̄m substantiaꝫ tm̄. Ex dictis infertur ꝙ motus primi mobilis est maxime vnus. qꝛ regularissimꝰ est vtroq̄ modo attendendo regularitatē. ⁊ etiā ꝑfectissimus. ergo est maxime vnus. cōsequētia tenet qꝛ vt dicitur in textu. sicut se habꝫ aliqđ ad esse ꝑfectū ita ad esse vnū. iō si aliquis motus sit imꝑfectus q̄uis sit cōtinuus. tamē nō est vnus simpliciter. ⁊ scd̄m hoc attēdit᷑ tertiꝰ modus vnitatis motus scd̄m substantiā. Ex conclusione patēt duo modi vnitatis in motu qui sumuntur scd̄m accidens. Ex istis infert Aristoteles duo correlaria. Primū est ꝙ velocitas aut tarditas nō sunt species aut differētie motꝰ. qꝛ in oīni specie motus possunt reperiri velox ⁊ tardum modo species ⁊ differentia alicuius generis non reperiuntur in specie

alterius generis. ergo nō sunt species nec differētie motus. sed sunt quidam modi accidentales seu passiones motuum consequentes. Secūdu3 est ꝙ velocitas ꝛ tarditas nō sunt grauitas ꝛ leuitas. q2 velocitas ꝛ tarditas reperiūtur in oīm motu. sed grauitas ꝛ leuitas ad determinatos motus se habēt vt satis notum est. sc3 ad motus grauiu3 ꝛ leuiū. Ex omnibus istis patēt modi vnitatis ꝛ diuersitatis motus tam scd'm substantiā ꝙ̄ scd'm accidēs.

Ad rationes ante oppositum patet solutio ex dictis. Sequitur textus. Quoniam aute3 motui non solum. ꝛc̄.

Queritur nono vtrum motus

contrarietur motui ꝛ quieti ꝛ quies quieti. Arguitur ꝙ non. quies est priuatio motus. ergo non contrariatur motui. Secūdo sic tm̄ vnū vni contrariū est. ergo si motus cōtrariet̄ motui nō cōtrariabitur quieti. Tertio sic. quies est priuatio. sed priuatio priuationi non cōtrariat̄. ergo quies non est cōtraria quieti.

Ad oppositum arguit̄ per pħum in textu.

Pro responsione sciendum est

primo ꝙ postꝙ̄ Aristoteles tractauit de vnitate ꝛ diuersitate motus. Cōsequēter agit de cōtrarietate motus ad motū ꝛ quietis ad quietem ꝛ quietis ad motū. ꝛ hoc facit quia cōtrarietas est quedam species diuersitatis.

Sciendum est secundo ꝙ cōtra

rietas motuū potest quinqꝫ modis imaginari. Primo ꝙ illi motus dicant̄ cōtrarij quorū vn⁹ est ab vno termino ꝛ alter est in eundē terminū vt motus qui est de sanitate contrariat̄ illi qui est in sanitatē. Secundo mō ꝙ illi sint cōtrarij qui sunt ex terminis contrarijs vt qui est ex sanitate illi qui est ex egritudine. Tertio modo ꝙ illi sint contrarij qui sunt ad terminos contrarios vt qui est in sanitatē illi qui est in egritudinē. Quarto modo vt illi cōtrarientur qui sunt de vno cōtrario in aliud cōtrariū vt qui est in sanitate ei qui est in egritudine.

Quinto modo ꝙ illi cōtrarient̄ qui sunt de terminis contrarijs in terminos cōtrarios. vt qui est ex egritudīe in sanitatē ei qui est ex sanitate in egritudinē. vnde solū hijs quinqꝫ modis pōt imaginari contrarietas motuum.

Tunc sit cōclusio prima motus

nō habet cōtrarietate3 eo ꝙ sit de termino cōtrario ad terminū cōtrariū. patet q2 sic vnus ꝛ idē motus scd'm rem esset sibi cōtrarius. cōsequētia tenet. q2 vn⁹ ꝛ idē mot⁹ scd'm rem ē de cōtrario in cōtrariū terminū. licet sit ali⁹ scd'm esse scd'm ꝙ est a termino a quo ꝛ scd'm ꝙ est in terminū ad quē. ergo motus nō possunt dici cōtrarij. q2 termin⁹ a quo vnius contrariatur termino ad quem alterius.

Cōclusio secunda motus nō de

bēt dici contrarij eo ꝙ sunt ex terminis cōtrarijs. pbat̄ q2 mot⁹ tendētes in eundē terminū nō cōtrariant̄. sed motus qui fiūt ex terminis cōtrarijs vt ex albo ꝛ nigro quādoqꝫ tendūt in eundē terminū vt in rubeū. ergo ꝛc̄. Secūdo in oīm motu abijcitur termin⁹ a quo ꝛ acq̄ritur termin⁹ ad quē. ergo motus incipiētes a terminis cōtrarijs sunt destructiui hui⁹ contrarietatis. ergo nō debēt dici cōtrarij ꝑpter contrarietatē terminoꝝ a quib⁹ sunt. Tertio cōtrarietas est oppositio scd'm forma3 ꝛ spēm. sed ad spēm requirit̄ termin⁹ a quo ꝛ termin⁹ ad quē simul. q2 fit de subiecto in subiectū ḡ ad cōtrarietatē motuū nō sufficit ꝙ sint a terminis cōtrarijs. ꝛ sic quartus ꝛ secūdus modorū p̄dictoꝝ nō causant ꝯrietatē motuum.

Cōclusio tertia primus ꝛ terti⁹

modus valēt ad sumendū cōtrarietatē in mutationibus. prim⁹ valet in mutatōibus q̄ sunt ad substantiā. q2 in mutatōne q̄ est scd'm substātiam nō possunt reperiri duo termini positiui adinuicē cōtrarij. ergo ad habendam contrarietatē mutatōis ī substātia sufficit ꝙ sit recessus ab vno termino in vna mutatōne ꝛ accessus ad eundē in alia. vt generatio que est ex nō esse contrariatur corruptioni que est ad non esse. Sed tertius modus non valet ad sumendum contrarietatē in mutationibus reru3 habentium contrariū. p3 q2 in talibus mutationibus termini a quibus sunt semꝑ sunt negatiui. vt ex nō albo fieri albū ꝛ ex nō nigro fieri nigrū. ḡ cōtrarietas cū sit iter positiua non attendit̄ ex pte terminoꝝ a quib⁹ sunt sed ex ꝑte terminoꝝ ad quos sunt. ꝛ ꝙ scd'm illos modos nō dicant̄ motus cōtrarij. p3 q2 oīs mot⁹ est de termino a quo in terminū ad quē. q2 nō semꝑ reperit̄ accessus ad vnū terminū ꝛ recessus ab eodem. neqꝫ semper reperitur quomō termini a quo sunt contrarij.

Cōclusio quarta solum illi mot⁹

sunt contrarij qui sunt a terminis cōtrarijs in terminos cōtrarios. pbat̄ sillogismo sic. cōtrarietas q̄ est oppositio scd'm formā ꝛ spēm su

mēda est in motibꝰ petēs illa a q̄bus sumit̄ cōpleta rō motus. Ꝫ illa sumit̄ ex pte vtriuſꝗ terminoꝝ. q꞉ motꝰ est mutatio de subiecto in subiectū. ergo cōtrarietas motuū debꝫ attēdi ex pte vtriuſꝗ terminoꝝ. Secūdo pꝫ inductiue q꞉ sanari cōtrariat̄ ei qꝺ est egrotari ⁊ Ꝫ q꞉ sunt ex cōtrarijs in cōtraria ⁊ similiter addiscere ⁊ decipi ⁊ moueri sursuꝫ ⁊ moueri deorsuꝫ cōtrariātur. ⁊ similiter in oībus motibꝰ contrarijs reperitur ꝙ fiūt ex contrarijs in cōtraria. ⁊ si arguat̄ de motibus qui sunt ab eodē medio colore in extremos colores. scꝫ in albū ⁊ nigrum illi sunt cōtrarij. ⁊ tamen nō sunt a terminis cōtrarijs. Respōdet Aristoteles ꝙ sunt a terminis cōtrarijs nō simplicit̄. Ꝫ scd̄m quid. q꞉ mediū quodāmodo pticipat rōnem vtriuſꝗ extremoꝝ. ideo a medio fit motus in ambo extrema tanꝗ̄ ex cōtrario in cōtrariū.

Cōclusio quinta quies contrariatur motui.

ꝓbat̄ nā quies est priuatio motꝰ. sed priuatio est quodāmodo contraria habitui. ergo quies cōtrariatur motui. Aduertendū est tamē ꝙ hic capit̄ contrarietas cōmuniter prout se extēdit ad priuatiuā oppositionē q꞉ in cōtrarijs semꝑ vnū se habꝫ ad alterū in ratōne priuationis. si tamē capiat̄ quies non scd̄m suā simplicē ⁊ ꝓpriaꝫ rōem. sed scd̄m suum esse qꝺ habet in mobili. q꞉ oīe illud qꝺ quiescit sub aliqua forma quiescit que est contraria motui qui fit ab illa forma in oppositaꝫ hoc mō quies non solūmō opponeret̄ motui priuatiue sed etiam cōtrarie. Et est sciēduꝫ ꝙ nō oīs quies indifferēter oīi motui cōtrariatur. sed determinata quies determiato motui vt quies scd̄m locū motui scd̄m locum. Aduertendū est insuꝑ ꝙ quies in termīo ad quē nō cōtrariat̄ motui qui est ad illū terminū. q꞉ talis quies est cōplemētuꝫ ⁊ finis illiꝰ motus. sed quies in termino a quo cōtrariatur motui qui est ab illo termino.

Conclusio sexta quies cōtrariatur quieti.

Probat̄. nā in oīi motu terminus a quo est cōtrariꝰ ad terminū ad quē. ergo q̇es in termīo a quo est ꝯ̄ria q̇eti in termīo ad quē

Conclusio sep[t]ia quies nō contrariat̄ mutatōni q̄ est scd̄m substātiā.

ꝓbat̄ q꞉ talis mutatio ē subitanea. quies vero ē tēporal' ⁊ successiua sic̄ motꝰ vt demōstrat̄ i octauo huiꝰ. Ꝫ in tali mutatōe ē ꝓcessus de nō subiecto simpl'r i subiectū. sed nō subiectū simpl'r nō cōtingit quiescere sic̄ neꝗ̄ moueri. Iteꝫ si quies vt ait ph̄s esset cōtraria mutationi seq̄ret̄ vel ꝙ non oīs quies esset cōtraria motui. vel ꝙ generatio ⁊ corruptio esset motus qꝺ prius improbatum est.

Conclusio octaua imutatio cōtrariat̄ mutationi.

patet q꞉ imutatio ad mutationē se hꝫ vt quies ad motū. sed quies cōtrariatur motui. ḡ imutatio ꝯ̄riat̄ mutatōni. Vñ nō cōtingit nō subiectū simpl'r quiescere. Ꝫ bñ cōtingit ipm nō mutari. iō imutatio bñ oppōitur mutationi Ꝫ nō quies. q꞉ cōtraria habent fieri circa idē subiectū ⁊ hic capit̄ cōtrarietas cōiter sicut dictū ē ꝺ motu ⁊ q̇ete. Ex dictis apparet q̄lit̄ ē accipiēda ꝯ̄rietas iter duos motꝰ iter duas mutatōes. iter motū ⁊ q̇etē. iter duas quietes. ⁊ inter imutatōem ⁊ mutatōem. Ad rationes āte oppositū soluūtur ex dictis.

Queritur decimo vtruꝫ quietis violente sit aliqua gñatio.

Arguit̄ ꝙ sic. q꞉ oīe qꝺ qñꝗ est ⁊ qñꝗ nō est gñat̄. Ꝫ nulluꝫ violentū semꝑ est. ḡ quietis violēte est aliqua gñatio. Secūdo sic. sic̄ se hꝫ motꝰ natural' ad q̇etē naturalē. ita motꝰ violetus ad q̇etē violētaꝫ. sed motꝰ naturalis est gñatio q̇etis natural' ꝗ̄tū ad vltimā ptē eiꝰ. q꞉ mobile ꝺ꞉ stare. ḡ etiā motꝰ violētꝰ est gñatio q̇etis violēte Ad oppositū est ph̄s in vltīo capl'o huiꝰ quinti. q̄ postꝗ̄ determiauit de ꝯ̄rietate essenciali motꝰ ad motū ⁊ motꝰ ad q̇etē ⁊ q̇etis ad q̇etē Cōsequēter circa ꝺterminata mouet tres dubitatōes quarū. Pria est an sic̄ i motu locali reperit̄ oppositio motꝰ naturalis ⁊ violēti vt terra natural'r mouet̄ deorsuꝫ ⁊ violēter sursuꝫ an ita reperiat̄ i oībus alijs motibꝰ. Arguit ph̄s ꝙ nō. q꞉ vna alteratio nō est mag' scd̄m naturā ꝗ̄ alia vt sanatio ꝗ̄ egrotatio. q꞉ pricipiuꝫ vtriꝗ ē ab itellectu. sil'r augmentū nō est plꝰ scd̄m naturā ꝗ̄ decrementū. q꞉ vterꝗ motꝰ est a pricipio itriseco. nec gñatio est magis scd̄m naturā ꝗ̄ corruptio. naꝫ senium est via in corruptionem ꝙ tamen est.

Pro solutione huiꝰ dubitationis

sciēdū ē primo ꝙ motꝰ ꝺ꞉ scd̄m naturā qui fit a pricipio itriseco passo cōferēte viꝫ. ⁊ violētꝰ ꝑ oppositū ē q̄ fit a pricipio extriseco passo nō ꝯferēte vim. vñ etiam pōt dici aliq̇d naturale vno mō scd̄m cōpletā rōem naturalis. scꝫ a pricipio intrinseco passo conferente vim scd̄m ordinē ⁊ tp̄s ⁊ alias circūstātias q̇bꝰ na

tura particularis inferioꝛ apta eſt moueri a
ſupꝛioꝛi ita ꝙ deueniat tā ſꝫm curſū nature vni
uerſalis ꝙ̄ particularis .ꝛ inaturale in oībus
iſtis deficiens eſt inaturale ſimpliciter.ꝛ ſim
plicit̄ violentuꝫ. Alio modo dꝛ aliquid natu
rale nō ſꝫm cōpletā ratōeꝫ naturalis ſꝫ in aliq̄
cōditione deficit. puta qḋ eueniret ſꝫm curſū
ꝛ ſꝫm oꝛdinē nature vniuerſalis ꝛ nō particu-
laris particulariter accepte ꝙ in aliq̄ deficit
ꝛ nō in oībus a naturali ſupꝛadicto vt ē coꝛ-
ruptio. ſi eñ ꝯſideret̄ natura ꝓpꝛia eiꝰ ꝙ coꝛ-
rūpit̄ ſꝫm ꝙ eſt oꝛdinata ad bonū ꝛ ꝯſeruati-
onē eiꝰ tūc nō eſt ſibi naturalis. ſi tamē ꝯſide-
ret̄ i ꝙ̄tū eſt pars totius vniuerſi ſꝫm quē mo
dū nata eſt obedire ſupꝛioꝛi motoꝛi ꝛ ſic h̄ coꝛ
ruptio eſt naturalis. Tūc rn̄det̄ ad pꝛimā
dubitationeꝫ. dicit̄ ꝙ ſicut reperit̄ aliq̄s mo-
tus localis ſꝫm naturā ꝛ aliq̄s p̄ter naturam.
ſic ꝛ repit̄ in aliīs motibꝰ vt augmentatio tri
tici nimis velox ꝓpt̄ humoꝝ ſupabūdātiā ē p̄
ter naturā. ꝛ qn̄qꝫ etiā augmentat̄ ſꝫm natu-
rā. ꝛ ſilr̄ de diminutione. ꝛ etiā aliq̄s dimitti
tur a febꝛe in die cretica ꝛ talis ſanatio ē ſꝫm
naturā. ſi vo dimittat̄ no nin diebꝰ creticis eſt
p̄ter naturā. Silr̄ generatio q̄ fit ſꝫm ſolitum
curſuꝫ nature eſt ſꝫm naturā. q̄ aūt generant̄ p̄
ter ſolitū curſū nature hoꝝ generatio eſt extra
naturā. ſilr̄ cū aliquis ſenio deficit naturalit̄
coꝛrūpit̄. ꝛ violente cū gladiīs ꝑimit̄. ꝛ ſic in
oī ſpecie motus reperit̄ oppoſitio naturalis
ꝛ inaturalis. etiā talis oppoſitio reperit̄ int̄
motū ꝛ quietē. quies eñ terꝛe ſurſuꝫ opponi
tur motui terꝛe deoꝛſū nō ſolū oppoſitione q̄
eſt ſꝫm cōem rōnē quietis ꝛ motus ſiue pꝛiua
tionis ꝛ habitꝰ. ſꝫ etiā oppoſitione q̄ eſt natu
ralis ꝛ inaturalis. ꝛ quies terꝛe deoꝛſum op-
ponit̄ quieti terꝛe ſurſū eadem oppoſitione.

Et ſi querat̄ cū ignis moueat̄ ſꝫm naturaꝫ
ſurſū ꝛ ex naturā deoꝛſū. Utrū motꝰ ignis ſur
ſū opponat̄ motui eiꝰ deoꝛſū aut motui terꝛe
Rn̄det pħs ꝙ vtriqꝫ ſꝫ diuſimode qꝛ opponit̄
motui ipſius ignis deoꝛſū ſicut naturale ina-
turali. ꝛ opponit̄ motui terꝛe deoꝛſū ſicut na-
turale naturali. ꝛ ſic patet ꝙ in motibus du-
plex ē oppoſitio. ſcꝫ eſſentialis q̄ ſumit̄ ex op
poſitione terminoꝝ motus de qua dictū ē in
queſtione p̄cedēte. ꝛ accidentalis que ſumit̄
ſꝫm quoſdā modos accidentales motus qui
ſunt ex ſe ſꝫm naturā ꝛ extra naturā de qua ē
hic ad ꝓpoſitū. Secūda dubitatio ē de q̄
eſt hic titulus queſtionis ꝓ qua ſit hec cōclu

ſio. Quietis violente non eſt aliqua genera-
tio ꝑ ſe. eſt tn̄ aliqua eiꝰ cauſa, vel generatio ꝑ
accidens. Pꝛimū ptꝫ. nā quies violenta ꝑ
ſe opponit̄ motui naturali qꝛ motus naturał
ꝛ generatio quietis ad ꝙ̄ eſt ſūt idē ſubiecto
qꝛ finis motus naturalis eſt eſſe in loco natu
rali. ſed ſi eſſe naturale ꝛ quieſcere ideꝫ ſunt
ſubiecto. ḡ motus naturalis ꝛ generatio qui
etis naturalis. ſꝫ quies violenta nō ꝑ ſe gene
rat̄ a motu violento quia qḋ ꝑ ſe generat̄ ab
aliquo eſt finis ꝛ ꝑfectio eius. ſꝫ ꝙ̄to aliquid
plus accedit ad finē ſuū ꝛ ꝑfectionē tanto ma
gis intendit̄. ob h̄ motus naturalis velocioꝛ
eſt in fine ꝙ̄ in p̄ncipio. ḡ ſi motus violentus
eſſet ꝑ ſe cauſa quietis violente tūc eſſet velo
cioꝛ in fine ꝙ̄ in p̄ncipio vel medio cuiꝰ oppo
ſitū ptꝫ ꝑ ſenſum. Secūda ꝑs ptꝫ. nam q̇-
es violenta cauſat̄ ꝑ accidēs a v̄tute mouen
tis violente ſꝫm qḋ illa virtus eſt deficiens.
vn̄ virtutis huiꝰ eſt quadruplex ſtatus. ſcꝫ gene
ratio. augmentatio. diminutio. ꝛ ceſſatio. et
ſꝫm vltimū ſtatū eſt cauſa quietis violente q̄
ſcꝫ nō plus ſufficit mouere ip̄m mobile. ſuffi-
cit tn̄ ip̄m detinere ꝑ aliqḋ tp̄s cōtra inclina-
tionē ad motū naturalē eius ꝛ tūc mobile q̇-
eſcit quiete violenta. Tercia dubitatio eſt
circa id ante dictū. ſcꝫ ꝙ quies in termino a q̊
contrariat̄ motui qui eſt ab illo termino ſi ita
ſit cū illud quod mouet̄ non recedat ſubito a
termino a quo nec ſubito acquirat terminum
ad quē. ſed ꝙ̄diu eſt motus habet aliquid ḋ
termino a quo ꝛ aliquid de termino ad quem
videt̄ ꝙ idem quieſcat ꝛ moueat̄ ꝛ ꝙ̄ oppoſi
ta ſint ſimul in eodem. Rn̄det pħs ꝙ non
eſt incōueniēs cōtraria ſꝫm eſſe imꝑfectuꝫ ſe
cōpati ſil̄ in eodē ſubiecto. qꝛ omē qḋ moue
tur habet aliquid de termino a quo ꝛ aliquid
de termino ad quā q̇ termini ſūt cōtrarii. ſꝫ nec
totaliter eſt in termino ad quē. ſilr̄ nec eſt in-
cōueniēs idē mobile ſimul eſſe qḋ ꝙ̄to duran
te motu manet aliquid de termio a quo ꝛ mo
ueri ꝓ ꝙ̄to tendit in terminū ad quē. ſꝫ debet
ſimpliciter moueri ꝛ quieſcere ſꝫm quid. Ex
quo infert pħs ꝙ motus magis eſt contrari-
us motui ꝙ̄ q̇es motui qꝛ duo motꝰ ꝯrii nō ſe
cōpatiūt̄ ſil̄ in eodē qḋ tn̄ ꝯtingit de motu et
quiete. Ex dictis ptꝫ de ꝯtrarietate motus
ad motū ꝛ motus ad quietē ꝛ q̇etis ad q̇etē
inter ſe taꝫ ſꝫm ſubſtantiā ꝙ̄ ſꝫm accidens.

Rōnes ante oppoſitū ſoluunt̄ ex dictis

Et ſic eſt finis huius quinti.

Sequitur liber sextus.

Si autē est cōtinuū ⁊ qđ tāgit ⁊ ꝯseqnter sic diffinitū ē pri⁹ ⁊c̄.

Circa sextuʒ librū phisicoꝝ q̄rit̄ prio vtꝝ sit possibile aliqđ cōtinuū ex indiuisibilibus ꝯponi.

Arguit̄ primo ꝙ sic vt habet̄ primo posterioꝝ ꝙ substantia linee ex pūctis est. ergo ⁊c̄. Secundo sic. in om̄i cōtinuo est necesse esse aliqđ primū cōtinuās partes eius. ſ₃ primū cōtinuās non pōt esse diuisibile. ḡ in oī ꝯtinuo oportet esse aliqđ indiuisibile ꝯtinuās partes eiusdē. Tertio sic. ꝑfecte spericū sup ꝑfecte planū sciderer ip̄m ī indiuisibili. al's rectū curuaret̄ vel rectū fieret curuū. ergo si moueret̄ supra ip̄m motu suo faceret lineaʒ ex indiuisibilib⁹ ꝯstitutā. Ad oppositū arguit̄ ꝑ pħm in primo caplo hui⁹ sexti.

Pro rn̄sione sciendū est primo

ꝙ postq̄ pħus in q̄nto determiauit de diuisione mutationū ⁊ mot⁹ in suas species subiectiuas. cōsequēter in hoc sexto pħus det̄minat de diuisiōe mot⁹ in suas ꝑtes integrales. Et q₂ motus est de genere cōtinuoꝝ. iō anteq̄ agat de diuisiōe motus ostendit nullum ꝯtinuū posse cōponi ex indiuisibilibus p̄supponendo diffinitōes cōtinuoꝝ ⁊ ꝯtiguorū ⁊ cōsequēter se habentiū. ex quib⁹ p̄suppositis diffinitōibus arguit ad suā cōclusionē. Et q₂ in ordine cōtinuoꝝ linea ē primū ideo cōclusionem suā manifestat pħus in linea ⁊ pūcto os̄ndens nullā ꝯponi ex pūctis. Et simili rōne ꝓbat̄ de alijs cōtinuis: vt de tp̄e ⁊ de motu sup̄ficiei ⁊ corꝑis.

Tūc sit hec cōclusio prima.

Impossibile est aliqđ cōtinuū ex indiuisibilib⁹ cōponi. puta lineā ex pūctis. Probat̄. naʒ si ex punctis componeret̄ linea: vl' illa puncta essent cōtinua cōtigua vl' ꝯsequēter se habētia. Non primuʒ. q₂ cōtinua sunt quoꝝ vltima sunt vnū. ſ₃ indiuisibiliū nō sunt vltima q₂ que habēt vltimū habēt ip̄m vltimū ⁊ illud cui⁹ dicit̄ esse vltimū. ergo omne qđ habet vltimū est diuisibile. Et sil'r ostēderetur ꝙ nō essent cōtinua. q₂ tangētia sunt quorū vltima sunt simul. Sʒ hoc aliter ꝓbat pħus q₂ si punctū tangeret punctū vel totū tāgeret totū: vel pars vni⁹ partē alterius: vel ꝑs tangeret totū non possunt dici duo vltima. q₂ punctū non habet partē cū sit indiuisibile. neq₃ primū. q₂ si totū tangeret totū tunc illa duo nō essent duo ſ₃ vnū: cū inter ea nulla esset distinctio aut sep̄atio ordinis ⁊ sit⁹. Modo de ratiōe cōtinui est habere ꝑtes situ ⁊ ordine distinctas. ideo si totuʒ tangeret totū tūc ex illis pūctis non cōstitueret̄ aliqđ cōtinuū. Nec pōt dici terciū membrū prime diuisiōis. nam illa cōsequēter se habēt inter que nō est mediū eiusdeʒ generis. modo int̄ quecūq₃ duo puncta mediat linea ⁊ per ꝯsequēs mediat punctuʒ. et inter quecūq₃ duo nūc mediat temp⁹. ⁊ sic mediat nūc. qđ ostēdit Aristoteles. Naʒ cum duo puncta se tangere nō possint vt ꝓbatū est: oportet ꝙ inter ipsa mediet aliq̇d. vel ergo illud mediū est indiuisibile. ⁊ sic cū nō possit tangere pūcta inter q̄ mediat: oportebit iteruʒ dare mediū inter ip̄m ⁊ illa pūcta. ⁊ sic ꝓcederet̄ in infinitum. Si v̄o illud qđ mediat sit diuisibile: vel est diuisibile in indiuisibilia ⁊ sic argueretur de medio illoꝝ vt argumentatū est de principali. vel mediū ⁊ sic cū tale est diuisibile ī diuisibilia. ⁊ cū inter duo pūcta nō possit cōcipi aliud a linea nec inter duo nūc aliud a tp̄e sequit̄ ꝙ inter quecūq₃ duo pūcta mediat linea ⁊ inter duo nūc temp⁹. ⁊ sic nō possunt ꝯsequēter se hr̄e duo pūcta in linea.

Secūda ratio est q₂ si aliqđ ꝯtinuū ꝯstitueret̄ ex indiuisibilib⁹ oporteret ꝙ diuideretur in indiuisibilia. q₂ vnūquodq₃ diuidit̄ in ea ex quib⁹ cōponit̄. ſ₃ ꝯsequēs est ꝯtra diffinitōem cōtinui in qua dicit̄ ꝙ est diuisibile in infinitū ⁊ in semꝑ diuisibilia. Vn̄ ꝙ nullū ꝯtinuū sit diuisibile in indiuisibilia ꝓbat Aristo. alia rōne. q₂ sic seq̄ret̄ ꝙ duo indiuisibilia se tangerēt in cōtinuo ad h' ꝙ possent ꝯstituere ꝯtinuū. ⁊ cū impossibile sit duo indiuisibilia se tāgere vt ꝓbatuʒ est sequit̄ ꝙ impossibile ē ꝯtinuū diuidi in indiuisibilia.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā dicit̄ ꝙ in illa auctoritate pħi accipit̄ subā ꝓ diffinitōe rei sic ꝙ sensus est ꝙ de diffinitōe linee sunt duo pūcta. cui⁹ ratio est. q₂ punctū in linea ītelligit̄ se hr̄e vt prin-

cipians ꝯtinuans ⁊ terminãs que oĩa ſunt actus forme. ⁊ ideo intelligit̃ punct⁹ ad li neam ſe hr̃e vt forma. Ideo bñ dicũt antiq̃ ꝙ pũctus eſt ꝑs eſſentialis linee ſꝫ nõ quã-titatiua. nec inde ſequit̃ ꝙ pũct⁹ de linea p̃-dicet̃. q: forme vt forma eſt non cõuenit p̃di cari ſꝫ ẜm ꝙ eſt determiata ad eſſe cõpletũ ge neris aut ſpeciei. Ad ſecundã dicit̃ ꝙ pri-mũ ꝯtinuãs ꝑtes ꝯtinui debet capi ab itelle ctu vt aliq̃d indiuiſibile qm̃ ſi acciperet̃ vt di uiſibile iaꝫ hr̃et partes cõtinuatas: ⁊ ſic non eſſet primũ cõtinuãs. dicit̃ tñ ꝙ indiuiſibile cõtinuans nõ hꝫ eſſe actu tale in cõtinuo ſꝫ ſolũ ẜm potentiã. nec ẽ ꝑs cõtinui: Ad ter tium d̃r ꝙ illud ſpericũ tangeret rectũ in in-diuiſibili ẜm ꝓfundũ: ſed non eſt indiuiſibi le ſimpliciter. Sequit̃ textus. Amplꝰ ne-ceſſe eſt aut cõtinua ⁊c̃.

Querit̃ ſecũdo vtrũ ſi magnitu do cõponat̃ ex indiuiſibilib⁹ ſit neceſſe mo-tum factũ ſuꝑ eaꝫ: ⁊ tp̄us in quo fit ex indi-uiſibilibus ꝯponi. Arguit̃ ꝙ non. q: poſ ſibile eſt ſpaciũ aliq̃d eſſe quãtũ motu facto ꝑ ip̄m exiſtente nõ quãto. g̊ magnitudo per quã fit mot⁹ ⁊ ip̄e mot⁹ nõ ſilr̃ ſe hñt ad eſſe quãtuꝫ. ⁊ ꝑ ꝯñs neq̃ cõponi ex indiuiſibili bus vel diuiſibilibus. Antecedẽs pꝫ ꝑ illud cõe dictũ q̃d dictũ eſt in quarto. ꝙ ſi eẽt va cuũ ẜm imaginatiõem ponentiũ vacuũ ſe-paratũ ꝑ ip̄m fieret motus in indiuiſibili tẽ poris cuiuſcũq̃ diſtantie eſſet vacuũ. Ad oppoſitũ arguit̃ ꝑ ph̄m dicentẽ. eiuſdẽ autẽ rõnis eſt ⁊ magnitudinẽ ⁊ tp̄us ⁊ motuꝫ ex indiuiſibilibus cõponi ⁊ diuidi in indiuiſi-bilia aut nihil.

Pro rñſione ſciendũ eſt primo ꝙ q: demõſtratõ es poſite in p̃cedẽti queſti-one manifeſtiores ſunt de cõtinuis habenti bus poſitionẽ. q: in ip̄is eſt ꝓprie cõtactus ideo cõuenienter oñdit ph̄us ꝙ ſilis eſt ratio de aliꝭ cõtinuis. ſ. de motu ⁊ tꝑe: ⁊ p̄mo de motu. Dictũ eſt em̄ in q̃rto ꝙ hec tria ſeinui-cem cõſequũtur. ſ. magnitudo: motus: ⁊ tẽ pus. nam pri⁹ ⁊ poſteri⁹ in motu cauſant̃ ex priori ⁊ poſteriori in magnitudine. ⁊ tp̄s ca pit ip̄a a motu. ſ. pri⁹ ⁊ poſteri⁹. ideo hec tria ſilr̃ ſe hñt ad cõponi vel nõ ꝯponi ex indiui ſibilib⁹ ⁊ diuidi ĩ indiuiſibilia vl̃ diuiſibilia

Concluſio prima. ſi magnitudo ſit ꝯpoſita ex indiuiſibilib⁹ mot⁹ fact⁹ ꝑ ip̄aꝫ ꝯponeret̃ ex indiuiſibilibus. vt ſit magnitu do. a. b. c. ſuꝑ quã mouet̃. o. ⁊ mot⁹ ſit. d. e. ꝫ. dicit g̊ ꝙ ſi ille tres ꝑtes magnitudinis da te ſunt indiuiſibiles: ita ille tres ꝑtes mot⁹. Pro cui⁹ ꝓbatõe ponit ph̄us duas ſuppoſi tões. Prima eſt ꝙ p̄nte aliq̃ ꝑte mot⁹: neceſ ſe eſt ꝑ ip̄m motũ aliq̃d moueri. et ecõuerſo ſi aliq̃d moueat̃ neceſſe eſt ꝙ ſit aliq̃s mot⁹ q: cauſa formal̃ ⁊ ſuus effect⁹ ſil̃ ſunt ⁊ non ſunt. vt albedo ⁊ eſſe albũ. Secũda ſuppoſi tio eſt ꝙ impoſſibile eſt aliq̃d ſil̃ moueri ad aliquẽ terminũ ⁊ iaꝫ eſſe motũ in illo termi-no. vt impoſſibile eſt aliq̃d ire ſil̃ thebas et iam eſſe ibidẽ. Tũc arguit̃ ſic ad ꝯcluſionẽ. ſi. o. moueret̃ ſuꝑ magnitudinẽ datã ⁊ mo-tu ꝓprie dicto: aut g̊ pri⁹ mouebit̃ ſuꝑ vnaꝫ partẽ magnitudinis ⁊ vna ꝑte illi⁹ mot⁹ q̃d ſuꝑ totã magnitudinẽ ⁊ toto motu. aut pri-us moueret̃ ſupra totã magnitudinẽ: ⁊ ẜm nullã ꝑteꝫ magnitudinis pri⁹ mouebat̃. Si dicat̃ primũ tũc vel ſil̃ moueret̃ ẜm. a. ⁊ iaꝫ motũ eſt in. a. vel pri⁹ mouet̃ ẜm. a. ꝙ ſit mo-tũ in ip̄o. Nõ primũ. q: hoc eſt ꝯ primã ſup-poſitionẽ. nec põt dici ſecundũ. q: tũc in. a. oporteret eſſe aliq̃d ẜm ꝙ pri⁹ mouebat̃ an teq̃ eẽt motũ: ⁊ aliq̃d aliud ẜm ꝙ eſſet mo-tum in. a. ⁊ ita. a. iaꝫ eſſet diuiſibile: q̃d eſt ꝯ ſuppoſitũ. g̊ ip̄m. o. nõ p̄t moueri ꝑ. a. ⁊ per ꝯñs prima ꝑs mot⁹ q̃ eſt correſpõdens p̄ine ꝑti magnitudinis q̃ eſt. a. nõ eſt mot⁹: al̃s p̄-ſente motu alicui illud nõ moueret̃: q̃d eſt ꝯ primã ſuppoſitõeꝫ. Si g̊ ꝑtes magnitudi-nis ſint indiuiſibiles oportebit ꝑtes mot⁹ eſſe indiuiſibiles: et ita nõ erit mot⁹. Si vo dicat̃ ꝙ. o. mouet̃ p̄mo ẜm totã magnitudi-nem: ſic ꝙ ẜm nullã ꝑtẽ eius pri⁹ mouebat̃: tũc ſequit̃ ꝙ mot⁹ erit cõpoſit⁹ ex momẽtis q̃d eſt impoſſibile: vt ꝓbat̃. ⁊ pꝫ ꝯña. q: vel prima ꝑs mot⁹. ſ. d. eſt mot⁹ vl̃ nõ. Nõ p̄mũ q: tunc oporteret ẜm ip̄m mobile moueri in prima ꝑte magnitudinis. q: ꝑtib⁹ mot⁹ cor-reſpõdent ꝑtes magnitudinis. modo iaꝫ di ctũ eſt ꝙ ẜm impartibile nihil põt moueri. Si vo dicat̃ ꝙ nõ ſit mot⁹ q: erit ſic̃ d̃ aliꝭ ꝑtib⁹: ſequit̃ ꝙ mot⁹ erit ꝯpoſit⁹ ex nõ moti bus. ſ. ex momẽtis ẜm q̃ momẽta aliq̃d d̃r eſſe motũ ſicut ẜm motuꝫ aliq̃d d̃r moueri. ſic em̄ ſe hñt momẽta ad motũ ſicut pũctus ad lineã ⁊ nũc ad temp⁹.

Concluſio ſecũda. impoſſibile eſt motũ eſſe ꝯpoſitũ ex momentis. Probat̃

cōclusio ducēdo ad aliq̄ incōueniētia. quorum primū est ꝙ aliq̄d esse motuȝ in aliquo termino qđ tn̄ pri⁹ nō mouebat᷑ ad ipm̄ qđ ē impossibile. sicut impossibile est aliq̄d eē p̄teritū qđ nunq̄ fuit p̄sens. ⁊ p̄tȝ ꝯn̄tia. q: si motus. d. e. ȝ. esset sic ꝯposit⁹ ex illis trib⁹ tanq̄ ex momētis: tūc ipm̄. o. ꝑ. d. motū est in. a. ⁊ tn̄ pri⁹ nō mouebat᷑: al's oporteret ipm̄. a. esse diuisibile: vt ꝓbatū est. Secundū incōueniēs est ꝙ aliq̄d sil' moueret᷑ et quiesceret ſm aliquā magnitudinē. Probat᷑. q: oē qđ natū est moueri ⁊ nō mouet᷑ q̇escit. sed ipm̄ o. natū est moueri ⁊ nō mouet᷑ ſm aliquam p̄tē magnitudinis. a. b. c. g̊ ſm illas p̄tes q̇escit. ꝫ qđ quiescit ſm oēs p̄tes toti⁹ q̇escit ꝑ totū. g̊. o. q̇escit ꝑ totā magnitudinē ⁊ tn̄ ponebat᷑ moueri ꝑ totā. g̊ ⁊c̄. Tertiū incōueniēs est ꝙ mot⁹ esset cōposit⁹ ex nō motib⁹: qđ nō est possibile ꝓpter easdē rōnes quib⁹ demōstratū est ꝙ impossibile est lineaȝ ꝯponi ex pūctis. ⁊ p̄tȝ ꝯn̄a. q: si ille p̄tes. d. e. ȝ. essent mot⁹ oporteret ꝙ ſm eas. o. moueat᷑ ꝑ p̄tes magnitudinis q̄ sunt īdiuisibiles: qđ iaȝ ꝓbatū est. ⁊ ita oporteret dicere ꝙ nō fuit mot⁹ ⁊ ꝑ ꝯn̄s ꝙ mot⁹ sit ꝯposit⁹ ex nō motib⁹. ꝫ hoc est īpossibile. g̊ impossibile est motuȝ ꝯponi ex momētis: qđ sequit᷑ ad hoc qđ est magnitudinē ꝯponi ex indiuisibilib⁹. De cōtinuitate aūt t̄pis ad motū ⁊ ad magnitudinē videbit᷑ in sequēti lectōe.

Ad ratōes ante oppositum al's

ꝯn̄suȝ est in q̄rto. vbi determiatū est ſm opinionē sancti Thome. ꝙ si poneret᷑ vacuū eodeȝ mō quo imaginabant᷑ antiqui. ⁊ remota suppositōe. s. ꝙ vacuū sit tota causa motus adhuc fieret mot⁹ in vacuo ꝑ tp̄us ꝓp̄t ordinē situs ad situȝ p̄tiū mobilis ⁊ spacij. ꝫ si capiat᷑ cū imaginatōe coꝝ illa suppositio. s. ꝙ necesse ē poni vacuū vt sit tota causa mot⁹: tūc fieret subito mot⁹ ꝑ vacuū. ⁊ q: hoc est impossibile: ideo infert Aristo. ꝙ impossibile sit esse vacuū vt sit tota causa motus. Sequit᷑ textus. Eiusdē autem rationis ⁊ magnitudo ⁊c̄.

Queritur tertio vtrū magnitudo ⁊ tp̄us ꝯsimiliter diuidant᷑.

Arguit᷑ ꝙ non. quia in tempore est dare minimū ⁊ nō in magnitudine. ergo magnitudo et temp⁹ non similiter se habent ad diuisionem. Ad oppositū arguit᷑ ꝑ pħm dicētē. eiusdē nāq; diuisionis magnitudo ⁊ tēpus sunt.

Pro respōsiōe sciendum est pri

mo ꝙ postq̄ pħus ostendit magnitudinem ⁊ motuȝ cōsimiliter se habere ad diuisionē: cōsequenter se in tertio capitulo primi tractatus hui⁹ sexti: ideȝ ostendit de magnitudine ⁊ tempore. scilicȝ ꝙ si magnitudo sit diuisibilis per indiuisibilia: sic ⁊ tempus. et si per diuisibilia tēpus etiaȝ diuiditur in semper diuisibilia.

Conclusio prima ⁊ responsalis

ad quesituȝ. magnitudo ⁊ tempus cōsimiliter se habent ad diuisionē. Probat᷑ per philosophū tribus ratiōibus. quaruȝ prima sic formatur assumendo duo mobilia eque velocia. ⁊ secūdo assumēdo duo mobilia vnū velocius ⁊ aliud tardius. Et tertio accipiendo vnuȝ mobile eque velociter motum.

Prima ratio si duo mobilia eque velociter mouerent᷑: si vnū pertrāseat aliquod spacium in aliquo tempore reliquū minus spacium in minori tēpore transibit al's non essent eque velocia. ergo in eque velocib⁹ cō diuiditur magnitudo ⁊ etiaȝ tempus. ⁊ cuȝ augeretur magnitudo ⁊ etiā tempus augeretur. et per cōsequens duoꝝ motuū eque velociuȝ magnitudo ⁊ tempus cōsimiliter diuidunt᷑. Pro secūda ratiōe ponunt᷑ tres suppositōes. Prima ē. oīs magnitudo ē diuisibilis in magnitudines. q: impossibile ē ꝯtinuū ex athomis cōponi. Secūda ē q: de rōne mobil' velocioris tria sunt. ꝙ in eq̄li t̄pe trāsit mai⁹ spaciū in minori mai⁹: ⁊ in minori eq̄le. Primū ꝓbat᷑ sic. sumant᷑ duo mobilia. s. a. veloci⁹ ⁊. b. tardi⁹. ⁊ p̄trāseat. a. totaȝ magnitudinē. c. d. in t̄pe. ȝ i. cuȝ ergo. a. venit ad punctū. d. in t̄pe. ȝ. i. ad ipsuȝ punctuȝ nondū p̄tingit. b. al's eq̄ velocit᷑ moueret᷑. g̊ b. p̄tingit vsq; ad aliqđ pūctū inter. c. ⁊. d. ⁊ illud sit. c. Tūc arguit᷑ sic. a. in t̄pe. ȝ. i. transit totā magnitudinē. c. d. ⁊ in eodē t̄pe b. transit magnitudinē. c. e. sed. c. d. est mai⁹ q̄. c. e. q: totū mai⁹ est sua p̄te. ergo. a. in eq̄li t̄pe p̄transit maius spaciū q̄. b. qđ erat primū probandū. Secundū ꝓbatur retēto eodem casu ⁊ diuidatur eadē magnitudo inter. e. et. d. in puncto. t. ita ꝙ. c. t. sit maius q̄ c. e. ⁊ minus q̄. c. d. Tunc arguitur sic. a. p̄trāsit totā magnitudinē. c. d. in t̄pe. ȝ. i. g̊ cū ideȝ mobile equaliter motū p̄trāseat maiorē

magnitudinē in minori tꝑe.a. ꝑtrāsibit ma-
gnitudinē.c.t.in minori tꝑe ꝙ.z.i.diuidat̄ il-
lud tꝑs in pūcto.k.ergo.a.in tꝑe.z.k. qđ est
minꝰ ꝙ.z.i.ꝑtrāsibit.c.t.ſ₃.c.t.est maiꝰ ꝙ.c.e.
ergo.a. in minori tꝑe ꝑtrāsit maiꝰ spaciū ꝙ
b. Deinde ꝓbat̄ tertiū retēto eodē casu. nā
cū.b.ꝑtrāseat totū spaciū.c.e. in tꝑe.z.i. vel
ḡ in eodē tꝑe.a.ꝑtrāsit idē spaciū vl' in ma-
iori vl' in minori.nō in eq̄li.q₂ tūc eque velo-
citer moueret̄.neq₃ in maiori.q₂ tūc.a.tardi
us moueret̄.ḡ relinquit̄ ꝙ i minori.⁊ sic mo-
bile velociꝰ in eq̄li tꝑe ꝑtrāsit maiꝰ spaciū et
in minori maiꝰ ⁊ in miori eq̄le. Tertia sup
positio est ꝙ oīs motꝰ est in tꝑe.⁊ in om̄i tꝑe
possibile est aliq̇d moueri.⁊ in eq̄li tꝑe ꝯtin-
git aliq̇d tardiꝰ ⁊ velociꝰ moueri. S₃ tūc
obijcit aristoteles de motu ꝑmi mobil' ꝙ nō
est dare velociorē. Ad qđ dicit̄ ꝙ lic₃ ſm ma
teriā nō sit motꝰ velocior eo. tñ nō est deter-
minata velocitas aut tarditas motꝰ i cōmu
ni. Est ergo secunda ratio ꝑ q̄ sumant̄ duo
mobilia.vt priꝰ.a.velociꝰ ⁊.b.tardiꝰ.⁊ trāse
at.b.totā magnitudine₃.c.d.in tꝑe.z.i.cū er-
go velociꝰ in minori tꝑe trāseat eq̄le spaciū:
sequit̄ ꝙ.a.trāsibit magnitudinē. c.d.in tꝑe
minori ꝙ.z.i. Sit ḡ illud minꝰ tꝑs.z.d. tunc
ꝯuertat̄ argumentū.a.velociꝰ in minori tꝑe
sc₃.z.d.trāsiuit totū spaciū.c.d.ḡ.b.tardius
i illo tꝑe.z.d.n̄ ꝑtrāsibit nisi ꝑtē magnitudi
nis.c.d.quia tardiꝰ in eq̄li tꝑe minꝰ spaciu₃
trāsit.sit ḡ illa.c.e. ⁊ iterū cōuertat̄ argumē
tum.b.tardiꝰ in tꝑe.z.d.trāsibit magnitudi-
nem c.e.ḡ.a.velociꝰ trāsibit eandē magni-
tudinē in minori tꝑe.⁊ sit illud tꝑs.z.k.⁊ ite
rum cōuertat̄ argumentū vt priꝰ. Cu₃ ergo
sit cōuersio tardioris ⁊ velocioris ⁊ ſm ve
locius semꝑ diuidat̄ tꝑus ſm vō tardiꝰ ma
gnitudo sequit̄ ꝙ tꝑus ⁊ magnitudo ꝯsil'r
diuisibilia sunt. Tertia rō est q̇a si aliqđ
mobile eq̄liter motū trāseat aliqđ spaciū in
aliquo tꝑe tūc in medio tꝑis trāsibit mediū
spaciū.⁊ i medio medietatis trāsibit mediū
medietatis ⁊ sic deinceps.ḡ ſm motū eius-
de₃ mobilis eq̄liter moti ꝯsil'r diuidunt̄ ma
gnitudo ꝑtrāsita ⁊ tꝑs mēsurās motū quo
ꝑtrāsit̄.⁊ sic ꝑt₃ r̄nsio ad q̄situ.

Ad rationes ante oppositu₃ di

co ꝙ lic₃ in tꝑe eo mō quo est distinctū et di
scretū sit dare minimū tñ vt est cōtinuū nō
ē dare i eo minimū ſm rem sic nec in magni
tudine.ſ₃ solū in potētia ⁊ ſm ratōem sic da
tur pūctus in linea ⁊ esse in tꝑe. Sequit̄
textꝰ. Om̄ aūt oīs magnitudo i magni.⁊c̄.

Queritur quarto vtru₃ magni

tudo ⁊ tꝑus ꝯsil'r se habeāt ad esse finitu₃ ⁊
ad esse infinitū. Arguit̄ ꝙ nō.q₂ tꝑs est
infinitū vt ꝓbat̄ in.8.huiꝰ.ſ₃ nulla magnitu
do est infinita vt ꝓbatū est in tertio.ḡ nō si
militer se h̄nt magnitudo ⁊ tꝑus ad esse fini
tum ⁊ infinitū. Ad oppositu₃ est ꝑhus in
tertio caplo primi tractatꝰ.qui postq̄ osten
dit magnitudine₃ ⁊ tꝑus ꝯsil'r diuidi ꝯñter
ondit ꝙ sil'r se h̄nt ad finitatē ⁊ infinitatē.

Pro r̄nsione sciendū est primo

ꝙ infinitū vt ad ꝓpositū sufficit dicit̄ dupli
cit̄. Uno modo dicit̄ aliqđ infinitū ſm vlti-
mū vt si esset magnitudo carens terminis.
Alio modo dicit̄ aliq̇d infinitu₃ ſm diuisio-
nem sicut cōtinuū est infinitū ſm potentiā.
⁊ ita primꝰ modus infinitatis sumit̄ ex ter-
minis.secūdus vō a medijs.q₂ cadit in ali-
quo pūcto intermedio. Dicit ḡ Aristo.ꝙ si
magnitudo est infinita ſm vltimū ita ⁊ tem-
pus mensurās motū quo transit̄.⁊ si tñ ſm
diuisionē magnitudo sit infinita ita ⁊ tꝑus:
Ex quo pōt remoueri ratio Zenonis q̄ nite
batur ꝓbare ꝙ impossibile est trāsire de lo-
co ad locū q₂ inter duo loca est distantia.⁊
sunt infinita pūcta intermedia. Cū ḡ infini
ta finito tꝑe trāsiri non possint ⁊ quodlibet
tꝑs sit finitū sequit̄ ꝙ impossibile est aliq̇d
trāsire de loco ad locū. Hāc obiectōe₃ soluit
⁊ destruit Aristo.dicēs ꝙ lic₃ int̄ duo pūcta
distātia sunt infinita intermedia ſm potētiā
diuisiōis ⁊ magnitudinis ⁊ nō ſm actū ita
tale spaciu₃ ꝑtrāsit̄ in tꝑe ifinito ſm potētiā
diuisionis.⁊ distantia que est inter duo loca
est finita in vltimis.

Cōclusio responsalis ad.q.ma

gnitudo ⁊ tempꝰ mēsurās motū quo ꝑtrāsi-
tur cōsimiliter se habent ad esse finitū ⁊ infi
nitū. Hanc cōclusione₃ ꝓbat Aristo.ꝓbādo
duo. Primū est ꝙ magnitudo finita transiri
nō potest in tempe infinito. Secundū est ꝙ
magnitudo infinita trāsiri nō potest in tem
pore finito. Primu₃ ꝓbatur.sit magnitudo
finita.a.b.⁊ tempꝰ infinitu₃.g.q.cuiꝰ sit vna
ꝑs q̄ sit finita.g.d.tūc arguit sic. si tota ma-
gnitudo finita.a.b.trāseat̄ in toto tꝑe finito

g.q.sequit̃ ꝙ in ꝑte tꝑis q̃ est.g.d.trãsit̃ vna pars magnitudinis.a.b. Cũ ergo sic se habeant ꝑtes tꝑis ad totũ tp̄us in trãsibile in quo trãsit̃ tota magnitudo sicut ꝑtes magnitudinis ad totã magnitudinez. ⁊ ꝑs magnitudinis q̃ sit.b.⁊ transita in ꝑte tꝑis aliquotiens data mẽsurat totã magnitudinẽ: vel excedat vel deficiat sequit̃ ꝙ ꝑs tꝑis scz.g.d.in qua transit̃ illa pars magnitudinis etiam aliquotiens sumpta reddit tp̄us totũ in quo transitur illa magnitudo.a.b.ergo istud totũ tempus non erit infinitũ: qm̄ infinitũ per resumptionẽ alicuiꝰ partis finite quotiẽscũqꝫ sumpte nunq̃ꝫ reddere pōt infinitũ. Ergo si magnitudo est finita debet esse tp̄us finitũ.nec differt in ꝓposito si pars magnitudinis data sit pars mensurãs vel deficiẽs vel excellens totã magnitudinẽ. qꝛ mobile eq̄liter motuz in equali tꝑe ꝑtrãsit equalẽ magnitudinẽ. Et qꝛ aliquis possꝫ dicere ꝙ sicut tota magnitudo finita.a.b. transit̃ in tꝑe infinito: ⁊ ita q̄libet eius ꝑs. Cõtra hoc arguit ph̄us ponendo secundã ratõem ad cõclusionẽ. qꝛ manifestuz est ad sensum ꝙ aliq̄ magnitudo transit̃ tꝑe finito. Sit ğ illa magnitudo.b.c.q̃ in eadem ꝓportione se habeat ad magnitudinez a.b.sicut prius se habebat excepto ꝙ prius sumebat̃ vt pars eius modo vͦ nõ. Tũc arguit̃ sic.magnitudo.b.c. trãsitur tꝑe finito. ẜ ꝓm õi magnitudo aliquotiens sũpta reddet totã magnitudinẽ.a.b.aut excedet aut deficiet ab ea. ğ tp̄us in quo trãsit̃ tota magnitudo.b.c.aliquotiẽs sumpta redderet etiaꝫ totum tp̄s in quo trãsit̃ tota magnitudo.a.b. aut excedet ip̄m aut deficiet. ⁊ ꝑ ꝯñs totum istud tp̄us infinitũ esse nõ pōt. qꝛ infinitũ sũptũ finities nunq̃ꝫ reddit infinitũ. ⁊ sic patꝫ primũ ꝓbatũ. Secundũ eodẽ modo demõstraret̃ capiẽdo vnã ꝑtẽ magnitudinis infinite: sicut accepta est vna ꝑs magnitudinis finita: vt argutũ est. Ex istis ⁊ p̄cedentibꝰ infert ph̄s correlariũ ꝙ impossibile est aliqͦd cõtinuũ ex indiuisibilibꝰ ꝯponi. Probat ducẽdo ad hoc impossibile ꝙ indiuisibile diuideret̃. Pro cuiꝰ ꝓbatõne primo supponit̃ ꝙ in oĩ tꝑe ꝯtingit aliq̇d tardiꝰ ⁊ velociꝰ moueri. Secũdo ꝙ velociꝰ trãsit maiorẽ magnitudinẽ in eq̄li tꝑe. Tertio ꝙ in velocitate contingit aliq̄ mobilia se hr̄e ẜm multiplicẽ proportionẽ. vt ẜm ꝓportionẽ duplã qua vnum alio velociꝰ mouet̃ in duplo, aut ẜm ꝓportionem hemioliã in qua maius cõtinet minꝰ et dimidiũ maioris. Et dꝛ ab hemi qͦd est dimidiuz ⁊ olem qͦd est totũ. vt sicut se hñt tria ad duo. Dent̃ ğ duo mobilia ĩ velocitate ⁊ tarditate se hñtia ẜm ꝓportõꝫ hemioliã.s.a. velociꝰ ⁊.b.tardiꝰ trãseat.a. magnitudinẽ.b.c.d. cõpositã ex tribꝰ indiuisibilibꝰ.b.b.c.c.d.d. ⁊ cũ tp̄us diuidat̃ sicut magnitudo sicut iaꝫ demõstratũ est: sequit̃ ꝙ tp̄us in quo ꝑtrãsit̃ alia magnitudo cõpositũ est ex tribꝰ indiuisibilibus q̃ sunt.k.l.l.m.m.n. Cũ ğ.b.tardiꝰ ẜm ꝓportõem hemioliã moueat̃ q̃ꝫ.a. sequit̃ ꝙ in illo toto tꝑe ꝑtrãsit magnitudinẽ cõstitutã ex duobꝰ indiuisibilibꝰ q̃ sunt.ꝫ.e.et.e.i. ⁊ ꝑ ꝯñs trãsibit vnũ illorum indiuisibiliũ in vno ĩdiuisibili.tꝑis cũ dimidio. ⁊ ꝑ ꝯñs indiuisibile diuideret̃ qͦd est impossibile deducendũ. Vñ ip̄m.b.nõ poterit trãsire vnũ illorum indiuisibiliũ magnitudinis in vno indiuisibili tꝑis .qꝛ tũc eq̄ velociter moueret̃ sicut a.nec etiã in duobꝰ.qꝛ tũc nõ se hr̄et.b.ad.a. ĩ ꝓportõe hemiolia ẜ ĩ ꝓportõe dupla.oporteret ğ ꝙ ꝑtrãsiret vnũ indiuisibile magnitudinis in vno indiuisibili tꝑis cũ medio alteriꝰ.⁊ sic ĩdiuisibile eẽt diuisibile qͦd est impossiblle. ğ illͦd ex q̃ sequit̃ est impossibile.s. aliqͦd ꝯtinuũ ex indiuisibilibꝰ cõponi.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primã dꝛ ꝙ ꝓcedit de magnitudine non resumpta q̃ quidẽ finita est. ⁊ etiã tp̄us mensurãs vnã circulationẽ celi est finitũ. ẜ q̇a in motu celi vna circulatõe ꝯpleta resumit̃ motus ⁊ tẽpus. ⁊ hoc modo motꝰ celi infinitꝰ ẽ: ⁊ magnitudo semel sũpta finita est ⁊ vna circulatio ⁊ etiã tp̄us mensurãs ip̄am. Seq̃tur textꝰ. Necesse aũt ⁊ ip̄m nũc q̃ꝫtũ ẜm ⁊c̃.

Queritur quinto vtrũ in nũc cõtingat aliq̇d moueri.

Arguit̃ ꝙ sic. quia in p̄nti tꝑe aliq̇d mouet̃. sed p̄sens dꝛ nunc. ğ.

Secũdo sic. generatio ⁊ corruptio ⁊ illuminatio mediĳ sunt motꝰ: ⁊ t̄m fiũt in nũc. ğ.

Tertio sic. motus ⁊ quies cõtradictiõem includũt circa mobile. ẜ necesse est alterũ cõtradictorioꝝ esse verũ. ergo necesse est aliq̇d in nũc moueri aut quiescere. Ad oppositũ arguit̃ per ph̄m in hoc q̇nto caplͦ primi tractatus huiꝰ sexti. in quo postq̃ꝫ ostendit nullum cõtinuuz ex indiuisibilibꝰ cõponi: neqꝫ indiuisibile esse. ex quo sequit̃ motum esse diuisibilem cũ sit de genere cõtinuoꝝ. cõsequẽ-

ter anteꝗ̄ agat de diuisione ⁊ modo diuisio nis ipius motus ꝑmittit aliq̄ necessaria ad motus diuisionē.s. ꝙ in indiuisibili tp̄is nō pt fieri mot⁹ neqꝫ quies. ⁊ ꝙ indiuisibile moueri nō pt. de q̄ videbit̄ in seq̄nti q̄stione.

Pro responsione sciendū ē primo ꝙ in oī cōtinuo necesse est esse aliquē terminū copulantē ꝑtes eius adinuicē sic se habentem ꝙ extra ip̄m nihil sit ꝑtis ꝓcedentis: nec infra ipsuꝫ aliq̄d partis seq̄ntis. ex quo sequit̄ ꝙ necesse est hmōi terminū indiuisibilem esse. Ultra sequitur ꝙ necesse est ipsum esse vnū ⁊ eundē vtriusqꝫ partis. Cuꝫ ergo tp̄us sit ꝯtinuū cui⁹ sunt p̄teritū ⁊ futurū necesse est p̄teriti ⁊ futuri esse vnū talē terminū qui dr̄ nūc. ⁊ sic necesse est nūc esse indiuisibile. ⁊ si est indiuisibile oportꝫ ꝙ sit vnū ⁊ idē p̄teriti ⁊ futuri. ⁊ si est vnū ⁊ ideꝫ p̄teriti ⁊ futuri oportet ꝙ sit indiuisibile. ita ꝙ hec duo adinuicē se ꝯsequant̄. Et hic ē sermo de ip̄o nūc q̄d nō ꝑm alterū: sꝫ ꝑ se ⁊ primo dr̄ nunc. q̄d .s. totum sil' existit nihil sui hn̄s in p̄terito nec aliq̄d in futuro. ⁊ hec est ꝓpria acceptio ip̄ius nūc. Alia est acceptio vulgaris q̄ nō dr̄ ꝑm se ⁊ primo: sꝫ solū ꝑm alterū. vt eē tp̄s cui⁹ vna ꝑs p̄teriit et alia futura est sic tn̄ ꝙ ambe ꝑtes ꝓpinq̄ sunt p̄senti nūc.

Tūc sit conclusio prima. Idem est nūc p̄teriti ⁊ futuri. s. finis p̄teriti ⁊ initiū futuri. Probat̄. q: si sit alterū ⁊ alteruꝫ: vel sunt imediata vel mediata. Nō imediata. q: tūc cōtinuū ꝯponeret̄ ex indiuisibilib⁹. q̄d iprobatū est. nec mediata. q: vel int̄ ea mediaret nūc vel tp̄s. nō nūc. q: illa duo nūc nō se hn̄t ꝯn̄ter: cū int̄ ea esset mediū eiusdem generis. ⁊ tn̄ se deberēt hr̄e ꝯn̄ter sicut p̄teritum ⁊ futurū: quoꝝ termini ꝯn̄ter se habēt. nec mediat tp̄us. q: int̄ p̄teritū ⁊ futurū non intelligit̄ mediuꝫ nisi ip̄m nūc. si ꝰ mediaret tp̄us nō eēt aliud q̄ nūc. ⁊ cū tp̄s sit diuisibile q̄d est impossibile: ergo nō pōt esse alterū ⁊ alterū nūc p̄teriti ⁊ futuri nisi ponat̄ nūc esse diuisibile. ideo sequit̄ si est idē nūc p̄teriti ⁊ futuri ip̄m est indiuisibile.

Conclusio secūda. Ipsuꝫ nunc est indiuisibile. Patꝫ. q: si diuideret in p̄teritum ⁊ futurū diuideret̄. ⁊ cū ip̄m nūc sit terminus p̄teriti ⁊ futuri. ⁊ termin⁹ sit in eo cui⁹ est termin⁹: sequit̄ ꝙ aliq̄d p̄teriti esset in futuro: ⁊ aliq̄d p̄teriti in p̄terito. q̄d est inintelligibile. Secūdo si diuideret̄ cū diuisio vniuscuiusqꝫ cōtinui sit ꝑm aliq̄d indiuisibile: sequeret̄ ꝙ ip̄m nūc q̄d diuideret̄ nō esset nūc ꝑm seip̄m: sꝫ ꝑm alterū. s. ꝑm illud indiuisibile ꝑm ꝙ fieret eius diuisio. ⁊ sic nullū eēt nūc ꝑm seip̄m: sꝫ om̄e nūc esset ꝑm alterū si nūc esset diuisibile. Tertio si diuideret̄ nūc eius diuisio eēt in p̄teritū ⁊ futurū. sꝫ p̄teritū non plus est ⁊ futurū nondū est. ꝰ tale nūc nō esset totuꝫ sil' existēs. q̄d est ꝯ rōnē ip̄ius nūc.

Quarto si nūc eēt diuisibile hr̄et ꝑtes adinuicē cōtinuatas ꝑ aliq̄d. vel ꝰ illud continuū esset diuisibile vel indiuisibile. si indiuisibile haberet̄ intētū. q: nō eēt aliud q̄ nūc. si esset diuisibile argueret̄ vt pri⁹. ⁊ sic ꝓcessus eēt in infinitū nisi ꝑmū ꝯtinuās ꝑtes cōtinui esset indiuisibile.

Conclusio secũda. indiuisibile ƀm quantitatem per se moueri non potest. licet bene per accidens. Probatur tribus rationibus philosophi. Prima ẽ si impartibile possit moueri tunc moueat̃ ex. a. b. in. b. c. vel ergo cum moueret̃ est totũ in. a. b. vł totũ in. b. c. vel hꝫ partẽ in. a. b. et partẽ in. b. c. nõ põt dici tertiũ. quia idiuisibile esset diuisibile. nec ƀm quia dum mobile ƀm se totum est in termino ad quem non plus mouetur. sed motum est. nec primum quia duꝫ aliq̃d ƀm se totum est in termino a quo nondum mouetur sed quiescit. nec differt in proposito. an. a. b. et. b. c. capiantur vt loca distincta in motu locali vel vt quantitas in augm̃to ⁊ decremẽto vel vt q̃litas vt in alteratione. qm̃ similiter in omnibus ratio procedit

Secũda rõ impossibile est in motu locali mobile trãsire spaciũ maius se quam prius transeat equale sibi vel minus. sed indiuisibile nõ põt trãsire min⁹ se quia iam esset diuisibile. ergo si moueat̃ localiter transibit eq̃le sibi. et si moueat̃ ꝑ aliq̃ꝙ totã lineã mot⁹ erit equalis linee quia numerabit et mensurabit totam lineam per pũcta indiuisibilia ⁊ ꝑ consequẽs linea erit composita ex punctis qꝺ est iprobatũ. nõ põt ergo indiuisibile moueri localiter. ergo nec alio motu. Tercia rõ omne qꝺ mouet̃ in tempore mouet̃. ⁊ in omni tempore in quo aliquid mouet̃ est dare maius in quo etiã maius mobile prius ꝑtingit ad signũ quam ipm̃ totũ supposita equali velocitate. sicut videmus partem alicuius totius prius peruenire ad aliqꝺ signũ quã ipm̃ totũ. ergo si indiuisibile moueatur cum moueat̃ in tempore erit dare minus aliquid impartibile qꝺ prius pertigeret ad terminũ ad quẽ quã totum. et sic erit minus indiuisibili et minimo. vel dicetur indiuisibile non est minimũ. ⁊ sic erit diuisibile. ergo impossibile est idiuisibile ꝑ se moueri. nec põt dici ꝙ moueat̃ in nunc. quia oporteret tempus cõponi ex ipis nũc et motũ ex momentis

Secunda pars patet ex dictis. Sed cõtra Eraclitũ iteꝝ dicendum ꝙ mutatio aliq̃ põt dici infinita dupliciter. Uno mõ ƀm speciem. q: scilicet nõ fit infra prefixos ⁊ determinatos terminos. nam motus capit speciem a terminis. Sed alio mõ põt dici infinita ƀm tẽpus et hoc dupliciter. Uno mõ ꝙ sit vna et eadẽ mutatio in numero et ƀm rõnem sit infinite durationis. Alio modo. quia mutatio sit infinita per continuam successionem plurium mutationum distinctarũ aut ƀm speciem aut ƀm numerum. Ulterius est sciendum ꝙ mutationes sunt i duplici differentia. quedam sunt ad formã vt que sunt ad substantiaꝫ quantitatem et qualitatem. Alie sunt mutationes ad vbi. et sic differunt. quia omnis mutatio ad formã est inter certos terminos ƀm naturam. ideo est inter contradictoria aut contraria simpliciť. sed in motu locali etiã reperitur in quibusdã maxima distantia ƀm naturam vt in motib⁹ naturalibus grauium et leuium. ideo est ibi contrarietas simpliciter. quia non mouẽtur ƀm vltimum sui posse. sed in motib⁹ voluntarijs et violentis non reperitur maxima distantia simpliciť inter terminos illoruꝫ motuũ. sed solũ ƀm quid. scilicet ƀm ꝙ vult aut non potest mouens mouere ad maioreꝫ distantiam. ideo ad ostendendum finitatem in istis motibus alia ratione vtitur Aristo. quã in alijs.

Tũc sit cõclusio pria. cõtra era

clitū omnis mutatio ad formā finita est ꝫm speciem Probatur quia oīs talis est int̄ contraria vel inter contradictoria. sed contradictio vel contrarietas est inter terminos determinatos et nō inter quoscūqꝫ i differenter seu indifformit̄. ergo oīs mutatio ad formā finita est et ꝫm speciē. Ex eodē medio sequitur ꝙ ē finita ꝫm durationē. qꝛ inter contraria vel contradictoria est maxime distantia. ergo finita est. ergo omne mobile ad formam tempore finito transit de termino a q° ad terminum ad quē.

Conclusio secunda. cōtra eraclitum impossibile est motus naturales esse infinitos ꝫm speciem vel durationem. Probatur vt precedens. quia tales sunt inter cōtraria vel inter contradictoria simpliciter ⁊ secūdū naturā.

Conclusio tertia. īpossibile est quēcunqꝫ motum localem esse infinitum secūdū speciem siue ꝫm durationem. ⁊ hoc loquendo de vno motu in numero. patet quia si aliquis talis motus esset infinitus. nunꝙ̄ mobile haberet mutatū esse. sed quod īpossibile est factū esse impossibile est fieri. quia factum esse est finis ipsius fieri. modo si finis ē impossibilis ea que sūt ad finē sūt impossibilia. ergo vnus motus in numero nō potest esse infinitus.

Conclusio quarta. mutatiōes possunt esse infinite ꝫm tempus per successionē pluriū mutationum siue distinctarum ꝫm speciem vt generationes et corruptiōes perpetue possunt esse infinite. siue ꝫm numerū vt completa vna circulatione celesti sibi subseruit. alia tamen circulatio vna infinita est. nulla etiā generatio aut corruptio est infinita secundum tēpus quare conclusio vera est.

Ad rationes ante oppositum. Ad p̄mā et ad secūdā pꝫ solutio ex dicꝭ. Ad tertiā dicit̄ ꝙ illi nō sūt mot⁹. nisi methaphorice dicti. et hic intelligit̄ de motu ꝓprie dicto qui est phisicus siue sit motus siue mutatio. Et hec de toto sexto phisicoꝝ.

Sequitur liber Septimus.

Omne autē qd̄ mouetur necesse est ab aliquo moueri ⁊c̄.

Circa septimū librū phisicoꝝ querit̄ prio Utrum omne quod mouetur ab aliquo moueat̄. Et arguitur primo ꝙ non. animata mouentur a seipsis. naꝫ ꝑ hoc distinguūtur ab inanimatis ꝫ ⁊c̄.

Secundo sic. graue sursū sup̄ trabē deiectū grauitate sua frāgēs trabē mouet̄ deorsū et nō ab alio. ꝫ a seipo. Ad oppositum arguit̄ per Aristotelē in primo capitulo p̄mi tractatus hui⁹ septimi phisicoꝝ.

Pro responsione sciēdū est primo ꝙ postꝙ̄ philosophus determinauit de motu ꝫm se et cōseqn̄tib⁹ motū ip̄m. et d̄ suis ꝑtib⁹. tā subiectiuis ꝙ̄ integralib⁹. Cōsequēt in hoc septimo tractat de motu in comparatiōe ad mouentia ⁊ mobilia oñdēdo ꝙ n̄ ē ꝓcedere in infinitū i motib⁹ et mouētib⁹ et motis. ꝫ ē dare primū motorē. primū mobile et primū motū. et qꝛ ad determinatiōeꝫ hui⁹ opꝫt scire an aliq̇d a se moueat̄ aut n̄. iō hāc q̄stionē prio t̄minat Aristo. et qꝛ illa q̄ sūt vni⁹ ordinis cōparabilia sūt iō ob h̄ in secundo tractatu hui⁹ libri agit de cōparatione motuum. et deinde oñdit in octauo q̇s et q̄lis sit prim⁹ mot⁹ et prim⁹ motor. et et hec est intentio residui huius opis.

Sciendū est secundo. qd̄ circa hāc q̄stionem contradicere voluit galienus Aristoteli in q̇dā tractatu vbi dicit aīal a se et ꝑ se moueri. qm̄ mouet̄ a calore naturali q̇ ē aliq̇d de substātia aīalis. ꝫ qd̄ ab aliquo sue substantie mouet̄ a se ⁊ ꝑ se mouet. et sic concludebat animal a se ⁊ ꝑ se moueri. ꝫ deceptꝰ fuit Galien⁹ in eq̇uocatōe hui⁹ qd̄ est ꝑ se. Opponit̄ aūt ꝑ se ad ꝑ accidēs ⁊ sic ē idē ꝑ se qd̄ essentialit̄. et isto mō verū ē aīal a se et ꝑ se moueri. opponit̄ etiā ꝑ se ad ꝑ aliō vt idē sit per se quod primo et sic nō mouet̄ aīal a se et ꝑ se sic ꝙ primo.

Sciendum est tertō. qd̄ vt dicit ph̄s i hijs q̄ mouēt̄ ab aliq̇ extriseco sic sūt violēt mota i hijs facile ē videre ꝙ ab alio moueāt̄. ꝫ i hijs q̄ h̄nt in seip̄is pricipiū mouendi intrinsecum difficultas ē. qm̄ in ip̄is difficile est videre partem mouentem et partem motam. et per hoc decipiūt̄ opinādo talia moueri a seipsis per se primo. Et sil'ē ē vt

dicit Aristo. ac si diceremus totuȝ mobile.d.
e.ȝ.cui⁹ vna pars.scȝ.d.e.aliā moueat ad per
se primo moueri cū tamē ita non sit licet ita
opinari cōtingat.q: vt dictū est q̄n̄q; ps mo
uens non percipit̄ distingui a parte mota.sic
em̄ cōtingit decipi in aiatis corporibus que
ab aliquib⁹ creduntur a se primo moueri.q̇a
non percipiūt distinctionē partis mouentis
a parte mota:cū tamen inter illas partes sit
distinctio.ideo non mouet̄ totum animal a se
ip̄o ſ; denominat̄ mouere se ratione vni⁹ par
tis ⁊ moueri a se ratione alterius. ideo non
mouetur a se primo.

Tunc sit cōclusio prima. licȝ ali
quid mouet̄ a se per accidens siue per alterū
tamē nihil mouetur per se a se primo. Pro cu
ius probatōe ponit phus duas suppositio-
nes. Prima est ꝙ si aliquid a seipo primo
moueat̄ nullo modo pausabit.i.quiescet al-
tero quiescente in causando alterum.q̇a qd̓
cōuenit alicui primo non cōuenit sibi per al
terum.ideo per ablationeȝ cuiuscūq; alteri-
us non potest ab eo auferri. Ex hac suppo
sitione sequit̄ alia:que sumitur a destructio-
ne cōsequētis prime suppositiōis ad destru-
ctioneȝ antecedētis.scilicȝ ꝙ si aliquid quie
scit altero quiescēte illud nō mouet̄ a se per
se primo. Tūc arguit̄ sic.nihil qd̓ pausat ad
quietem alterius mouet̄ a se ꝑ se primo.sed
om̄e mobile quiescit altero quiescēte scilicȝ
aliqua parte eius que est altera a toto. ergo
nullū mobile mouet̄ a se per se primo. Mi-
nor probat̄.quia ponat̄ aliqd̓ mobile a e ⁊
per se primo moueri ⁊ sit.a.b.⁊ diuidat̄ per
c.nā om̄e mobile est diuisibile. vel ergo par-
te.b.c quiescente totū.a.b. quiescit: vel non.
Si dicat̄ ꝙ non tūc totum non mouet̄ p̄mo
sed solum gratia partis.ergo.b.c.quiescente
oportet totū.a.b.quiescere.ſ;.b.c. est alteruȝ
a toto.quia est pars altera a toto. ergo totū
a.b.quiescit altero quiescēte.⁊ per cōseq̄ns
non mouet̄ a se primo ⁊ per se. Et similit̄ ar-
guitur de omni mobili.quia om̄e mobile est
diuisibile.⁊ parte quiescēte necesse est totuȝ
quiescere.quia si dicat̄ adhuc totum moue-
ri vna parte quiescēte hoc erit ratiōe vnius
partis.ergo non mouet̄ primo a seipo.

Dubitatur primo an demōstra
tio dicta sit a priori. Respōdet cōmentator
⁊ Auicenna ꝙ non.ſ; solū vt dictū est demō-
stratio a signo.aliq̇d em̄ quiescere ad quietē
sue partis nō est causa ꝙ nō mouet̄ a se pri-
mo ſ; est signū hui⁹. Sȝ videt̄ dicere sanct⁹
Tho.ꝙ sit demōstratio a p̄ori assumēs cau-
sam hui⁹ qd̓ est non moueri a se p̄mo. Ubi
est aduertendū ꝙ aliq̇d mouere se primo est
ip̄m esse per se primo sibi causaȝ motus. Qr
aūt est per se causa alicui⁹ oportet ꝙ illd̓ pri
mo sibi cōueniat q: primū in quolibet gene
re est causa oīm eoꝝ que sunt post. vt ignis
q̇ sibi ⁊ alijs est causa caloris est primo cali
dus. In sexto aūt hui⁹ ōnsuȝ ē ꝙ i motu nō
ē dabile p̄mū mobile.nec ex ꝑte tp̄is.nec ex
parte magnitudinis.nec ex ꝑte mobilis pro
pter eoꝝ diuisibilitatē in infinitum.ideo nō
est dabile primū mobile cui primo cōueni-
at motus. q: mot⁹ totius descendit a motu
partiū que sunt p̄ores toto. Et q: nō est da-
re p̄orē partē mobilis. ideo nō ē dare aliq̇d
cui primo cōueniat motus. Sic ergo osten
dit Aristo.nihil mouere se primo.q: nō ē da
bile primū mobile cui primo cōueniat mot⁹
sicut diceremꝰ ꝙ nullū mobile est primū ens
q: esse totius dependet ex partibus que sūt
priores toto.ideo Aristo.ponit hanc condi-
tionaleȝ ꝙ si pars non moueret̄ totū nō mo
ueret̄.sicut hec cōditionalis esȝ vera si pars
non esset alba nec totum.quare est argumē-
tum a causa ad effectū cum arguitur sic.par
te cuiuslibet mobilis quiescēte totuȝ nō mo
uetur.ergo nullū mobile mouet̄ a seipo pri-
mo. Ob hoc licȝ Plato posuerit animaȝ a
se primo moueri cum se amat aut intelligit.
tamē posuit nullum corporeū a seip̄o posse
primo moueri. Nec cōtradicit Aristo.ponē
do animaȝ a se moueri. quia Plato omnem
operationē anime vt velle ⁊ intelligere vo
cat motū.ſ; in p̄senti capit Aristo.motū pro
prie vt ip̄e est actus entis in potentia. Sȝ
cōtra demonstratōem Aristo.arguit Auicē-
na.dicens ꝙ ꝓcedit ex quodaȝ impossibili.
quia ibi supponit Aristo.ꝙ cuiuslibet mobi
lis aliqua pars quiescere potest qd̓ est im-
possibile de celo. Respondent aliqui ꝙ licȝ
parti alicui⁹ mobilis ſm ꝙ ē determiate spe
ciei ⁊ nature repugnet quiescere.non tamen
repugnat parti alicui⁹ mobilis ſm ꝙ mobi-
le est in cōmuni. quia mobili ſm ꝙ mobile ē
non repugnat quiescere:licȝ ei repugnet ſm
ꝙ est tale mobile. Sed replicat Auicenna.

quia si predicatum alicuius propositiōis re pugnet subiecto ratione forme specifice q̄uis nō ratione generis nihilominus illa est falsa et impossibilis. vt hec est falsa homo ē irrationalis quamuis homini ſm ꝙ est aīal non repugnet esse irrationale. Ideo alit̄ respōdet Auerrois ꝙ aliqua cōditionalis est vera et necessaria cuiꝰ tamē antecedens et consequens sunt impossibilia. vt ista si hō ē asinus homo est irrationalis. modo vt patꝫ in textu demōstratio nō ponit partē cuiuslibet mobilis posse quiescere. sed conditionaliter loquitur dicens equiualenter ꝙ si pars alicuius mobilis quecunqꝫ sit illa quiescat necesse est totū quiescere sic ꝙ totū n̄ mouebitur. nam si vna pars quiescat iam totum non mouebitur.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primam patet solutio ex dictis. Ad secundam dicitur ꝙ illo casu graue mouetur a se ſm accidens inquantum accidit sibi met remouere prohibens sed ꝑ se mouetur a generante vt in octauo patebit. Sequitur textus. Om̄ aūt et ōm̄e ꝙ mouet̄ ⁊c̄.

Queritur secūdo vtrum in mouentibus ⁊ motis sit ꝓcessus in infinitum.

Et arguitur primo ꝙ sic. quia omne mouens phisicum mouetur. quia mouentia nō mota non sunt amplius phisice considerationis. sed omne qđ mouetur ab alio mouet̄. vt ostensum est. ergo in mouentibus et motis phisicis est ꝓcessus in infinitum. Secundo sic generationes ⁊ corruptiōes sūt īfinite. ergo generata et generantia corrupta et corrumpentia erunt infinita ⁊ per ꝯseq̄ns mouentia et mota. Ad oppositū arguit̄ per p̄hum in secundo capitulo primi tractatus huius septimi sic dicentem. quoniam autem omne quod mouetur ab alio mouet̄ vt mouens. ergo ab alio quoniam est et ipsum mouetur. et dico tamen ab altero non autem in infinitum abibit. sed stabit alicubi et sic erit aliquid qđ primo erit cā motus.

Pro responsione sciendū ē primo

ꝙ postq̄ aristo. demonstrauit om̄e mobile ab alio moueri. Consequent̄ ostendit suū principale intentū. videlicet ꝙ in ordīe mobiliū ꝯueniēdū est ad vnū primū ⁊ similiter in ordine motuū. ergo in ordine mouētiū erit vnū primū mouens.

Sciendū est secundo ꝙ aliter

ostendit aristo. esse statum in causis mouentibus hic et in secundo methaphisice. nā hic agit de ip̄is ſm ordinem quem habent ad motum quantum ad principia eius. ideo ex parte motus cōcludit huiusmodi statū ostēdendo ꝙ est vnum primuꝫ mobile. vnus p̄imus motus. et vnus primus motor. sed in secundo methaphisice considerat causas efficientes in ratione efficientium absolute. ⁊ iō statū concludit inquātū sūt efficientes tali medio. quia si nō est dare primū efficiens cū secūdū nō efficiat. nisi in ratione siue virtute primi sequit̄ ꝙ nō efficeret. ⁊ hoc hꝫ veritatē in essentialiter subordinatis in quibꝰ secūdū habet a primo ꝙ sit et ꝙ sit efficiens ergo cessante primo cessat secūdū licet nō ecōuerso. sed in accidētaliter subordinatis istđ non est verū quia secūdū non habet a prio ꝙ sit et sit efficiens. ideo potest causare non causāte primo. iō ſm istud dicit̄ ꝙ in causis accidentaliter subordinatis nō repugnat ꝓcessus in infinitū. ſ aliunde repugnat. quia q̄ sūt accidentalit̄ subordinata in vno ordine essentialiter ordināt̄ in alio. et secūdū hoc repugnat eis abire ī infinitū. ⁊ qđ dicit̄ de efficientibꝰ pōt dici de aliis causis.

Tunc sit conclusio responsalis

ad questionē. In mouētibꝰ et motis nō ē ꝓcessus ī infinitū. ſ dandū ē vnū primū mobile et vnū primū mouēs intelligēdo in essentialiter subordinatis. Pro cuiꝰ ꝓbatione supponit p̄hs ꝙ si aliq̄d mouet̄ ab aliq̄ ꝑ hoc ꝙ ip̄m mouēs mouet̄ tūc motus eorū erūt simul. vt si. a. moueret̄. a. b. per hoc qđ motus. b. mouet̄ illi motus erūt simul. Probatur ergo conclusio. quia si non concedat̄ et det̄ oppositū et ponat̄ ꝙ. a. moueat̄. a. b. ⁊ b. ab ip̄o. c et. c. ab ip̄o. d. et sic in infinituꝫ. đ inde accipiatur motus cuiuslibet sit motꝰ. a b. e. et motus. b. i. et motus. c. d. sunt. ꝫ. c. quia ergo ip̄m. a. finitum est motus eius est finitus. et licet ponantur infinita mobilia qđlibet tn̄ est finitū. et sic motus cuiuslibet est finitꝰ. ergo erūt in tempore finito vt probatum ē in sexto. sit ergo tēpus in quo mouet̄. a. ꝫ. h. tūc arguatur sic ꝑ suppositionem factam. cum motꝰ ip̄ius. a. simul ē motꝰ ip̄ius. b. et sic de aliis omnibus que infinita sūt. ergo cum motꝰ ip̄ius. a. sit in tempore finito qđ est. ꝫ. h. seq̄

tur ꝙ in illo tempore finito ē infinitus motus illoꝝ ifinitoꝝ mobiliū. nec differt an motus eorum sint eque veloces vel non. Sed quia hec deductio cōcludere videt̃ ꝙ mot⁹ infinitus sit in tempore finito. nō tamē propter ea que in ea expresse posita sunt efficaciter concludit. sed solū efficaciter videt̃ ꝯcludere ꝙ in tpe finito erūt infiniti motus infinitoꝝ mobiliū quod nō videt̃ inconueniēs nec reprobatū est in sexto huius. ꝫ solū ꝙ in tpe finito nō pōt esse infinitus vnus motus ideo supaddit aristote. id vnde efficatiā habeant dicta de eo. scꝫ ꝙ omne mouens sil'ē cum moto. quare si sint infinita mouentia et mobilia sic ordinata vt suppositū est possūt adinuicem continuari. ergo ex ipis fiet vna magnitudo infinita. et ex motibus eorum fiet vnus motus infinitus ⁊ continuus q̇ erit ī tpe finito. ⁊ q: hoc ē impossibile seq̈tur ꝙ impossibile est esse ifinita mouentia et mobilia essentialiter subordinata. Sed contra istud supadditū obijcitur. si essent infinita mouentia ⁊ mobilia essentialiter subordinata adhuc specie differrent adinuicē. ergo cōtinuari nō possūt quamuis vnū alteri esset contiguū. Respondet̃ ꝙ licet illis mouentibus et mobilibus rōne suaꝝ formarū specificarū repugnet continuari et facere vnum tamen inquantū mobilia ipsis nō repugnaret. et hic agit̃ de mobili in cōmuni et nō cōtracto ad aliquā speciē. et ibi demonstrat̃ d̕ mouentibus sub ratione cōmuni eorum ⁊ n̄ sub rationibus contractis. quare in ipis nō est procedere in infinitū. ideo ponit aristo. accipere illa infinita mobilia ⁊ mouētia adinuicē posse continuari. quo supposito seq̈t̃ impossibile illatū. Et cū possibili posito in esse nullū sequitur impossibile. tunc illud impossibile illatum nō sequitur ex illo contingenti posito in esse. scꝫ ꝙ illa mouētia ⁊ mobilia continuant̃. et licet sequatur ex illo assūpto. s. ꝙ sint infinita. ergo ipossibile est ꝙ sint infinita mouētia mobilia. et sic pꝫ qualiter ex pte motus cōcludit aristoteles statū esse in mouentibus et motis essentialit̃ subordinatis. Et si in eis est stat⁹ ita et in alijs. nam licet si vnū mouēs accideret et ordinaret̃ accidentalit̃ ad aliud vt vn⁹ ē generās ad aliū. tn̄ q̄ hn̄t accidentalē ordinē inter se habent essentialit̃ ordinem ad aliquod mouens vt quilibet homo generās ad solē. vn̄ vniuersaliter concludi pōt ꝙ in mouētibus et motis nō est processus in infinitum. Sed iterum potest argui contra ilud quod dicit̃ ꝙ in per se ordinatis cessante primo cessat secundū. Nam vt narrat albertus visus est aries qui post decisionē capitis cessante. siue quiescente adhuc modicum ambulabat cum tamen in illo capite sit principiū mot⁹. Recitat etiā de cicada que post decisionem capitis modicū cantauit. Respōdet̃ ꝙ in illis mouētibus qn̄q3 bene imprimit̃ alia virtus per quā moueri possūt q̇escente prio. nū ꝙ tn̄ icipiunt moueri. nisi per virtutem mouentem primi.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā concedit̃ ꝙ omne mouēs phisicū mouet̃. nec inde sequit̃ ꝙ in mouentib⁹ phisicis procedat̃ in infinitum. quia datur vnū primū mouens mobile. quod lꝫ nō moueat̃ a se primo. tamen mouetur a se per alterū ⁊ illud est celū. sed primū mouens simpliciter non mouet̃ a se. nec ab alio nec p se nec p accidens et illud ē consideratiōis phisici in ratione mouētis acceptū. Ad secūdam cōcedit̃ ꝙ generatiōes et corruptiōes sūt infinite nō simul ꝫ per successionē plurīū indiuiduorū accidentaliter et essentialit̃ subordinatorū. iō in ipis bene est infinitū non fm actū ꝫ fm potentiam successionis.

Seq̈t̃ text⁹ Primū q̇dē mouens ⁊c̄.

Querit̃ tertio. vtrū omne mouens simul sit cum eo quod mouet̃.

Et arguitur ꝙ non. quia celum mouet hec inferiora. et tamen non est simul cum ipsis ergo. Secundo sic color mouet visum. et tamē non est simul cum visu ergo ⁊c̄. Tertio sic quidā piscis stupor vocatus stupescit manum piscatoris ꝙuis rethe interponatur et sic nō ē simul. ergo nō omne mouēs est sil' cū moto. Ad oppositū est aristote. sic dicens Primum autem mouens non sicut quod cuius est causa. sed vnde principiū motus sil' est cū eo quod mouet̃.

Pro responsione sciendū ē primo.

ꝙ postꝙ aristote. ostendit esse statū in mouentibus et motis. Hic consequent̃ ostēdit vnum quod in illa probatione supposuerat. scilicet ꝙ omne mouens simul est cum moto. supponendo tamen ꝙ duplex est mo

uens. nam quoddam est methaphoricuz vt est finis. et tale quandoqꝫ distans ab eo qđ mouetur. nec propter hoc impeditur motio eius. et de tali non est ad propositum. Aliud est mouens proprie dictum quod est principium vnde motus. quod est duplex. Nam quoddam est immediatum et de isto intelligitur hic. Aliud est remotum et de isto nō intelligitur. iō dicit textus. Primū aūt mouēs id ē primum non sicut cuius causa. i. non sicut finis sed vt vnde principiū quod est efficiens simul est cum eo quod mouet̄ siue sint q̄daz q̄ sint in eodē loco adequate aut simul ꝫm tempus. sed sic sunt simul quod nihil mediat inter mouens et motum. sed sunt composita.

Sciendū est secundo. ꝙ tantū sunt tres species motus proprie dicti vt habetur in quinto huius. scꝫ motus ad q̄ntitatē motus ad qualitatē et motus ad vbi qui dicitur locimutatio. De generatione aūt et corruptiōe ad presens nō fit mensio quia n̄ sūt ꝓprie motus sed termini motus. s. alterationis. ideo dum probatum fuit ꝙ in alteratione alterans simul est cum alt̄ato sufficiēt̄ probatum erit in generatione et corruptiōe. ꝙ scꝫ generans simul est cum genito et corrūpens cū corrupto. ⁊ q: mot⁹ localis est p̄imus oīm motuū. vt ꝓbat̄ in octauo. iđo aristoteles primo probat propositum suum in motu locali.

Sciendum est tertio ꝙ oīs motus localis aut est a principio intrinseco. ita ꝙ illud quod mouet̄ a seipō mouet̄. lꝫ nō p̄imo. aut a principio extrinseco. ita ꝙ mobile a principio extrinseco mouet̄ et omnes motus locales qui sūt a principio extrinseco tātū sūt q̄ttuor. scꝫ pulsio. tractio. vectio. et vertigo. et oēs alij motus locales ad istos reducūt̄. Pulsio aūt sic diffinit̄ ꝙ ē motus a mouēte aut ab aliq̄ q̄ tn̄ vtit̄ mouēs vt seipso ad aliud. vel sic pulsio ē mot⁹ violentus q̄ violentatū a violentāte recedit. Et diuidit̄ per ipulsionē et expulsionē. Impulsio ē qn̄ mouēs ei quod mouet̄ non deficit. sed sp̄ est cū eo simul. Expulsio est qn̄ mouēs deficit ei quod mouet̄. ita ꝙ ipm̄ nō semꝑ cōcomitatur vsqꝫ ad finē motus. Tractio v̄o est motus violentus quo violentatū a trahēte vel intentione trahentis mouetur. et opposito mō se habet ad pulsionē et differt ab ea. quia in pulsione mouēs se habet ad mobile vt terminus a quo motus. sed in tractione se habet vt terminus ad quē.

Sciēdum est quarto. ꝙ duplex ē tractio. quedā fit a trahente quod est sicut finis. ꝫm illud Virgilij in bucolicis. Trahit quēqꝫ sua voluptas. ⁊ sic pōt dici ꝙ locus trahit id quod naturaliter mouet̄ ad ipsuz. Alia est tractio que fit a principio vnde motus qđ pōt esse dupliciter. Vno mō qn̄ tractum a trahente primo alterat̄ vt ad ipm̄ moueatur. et hoc modo magnes dicitur attrahere ferrū. et ꝙ ibi fit alteratio. pꝫ quia nō ex quacūqꝫ distancia trahit vt locus locatuz ⁊ hoc mō generans quod dat formā se trahit genitū. Alio mō fit tractio nō alterādo. ꝫ tamen mouendo localiter vł ad seipsum vt in motib⁹ nō volūtarijs vel alteꝝ vt i volūtarijs. trahēs cū volūtariū pōt vti altero q̄ͣ seipō. Et de prima tractione nō est hic ad ꝓpositū. q: pōt eē trahēs distās a tracto ⁊ p̄t trahere sine eo ꝙ moueat̄. Similiter neqꝫ đ secunda que nō est simplex tractio. sed sequitur alterationez. ideo cum probatum erit de alterante ꝙ est simul sufficienter ꝓbatur de tracto et trahente ꝫm istum modum. Unde tractio sic diffinitur. Tractio est cum ad seipm̄ vel ad alterū velociter fit motus trahētis nō separatus ab eo qđ trahitur. vnde pꝫ q̇d sit pulsio. q̇d tractio. ⁊ oēs alij motus q̄ ad istos reducuntur. sicut respiratio ad expiratio ⁊ generaliter oīs motus qui ē emissiu⁹ vel receptiuus corporis. emissiuus q̇dē ad pulsionē ⁊ receptiuus ad tractionez. Ad illos etiā reducūtur spatesis et carquesis. vn̄ spatesis est motus fact⁹ cū ense pellendo. et carq̄sis est mot⁹ fact⁹ cū instrumēto textorꝝ quod dicitur radius. Similiter congregatō ⁊ disgregatio seu sinesis et diensis ad istos reducūt̄. ⁊ cū oīs motus local' fit ꝯgregatio aut disgregatio seq̇t̄ ꝙ ē pulsio aut tractio. Ad istos etiaz reducitur vertigo qui ē mot⁹ violent⁹ cōposit⁹ ex tractiōe ⁊ pulsiōe vt est mot⁹ rote aut mole. ⁊ etiā vectio q̄ ē mot⁹ violent⁹ q̄ aliq̇d in se quiescēs mouet̄ ad motū alterius. q: oē quod vehit. vehit trahendo. vel expellendo ⁊c̄.

Sciēduz ē quinto ꝙ omnis alteratio fit secundū aliquam passibilem qua

litatem vel aliquā passionem. ⁊ oīs passio
fit ſm aliquā passibileꝫ qualitatē ſm quas
passibiles qualitates adinuicē distinguūtur
corpora sensibilia. ⁊ inter se agūt ⁊ patiunt.
Unde iste passiōes possunt dupľr cōsidera-
ri. Uno modo ſm esse reale qđ habēt in na
tura ⁊ materia. ⁊ isto modo ſm istas fit alte
ratio naturalis ⁊ phisica. ⁊ per istas patiun
tur tam animate ꝙ inanimata licꝫ hoc ma-
gis lateat in corpibus inaīatis. vt cū fit alte
ratio ſm partes insensibiles. Alio modo cō
siderant iste qualitates ſm esse intentionale
quo diffundunt per mediū ⁊ sunt forme sim
plices. et sic solum ab ipis patiunt animata
corpora ſm potentias sensitiuas. ideo dicit
phus ꝙ non ſm hec oia patiunt inaīata.

Tunc sit cōclusio prima. omne

mouens primū ⁊ imediatū simul est cum eo
qđ mouet. Probat phus inductiue primo i
motu locali. qa omnis talis vel est a princi-
pio intrinseco. ⁊ sic manifestū est ꝙ oīe mo
uens simul est cū eo qđ mouet. vel est a prin-
cipio extrinseco: ⁊ tūc vel est pulsio vel tra-
ctio. Si primū hoc est dupliciter. vel est im-
pulsio ⁊ sic est manifestū per diffinitionē ei9
ꝙ mouens simul est cum moto. vel est expul
sio ⁊ tunc licet mouens primū non simul sit
cum eo qđ mouetur. tamē mouens proximū
scꝫ virtus ipius mouentis semꝑ est cum eo
qđ expellitur ꝙ diu expellitur. Et vt dicit te-
xtus quādo virtus expellentis deficit ⁊ vir
tus expulsi vel piecti fortior est: tunc moue
tur ſm propriā naturā. ꝫ prius veloci9 mo-
uebatur ꝙ ſm naturam ppriam. si motus il
le sit tractio ꝑ diffinitionē patuit ꝙ mouens
est simul cum eo qđ mouet. Secundo ma-
nifestuꝫ est de alteratiōe. quia omnis altera
tio est realis et phisica vel intētionalis. et in
omni tali alterans proximū semper est simul
cuꝫ alterato. Tertio similľr manifestū est de
augmēto ⁊ decremento. quia augmentū fit
per appositōem alicui9 quāti qđ in substan-
tiam augmētati cōuertitur. et sic augens si-
mul est cum eo qđ augetur. Sed decremen-
tum fit cum aliquid auferet ab aliquo. modo
qđ aufertur ab aliquo simul est cū eo a quo
aufertur. ergo in decremēto motus simul est
cū eo qđ mouet. ⁊ sic pꝫ rn̄sio ad q̄situꝫ.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primaꝫ dicit ꝙ licꝫ celuꝫ nō simul sit cū
istis inferioribus tamē virtus eius que est
mouens primuꝫ simul est. Ad secundam
dicit ꝙ licꝫ color in esse reali nō simul sit cū
visu: tamē species eius intētionalis que est
mouens primuꝫ simul est cū visu. Ad ter
tiam dicit ꝙ stupor nō simul est cū manu pi
scatoris ſm locum tamē virtus eius simul
est: Et sic arguit ꝙ rethe magis stupescit.
quia oīe agens fortius agit in proximuꝫ ꝙ
in distans. Dicit ꝙ rethe talem motū nō po
test suscipere. ⁊ auctoritas intelligit quādo
proximuꝫ est susceptiuum talis operatiōis
sicut distans. Propter hoc etiam sol non ca
lefacit corpa celestia aduenientē suo lumie si-
cut corpora inferiora. qa corpa celestia non
sunt receptiua talis impssionis. Sequit
textus. At vo ⁊ neq alterari ⁊c.

Queritur quarto vtrū ad solaꝫ

tertiam speꝫ qualitatis sit ꝑ se alteratio.
Et arguit ꝙ non. nam habitus ⁊ dispositio
nes forme ⁊ figure de nouo acquirūtur i ali
quo subiecto ⁊ etiam remouent. ꝫ hoc nō fit
nisi per mutationē. oīs autem mutatio ad
qualitatē dicit alteratio. ergo. Secundo
sic. durū ⁊ molle sunt de secūda specie qua-
litatis. ꝫ aliquid transmutat de vno in alte-
rum. ergo ſm naturales potētias vel impo-
tentias est alteratio. Tertio sic. ira timor
⁊ cetere passiōes anime sunt de tertia specie
qualitatis ⁊ tamē ſm eas non est alteratio.
ergo non ſm oīes qualitates tertie speciei
qualitatis est per se alteratio. Minorē pro-
bant nomiales. nam ira ⁊ timor respectū im
portant. homo eīm iratus dicit ⁊ non lapis.
qđ non esset nisi ira haberet respectū ad ho-
minē. ꝫ in adaliquid non est per se mot9. er-
go neq in istis qualitatibus. Ad opposi-
tum arguit per phm dicentē. quoniā autē
que alterant a sensibilibus alterant ⁊ soluꝫ
horum est alteratio.

Pro rn̄sione sciendū est primo

ꝙ postq̄ Aristo. ostendit ꝙ mouēs proximū
simul est cū moto ⁊ oīe alterans cum alte-
rato. Consequēter in hoc capitulo ostendit
vnum qđ in illa probatiōe supponit. scilicet
ꝙ soluꝫ ad qualitates tertie speciei ⁊ nō ad
alias est per se alteratio.

Sciendum est secundo ꝙ istarū

qualitatū quattuor sunt principales ⁊ pinci-

inter quas primo et principaliter est alteratio ⁊ etiam cõtrarietas. scȝ calidum. frigidum. humidū. ⁊ siccū. Et iste sunt cause aliaruȝ et dicūtur prime. alie vero secūde. Et si obijciatur de sono qui solum videtur causari a sonante siue ꝑcutiente ⁊ ꝑcusso. Dicitur ꝙ si sonꝰ consideret ꝑ cõparationē ad mediū in quo causatur ⁊ ſm cuius ꝓportionem fit ꝯtrarietas ⁊ diuersitas in sonis. tūc pȝ clare ꝙ ab istis qualitatibus causatur: puta ſm diuersaȝ proportioneȝ humidi cū sicco aut calido fit diuersitas in sonis.

Sciënduȝ est tertio ꝙ hic aristoteles non facit mentionē de naturalibus potentijs vel impotētijs. q: naturales potētie vel impotētie sunt principia agendi vel patiendi. Et cū res agāt per suas formas substātiales ⁊ patiantur per suas materias. ⁊ naturalis potētia oritur ex victoria forme supra materiā. naturalis vero impotētia ex victoria materie supra formā. ⁊ imediate fundantur in principijs naturalibus ⁊ substātialibus rei: non posset fieri ꝑmutatio ſm naturales potentias vel impotētias q̇n fieret in substātialibus rei. Et quia non fit in substantialibus. ideo nec in illis qualitatibus. Unde dicimꝰ ꝙ ille qualitates per generatõem insunt ab instanti natiuitatis.

Sciendum est quarto ꝙ duplex est terminꝰ generationis. Quidaȝ est primꝰ ⁊ principalis ad queȝ primo terminatur generatio. s. forma substātialis que per generationem acquirit̄. Alius est secūdariꝰ sequēs primū terminū. ⁊ sic naturales potentie vel impotentie per generationē acquirunt̄. s. ex cõsequēti ⁊ nõ primo. Et sicut dictū est de naturalibus potentijs: ita dicendum est de forma ⁊ figura. nam ille cõsequūtur formā substantialem. ideo non posset in eis fieri mutatio q̇n fieret in substātialibus rei. et ideo inter cetera accidentia forma ⁊ figura que consequūtur formā substantialē maxime inducūt nos in cognitionē formarū specificarū ⁊ inde est ꝙ in quibusdā aīalibus ⁊ plantis vbi non cognoscimus formā specificam iudicamus de diuersitate specieruȝ ꝑ diuersitatem formarū ⁊ figurarū ⁊ etiā potius ꝙ̄ ꝑ diuersitatē coloꝝ ⁊ alioꝝ accidentiū.

Istis notatis sit ꝯclusio prima.

Ad qualitates secūde speciei non est ꝑ se alteratio. Patȝ. q: alteratio est q̄n subiecto manente eodē in subalibꝰ fit mutatio in aliquibꝰ q̄litatibꝰ. ſ ſm q̄litates secūde speciei q̄ sunt naturalis potētia vel impotētia nõ potest fieri q̇n fit in subalibus rei. g̊ in ipis non est ꝑ se alteratio. Item q̄litates q̄ ab instāti natiuitatis insunt ꝑ generatiõem non pn̄t acquiri per alteratõem subiecti. ſ naturales potentie vel impotentie sunt hmõi ergo ⁊c̄.
Item inter istas qualitates nõ est cõtrarietas. ergo nec alteratio.

Conclusio secunda. ad qualitates de secūda specie qualitatis nõ est ꝑ se alteratio. Probatur vt p̄cedens. ⁊ etiam probatur duabus ratõibus ꝑbi. Prima est. qualitates ad quas est ꝑ se alteratio sunt q̄ per alteratõeȝ in subiecto acq̄runt̄ ⁊ in recto de subiecto p̄dicāt̄ ⁊ ecõuerso. sicut dicimꝰ. homo est albus ⁊ albū est hõ. ſ forme ⁊ figure in recto nõ p̄dicant̄ de subiecto. vt non dicimꝰ ꝙ es sit figura vel ecõtra. ſ solū p̄dicat̄ denoiatiue. vt es est figuratū. vas est lineatū. ⁊ ecõtra. g̊ ſm ipas nõ est ꝑ se alteratio. Secunda ratio. ridiculū est dicere aliq̇d alterari q̄n ꝑficit̄. ſ q̄n acquirit formā vel figurā ꝑficitur. g̊ ſm formas ⁊ figuras non ē ꝑ se alteratio.
Et hec cõclusio manifesta est in figuris q̄ ꝑ se ⁊ imediate insequūtur formā rei. nõ tamen est manifesta in figuris accidētalibꝰ que mutari possunt sine hoc ꝙ res mutet̄ subaliter. sicut est in figura q̄ ꝑ rarefactõem ⁊ ꝯdēsatõem acq̇rit̄. ideo in talibus ꝓbat̄ ꝯclusio. q: tales figure simpliciter ⁊ nõ ꝑ se acq̇runt̄ per alteratõem ſ solū ex ꝯn̄ti. ⁊ sunt termini mutationū q̄ fiūt ſm alias q̄litates vel insequūtur motū localē. Et ꝙ nõ sit alteratio ad habitꝰ ⁊ dispõnes videbit̄ in sequēti q̄stione.

Cõclusio tertia ⁊ respõsalis ad quesitū. ad solā tertiā spēm q̄litatis est per se alteratio. Probat̄. q: qualitates d̄ tertia specie q̄litatis sunt vere ꝯtrarie ⁊ ꝑ se intensibiles ⁊ remissibiles ⁊ extrinsecus subiecto adueniētes. ergo ad ipas est ꝑ se motus. ⁊ cuȝ omnis motus ad q̄litatē sit alteratio: sequitur ꝙ ad ipas est per se alteratio ⁊ solum ad ipas. q: nõ fit in alijs. vt dictū est.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā dicit̄ ꝙ habitus ⁊ dispositio acq̇-

runtur ⁊ perdūtur non sine mutatōe. ſ; dicit꜄ ꝙ illa mutatio nō ꝑ se terminat꜄ ad hmōi habitus ⁊ dispositōes. Sed primo termiat꜄ ad aliquas q̄litates ad q̄s est per se alteratio: q̄ sunt quodāmodo cause aliarū. ideo mutatione facta in ipis sequitur mutatio ex ꝯn̄ti in alijs facta. ¶ Ad secundā dicit꜄ ꝙ si durū et molle cōsiderant꜄ ſm ꝙ causant꜄ a siccitate ⁊ hūiditate extrinsecis nō sunt naturales potentie. ſ; si cōsiderent꜄ inq̄tū ab humiditate ⁊ siccitate intrinseca causant꜄ sunt naturales potentie. ⁊ de ipis dicit꜄ vt de habitib꜄ ꝙ nō primo ꝑ alteratōem acquirunt꜄: ſ; solū ex cōsequēti. sicut sanitas ⁊ egritudo ꝯsequūtur mutatōem qualitatū primarū siue humorū ex quoꝝ ꝓportōe vł improportōe causātur. ¶ Ad tertiam dicit꜄ ꝙ ſm sententiā cōmentatoris sup illud dictū Aristo. ꝙ in sensibilib꜄ qualitatib꜄ ⁊ in sensibili parte aīe solū est per se alteratio. per sensibilia intelligunt꜄ qualitates sensibiles q̄ sunt obiecta sensuū. ⁊ ꝑ sensibilem partē intelligunt꜄ passiōes q̄ sunt in parte sensibili anime. s. in appetitu irascibili ⁊ cōcupiscibili. ⁊ eodē modo exponit sanct꜄ Thomas. Ideo dicendū ꝙ non ſm qualitates que sunt obiecta sensuū exterioꝝ est alteratio ſ; etiam ſm passiōes appetitus irascibilis ⁊ cōcupiscibilis siue ſm obiecta ipaꝝ. Et cū dicebat꜄ sūt ad aliq̄d: negat꜄. Et ad ꝓbationē dicit꜄ ꝙ homo dicit꜄ iratus ⁊ non lapis ſ; hoc nō est ꝙ ira importet respectū ad hominem ſ; quia lapis non est susceptiuus ire aut gaudij. Sequitur textus. Neq; in habitibus ⁊c̄.

Queritur quinto vtrū ad habitus

⁊ dispositōes sit per se alteratio. Et arguit꜄ primo ꝙ sic. sanitas est habitus corporis ⁊ tn̄ ad sanitatē ē ꝑ se alteratio. ergo ⁊c̄.

Secūdo sic. virtutes morales sunt in parte sensitiua anime in qua est ꝑ se alteratio. ergo ad hmōi virtutes est ꝑ se alteratio. Tertio sic. cū aliquis ꝓcedit de ignorātia ad scientiam mutat꜄. ⁊ nō alia mutatōe q̄ alteratione. ergo ⁊c̄. Ad oppositum arguitur per phm in textu.

Pro respōsiōe sciendum est primo

ꝙ duplices sunt habitus. Nam quidam sunt corporis. vt sanitas. pulchritudo. macies. ⁊ hmōi. Alij sunt anime. ⁊ isti sunt duplices. Nam quidā sunt mobiles. ⁊ isti sunt in parte appetitiua. vt fortitudo. temperantia. ⁊ cetera hmōi. Alij sunt itellectuales vt que sunt in intellectu. vt sciētia. ⁊ de his omnibus siue sint boni siue mali intelligit꜄ presens questio.

Sciendum est secundo ꝙ omis

habitus est virtus vel malicia. omis autem virtus ⁊ malicia sunt ad aliquid. est eniꝫ alicui꜄ vł aliquoꝝ ad aliquid. Declarat phus de habitib꜄ corporis. vt sanitas est calidorum vel frigidorū ⁊ eorū que sunt circa corpus siue infra cōmensuratio. ⁊ est ad aliq̄d scꝫ ad cōtinens hoc est ad totum corp꜄ animalis. Naꝫ cōmensuratio humoꝝ que in homine sanitas: in leone nō est sanitas. ⁊ silr̄ turpitudo ⁊ macies corꝑis alicui꜄ est ad aliquid. ⁊ ita de om̄ibus alijs habitibus. Naꝫ ⁊ om̄is virtus est dispositio perfecti ad optimū hoc est ad fineꝫ rei que est eius oꝑatio. Si ergo in ad aliquid nō est per se mot꜄ tūc sequitur ꝙ nec etiam ad habitus ⁊ dispositiones nō erit per se motus. Verūtamē ꝑ accidens ⁊ ex ꝯn̄ti acquirūtur aut remouent꜄ ꝑ motū. sicut relatio etiaꝫ ex ꝯn̄ti in aliquo acquiritur aliquo fundamēto in eo acquisito. ſ; nunq̄ aliquis motus terminat꜄ per se ad aliquam formā relationis: ſ; ad aliquem terminuꝫ ad quem sequitur relatio. vt per alterationē que terminat꜄ ad caliditatem vel frigiditateꝫ qua reducūtur qualitates ad temperamentū bene in aliquo: ex consequēti acquiritur sanitas.

Tunc sit cōclusio prima. ad habitus

corporis non est per se alteratio: licet bene ex cōsequēti. Probat phus. quia tales habitus sunt ad aliquid. in ad aliquid auteꝫ non est per se motus. ergo ⁊c̄. Non tamē debet intelligi ꝙ tales habitus q̄tuꝫ ad id qđ sunt sint ad aliquid. quia tunc essent de genere relationis. ſ; dicunt꜄ ad aliquid dici: eo scilicet ꝙ eorum rationes a relatiōe dependēt.

Secunda pars conclusionis patet in vltimo notabili.

Conclusio secūda. ad virtutes

morales nō est ꝑ se alteratio sequūtur tamē ad alteratiōem que est in parte sensitiua ſm passiones eius. Et probat phus. q̄a ille virtutes sunt quedaꝫ perfectōes. cum om̄is vir

tus ſit ꝑfectio quedá. modo vnūquodq̧ per
fectum dicit᷑ cum attingit virtutem per quá
poteſt in ſuū opus. Perfectū enī ſcḋm naturá
dicit᷑ qḋ habet ꝓprie forme ſpecifice virtutē
per quá poſſit in opus ſue nature. vt ꝑfectuꝫ
vnūquodq̧ dicit᷑ cum poteſt facere alterū ta
le quale ipm̄ eſt. Et ſimilr̄ perfectus dicitur
aliq̄s moraliter cum attingit virtutem mora
lem per quá ꝓmpte moraliter operat᷑. Sic er
go om̄is virtus eſt quedaꝫ perfectio ⁊ mali-
cia corruptio. modo incōueniēs eſt dicere ꝙ
aliquis alteret᷑ dum perficit᷑. Secundam
partē probat phus dupliciter. Primo ꝑ di-
ctum ſtoycoꝝ qui noīabát virtutes impaſſi
bilitates. quia tollūt omnē motū paſſionis.
Et dicebát malicias eſſe paſſibilitates. quia
ſunt abilitates ad cōſequēduꝫ omnē motuꝫ
paſſionū Ariſtoteles vo dicit virtutes cōſi-
ſtere in quadá tēꝑata moderatiōe paſſio-
num. ideo ponit virtutes morales eſſe medi
um duarū paſſionū. Cum ergo ſcḋm paſſiōes
que ſunt in parte ſenſitiua ſit ꝑ ſe alteratio.
⁊ ad remotionē hm̄ōi paſſionū acquiruntur
virtutes ſequit᷑ ꝙ ad alteratōem partis ſen
ſitiue ſequūtur hm̄ōi virtutes. Secūda ra-
tio. om̄is virtus moralis circa delectatōem
⁊ triſticiam conſiſtit. vt iuſtus gaudet de iu-
ſtis oꝑatiōibus ⁊ triſtat᷑ de iniuſtis. ⁊ ita eſt
de oppoſita malicia virtuti. Sꝫ delectatio ⁊
triſticia nō eſt ſine motu facto in parte ſenſi-
tiua. ſicut dum aliq̄s actu apphēdit aliqḋ
delectabile aut triſtabile aut reminiſcit᷑ alicu
ius vel de aliquo ſperat. ḡ oīs virt⁹ moralis
⁊ etiá malicia cōſequit᷑ ad aliquem motū fa-
ctum in parte ſenſitiua.

Concluſio tertia. ad habit⁹ in-
tellectuales nō eſt per ſe alteratio.

Poſſet ꝓ
bari cōcluſio ſicut p̄cedens: ſꝫ aliter probat᷑.
nam ſciens maxime dicit᷑ ad aliquid: ⁊ etiam
ſcientia ad aliquid dicit᷑. ſꝫ ad aliquid nō eſt
per ſe motus. ergo neq̧ ꝑ ſe alteratio ad ha
bitus intellectuales licꝫ aliqui coꝝ ꝯſequá
tur aliquem motū factū in parte ſenſitiua et
non intellectiua. Iteꝫ illud non aduenit ali-
cui per motū qḋ in eo acquirit᷑ per reſiden-
tiam ⁊ quietatiōem omniuꝫ paſſionū corpo
ris. ſꝫ ſic eſt de ſcientia ⁊ alijs habitibus in-
tellectualibus. q̄ ſedendo ⁊ quieſcēdo effi-
citur anima prudēs et ſapiens. ergo ad ha-
bitus itellectuales nō eſt ꝑ ſe alteratio. Mi-
norem ꝓbat text⁹. nam infirm⁹ ebri⁹ aut dor-
miens habens ſcientiá in habitu per motuꝫ
cerebri vel ꝑturbatōem organoꝝ ſenſuū. ⁊ ꝑ
ꝯn̄s inordinatōem fantaſmatū impedit᷑ ab
vſu ſciētie ſue. ⁊ poſtea ſedatis illis paſſiōi-
bus ⁊ ſolutis ſenſibus vtit᷑ ſciētia. ⁊ pōt ac-
quirere ſcientiá de nouo. ergo ſcientia de no-
uo acq̇rit᷑ ꝑ quietatōem paſſionū ⁊ motuuꝫ
corꝑaliū nulla facta mutatōe in parte intel
lectiua. Item declarat phus de puero in ac
ceptōe ſciētie. nam ꝓpter humidū abūdans
⁊ calidū faciens fluere ipm̄ humidū. q̄ pu-
er etiam eſt de facili inſectator paſſionū. idō
impedit᷑ ne fantaſmata rerū ſenſibiliū poſſit
ordinate reciꝑe mediātibus quibus fantaſ-
matibus in intellectu retinent᷑ ſpecies intel-
ligibiles. ſꝫ ſedatis hm̄ōi paſſionib⁹ ⁊ fluxi-
bus humoꝝ vl̄ ꝑ naturá vel ꝑ voluntatē or-
dinate agit ſiue accipit fantaſmata ⁊ acqui
rit ſcientiá. nec ꝓpter hoc eſt mutatio facta
in intellectu. ſꝫ ſoluꝫ eſt in parte ſenſitiua. er-
go ſciētia acquirit᷑ in intellectu ſine motu fa
cto in ipō ſꝫ per ſedatōem ꝑturbationū que
ſunt in parte ſenſitiua. Sꝫ ꝯ Ariſto. argui-
tur. quia videt᷑ fauere poſitōni Platonis. po
nentis ſcientiá nō de nouo acquiri in aīa no
ſtra ſꝫ a principio haberi per participatōem
ydearū ſeꝑatarū. ⁊ cum aīa noſtra recipit᷑ in
corꝑe obliuiſcit᷑ eoꝝ que p̄ſciuit. ſꝫ ſedat̄ mo
tibus ⁊ ſedatis paſſiōibus ꝑtis ſenſitiue ani
ma reminiſcit᷑ eoꝝ que p̄ſciuit. Poſſet dici ꝙ
Ariſto. nondū reprobauit hanc opinioneꝫ.
ideo more ſuo poteſt vti ipa. Sꝫ tn̄ ad ve
ritatē rei eſt intelligendū ꝙ receptiuū ad re
ceptibile poteſt ſe habere tripl'r. Uno mō in
vltima diſpōne ad receptibile ſine impedi-
mento nec in ſe nec in alio. ⁊ tūc tale recepti
uum reducit᷑ in actū per p̄n̄tiaꝫ ꝓprij actiui
ſicut aer lucidus efficit᷑ per p̄n̄tiaꝫ corꝑis lu
minoſi. Alio modo ſe p̄t habere ſicut qḋ eſt
indiſpoſitū per aliquá diſpōem cōtrariam re
ceptibili. et tunc anteq̄ ipm̄ recipiat neceſſe
eſt ipm̄ per alterationem diſponi. ſicut eſt de
materia exiſtēte ſub forma aeris anteq̄ poſ-
ſet reciꝑe formaꝫ ignis. Tertio modo ſe po-
teſt habere receptiuuꝫ in vltima diſpōne ad
formaꝫ ita ꝙ in eo non eſt impedimentū: eſt
tamen impedimentū in altero quo mediante
oportet ipm̄ recipere formá ⁊ receptibile ve
nire ad ipm̄. ⁊ illo impedimēto remoto effici
tur receptiuū in actu per p̄n̄tiam eius qḋ re-
cipi debet ſine mutatōe facta in ipō. ſꝫ ſoluꝫ

fit mutatio in illo in q̃ erat impedimẽtũ. sicut domus illuminat̃ per apertionẽ fenestre sine facta mutatione in medio illuminato. ꝫ solũ in eo i quo erat impedimẽtũ. Et hoc tertio mõ se habet intellectus nr̃ ad sciam. ẽ cũ in vltima dispositione quãtũ est de se ad receptionẽ forme intelligibilis et ad acquisitiõez scientie. ꝫ q̃nꝙ impedit̃ propt̃ indispositionẽ partis sensitiue in qua opt̃et motum fieri vt disponat̃. sed ipsa disposita ꝛ fantasmatibus in ea receptis per virtutẽ intellectus agentis statim sine alteratione relucet species illoꝝ fantasmatũ in intellectu ꝛ efficit̃ intellectus sciẽs. et sic non fauet positiõi Platonis. vnde patet ꝙ nõ fit alteratio nisi ad qualitates de tertia specie

Tũc respondetur ad rationes

añ oppositũ. Ad primã dr̃ ꝙ sanatio dupliciter cõsiderat̃. Uno mõ sm rõnẽ ꝓpriam eius et sic no ẽ motus ꝫ terminus motus. Alio mõ sm esse. et sic est motus qui ex consequenti ad sanitatẽ terminatur et nõ per se. Ad secundã dicitur ꝙ virtutes ex cõsequẽti acquiruntur et remouentur per motũ qui ꝑ se terminat̃ ad passiones circa quas est virtus moralis. Ad tertiã dr̃ ꝙ ibi nõ ẽ proprie motus dictus. ꝫ tantũ mutatio spũalis non successiua nec mẽsurata tp̃e. sed est d̃ genere quantitatis. nam intellectus nr̃ ẽ inmaterialis et incorporeus. ideo moueri nõ põt motu ꝓprie dicto. et in hoc finitur primꝰ tractatus huius septimi. Sequitur textus. Dubitatur autem aliquis ꝛc̃.

Queritur sexto. vtrũ oĩs motꝰ

omni motui sit comparabilis sm velocitatẽ et tarditatem. Arguitur ꝙ sic. omnis motus est in tempore. sed in quolibet tempore contingit aliquid velocius et tardius moueri. ergo omnis motus est omni motui cõꝑabil'. Ad oppositũ arguit̃ ꝑ phꝫ i textu.

Pro rñsione sciendum est pri

mo. ꝙ postꝙ aristote. ꝓbauit ꝙ in mouẽtibꝰ et motis ẽ statꝰ. Conseq̃nt̃. q2 illa q̃ sũt vnius ordinis cõꝑabilia sũt agit de cõꝑatione motuũ adinuicẽ.

Sciendũ est secundo ꝙ duplex

est comparatio. quedã ẽ ꝓprie dicta. alia ẽ improprie dicta. vnde ad comparationem proprie dictam requiritur vniuocatio comparabiliũ in natura sm quã fit comparatio. ita ꝙ illa natura in cõparatis per ipsam sit sm eandem rationem et non equiuoce. et illud est primum quod ad comparationez ꝓprie dictã requiritur.

Sciẽdũ est tertio. qd̃ aliq̃ bene

dicuntur vniuoca sm simplicẽ et absolutaz considerationez logici. que tamen non sunt vniuoca sm considerationem concretã phi. Uniuoca enim dicunt̃ quorum ratio ẽ vna ꝛ q2 logicus et phus diuersimode diffiniũt. ideo diuersimode aliqua sunt vniuoca sm logicum et sm phisicum. logicus enim diffinit per intentiones cõmunes et absolutas. ideo ad hoc ꝙ sm ipsum aliqua sint vniuoca sufficit conuenientia ipsius forme abstracte ꝛ absolute cõsiderate. ꝫ phisicus ea q̃ cõsiderat concrete ꝛ sm esse considerat. iõ diffinit per motũ et materiam sensibilem. quapropter ad vniuocationẽ forme sm phisicũ requiritur ꝙ illa forma sit vna sm esse naturale quod habet in materia. et quia ad vniuocationem forme in esse naturale requirit̃ vnitas primo et ꝑ se susceptiui. ideo req̃rit̃ vnũ primũ et ꝑ se susceptiuũ. et tertio req̃rit̃ ꝙ forma sit vna vnitate specifica i diuisibili specie in alias species. Ista phs ꝓbat. nã defectu prime cõditiõis vinũ vox et stilus nõ cõparantur in acutie. q2 in ipis acutũ nõ est eiusdẽ rõnis. ꝛ tamen vltima corda cithare ꝛ penultima sm magis et minus comparatur in acutie. quia acuties in ipsis est eiusdẽ rationis. Secũdum declarat quia equus et canis in magnitudine comparantur. q2 i ipis est vnitas primi et per se susceptiui qd̃ est substantia corporea. et tamen vox et aq̃ in magnitudine non comparantur. quia lꝫ magnitudo sit in ipis vniuoce. tamẽ primũ susceptibile in ipis nõ est eiusdẽ rõnis. nam in aqua susceptiuũ magnitudinis ẽ substantia eius. in voce vero sonus est susceptiuum. Tertiũ etiã declarat. quia equus et canis in colore nõ comparantur. ꝙuis color sit eiusdẽ rationis in ipis et nõ dicat̃ equiuoce de ipis et licet sit etiã vnitas ꝑmi et ꝑ se susceptiui qd̃ ẽ suꝑficies. tamẽ cõparantur in albedine. et hoc ideo est. quia albedo ẽ vna vnitate specifica idiuisibil' i alias species. color vero nõ ẽ vna forma ex ꝑte rei. ideo inter colorata vnum non dicitur magis coloratũ alte

ro ſm cōparatōem ꝓprie dictam. Et ſic ptꝫ ꝙ ad cōparatōem tria reqrunt̄. Primo vniuocatio forme in q̄ ē ꝯparatio. Secūdo vnitas primi ⁊ per ſe ſuſceptiui. Tertio vnitas ipſius forme ſm ſpeciem ſpecialiſſimā. Ex iſtis cōditionibus ⁊ maxime ex tertia ſeq̄tur ꝙ genus nō eſt ſimplr̄ aliq̄d vnum. ſpecies vero eſt aliquid vnū ſimpliciter. Nam vt dictum eſt illa que ſunt vni⁹ generis non poſſunt adinuicē cōparari. ⁊ tamē dictum eſt ꝙ ad cōparationē proprie dictam requirit̄ vnitas nature ſpecifice. Si ergo ſm genus nō poſſit fieri ꝯparatio ſequit̄ ꝙ gen⁹ ſm ſe nō eſt aliq̄ vna natura. cui⁹ ratio eſt. q: ſpēs ſumitur a forma vltima que eſt vna in rerū natura. genus vero ſumitur ab aliqua natura q̄ non eſt vna in rerū natura: ſꝫ ſolum ſm rationem. Non em̄ eſt alia forma a qua homo eſt homo ⁊ a qua ē animal. ⁊ ſimiliter de equo. ſꝫ ab eadem forma habet homo realiter ꝙ ſit homo ⁊ ꝙ ſit animal. ⁊ ſimiliter equus. Cū ergo nō ſit vna forma generis puta vna anima que cōſtituat hominez ⁊ equū preter illam que cōſtituit hominē ⁊ equū ⁊ aſinuz: ſequitur ꝙ genus non eſt aliquid vnum ſm naturā. ſꝫ ſi eſſet vna natura generis qua homo eſſet animal ⁊ etiaz equus alia a formis ſpecificis: tūc ſm genus fieret cōparatio ſicut ſm ſpeciem ſpecialiſſimā. Unde licet genus nō dicat vnam formā ſm rem: tamē illa forma vnitatē habet ſm cōmunem rationē acceptam per ablationē ſiue abſtractōem a formis ſpecificis. ideo diuerſe ſpecies in rerum natura exiſtentes vnius generis recipiunt p̄dicationē. ideo genus eſt vnū ſm vnitatē logicalē ⁊ non ſm vnitatem phiſicalē. ideo dicit phūs ꝙ in genere latēt multa qđ ſolet cōmuniter dici ꝙ in genere latent equiuocationes.

Sciendum eſt quarto ꝙ quedā ſunt equiuocatões maxime diſtātes. ſcilicet quādo eſt ſolum cōuenientia ſm nomen. vt in cane latrabili ⁊ ſydere celeſti. Alie ſunt q̄ ſunt ſm quādam ſimilitudinez. ſicut homo dicit̄ equiuoce de homine viuo ⁊ de homine picto. Alie ſunt equiuocatões ꝓxime. ⁊ hoc poteſt eſſe etiaz aut ꝓpter cōuenientiā in genere logico. vt ſi corpus dicat̄ de celo ⁊ de corpore corruptibili. quia cōueniūt in genere logico. ⁊ ꝓpter iſtā cōuenientiā multa videntur vniuoca que tamē ſunt equoca. etiā quedā vident̄ cōparabilia que tamē nō pn̄t adinuicez cōparari aut pōt eſſe. quia ꝓxima ſunt ꝓpter aliquā ꝓportōez. vt ille qui p̄eſt in ſcholis dr̄ magiſter. ⁊ etiā ille q̄ p̄eſt ī domo. vbi eſt equocatio ꝓpinqua ſm ſimilitudinem. quia quilibet eſt rector: vnus tamen ſcholariū ⁊ alter domus. ⁊ eſt equocatio ſm analogiam.

Sciendum eſt q̄nto ꝙ vt ad ꝓpoſitū ſufficit triplex eſt analogia. Quedaz eſt ſm intentionē tm̄. ſicut ſanū ſm intentionem in multis eſt ⁊ ſolum habet ſubiectiue eſſe in vno. ſ. in animali. Alia ē ſm eſſe ⁊ nō ſm intentionē. ſicut in genere logico. intentio em̄ ſeu ratio eſt eadē ⁊ eſſe eſt aliud ⁊ aliud. Alia eſt ſm intētionē ⁊ ſm eſſe. ſicut intentio entis ⁊ etiam eſſe a quo ſumit̄ reſpectu ſub̄e ⁊ accidētis. q: nec eſſe nec ratio entis eodēmodo cōuenit ſub̄e ⁊ accidēti. ⁊ ſic patet ꝙ multiplex eſt analogia vel equocatio. Patet etiez quid impedit cōparatōem ⁊ quid nō. ⁊ ꝙ vna equocatio pōt magis impedire ꝙ̄ alia. quia maior conuenientia minus impedit cōꝑatōem. ſꝫ tn̄ quādo fit cōparatio in analogia fit ſolū per magis ⁊ min⁹ ⁊ quādo eſt cōuenientia in genere logico cōparatio fit per equale.

Tunc ſit concluſio prima. non om̄is motus om̄i motui eſt cōparabilis. patet. q: quidā ſunt motus genere differētes. vt alteratio. loci mutatio. ergo adinuicē cōparari nō poſſunt. cōſequētia tenet ꝑ ꝯditiōes prius poſitas. Itē ſi alteratio ⁊ locimutatio in equalitate cōpararent̄ cum equale ſit qđ in eodē tp̄e eq̄le ſpaciū ꝑtranſit ſequeretur ꝙ paſſio eſſet eq̄lis magnitudini. Itē velocitas non ſm eandē rationē cōuenit alteratōi ⁊ locimutatiōi. q: locimutatiōi cōuenit ſm renouatōem ſitus. ⁊ alteratōi ſm intentionē ⁊ remiſſionē forme. g° locimutatio ⁊ alteratio in velocitate ꝯꝑari nō pn̄t.

Concluſio ſecūda. non oīs motus localis om̄i motui locali eſt cōparabilis. Patꝫ. nā aliq̄ motus locales ſunt ſpecie differentes. ergo ⁊c̄. Item ſi ſic ſequeretur ꝙ magnitudo recta eſſet equalis magnitudini circulari. cōſequēs eſt falſuꝫ. ergo ⁊c̄. Nec valet ſi dicatur ꝙ ratio bene ꝓbat ꝙ inequa

litate non possunt cõparari: tñ bm magis et minus bene põnt cõparari. Contra hoc replicat pbus. q2 si sic esset sequeret̃ ꝙ in eq̃litate cõpararent̃. Probat̃ ꝯña. quia veloci⁹ est qd̃ in equali tempe maius spaciũ ptrãsit ⁊ in minori equale. Si ergo mot⁹ circularis sit velocior motu recto. vtputa motus q̃ fit supra circulũ sit velocior illo q̃ fit supra lineam rectam: tũc pars circuli erit equalis magnitudini recte que est linea. Patz sic. q2 mobile in aliquo tempe ptrãsit magnitudinẽ rectam. ergo mobile velocius motuz in pte tẽporis partẽ circuli ptrãsit. Et q2 veloci⁹ motum in equali tempe maius spaciũ ptransit ⁊ in minori equale spaciuz. sequit̃ ꝙ illa ps circuli quã ptransit in minori tpe est equalis magnitudini recte. ⁊ etiam si motus fact⁹ supra lineã rectã sit velocior: sequit̃ ꝙ pars linee recte erit equalis circulo. vt ptz ex eadez rõne. Et si querat̃ vtrũ diuersitas instrumentoꝝ: puta si moueat̃ cũ pedibus ⁊ aliud cũ alio impediat cõparationẽ. supposito tamen ꝙ illi motus sunt supra eãdẽ magnitudinẽ ⁊ eundẽ terminũ. Rñdet Aristo. ꝙ nõ. quia instrumẽta se tenent ex pte mobilis: ex parte cui⁹ non est impedimentũ in cõparatione. q̃a ꝯparatio ẽ ex parte magnitudinis ⁊ etiam ex parte terminoꝝ. Si vltra queratur vtrũ impedimentũ ꝯparatõis inter motum circularẽ ⁊ rectũ sit ex parte tempis. vel ex parte magnitudinis. vel ex parte motus. Dicit̃ ꝙ non est ex parte tpis. q2 tẽpus q̃tũ est de se est vnũ ⁊ idem bm subam. Sed impedimentũ primo est ⁊ causat̃ ex parte magnitudinis. naz si magnitudines sup̃ quas fiunt motus specie differãt: etiam species motus specie differũt. Et hoc est qd̃ dicit text⁹. si id supra qd̃ mouet̃ hz species loci mutatio habet species. Ex dictis ptz ꝙ motus sursuz ⁊ motus deorsum sunt magis cõparabiles q̃ mot⁹ circularis ⁊ mot⁹ rectus. q2 solũ differunt ex parte terminoꝝ. q2 tñ illi termini specie differũt. ideo illi motus non sunt adinuicem ppric compales.

Conclusio tertia. nõ omnis alteratio est oĩ alteratõi ꝯpabilis.

Ptz. q2 multe sunt alteratões specie differẽtes q̃ tñ sunt ad eandẽ formã adinuicẽ cõparabiles.

Cõclusio quarta. nõ omnis generatio est oĩ generatiõi cõparabilis.

⁊ similiter est idem de corruptione. Patet quia non quelibet generatio est ad esse vnius forme specifice. Et similiter dicenduz est de corruptionibus.

Ad rationes ante oppositum:

Ad primã neget̃ cõsequẽtia. ⁊ ratio est. quia temp⁹ non impedit neqꝫ iuuat cõparabilitatem motuũ: vt dictum est. Sequitur text⁹ Quomiã aũt ⁊ mouẽs mouet ⁊c̃.

Queritur septimo vtrũ septem regule de cõparabilitate motuum sint vere.

Quarũ prima est. si aliqua virtus moueat aliqd̃ mobile p aliqd̃ spaciũ ⁊ in aliquo tpe eadẽ virtus vel sibi eq̃lis mouebit medietatem mobilis p duplex spaciũ ⁊ in eq̃li tempe

Secunda si aliqua virtus moueat aliqd̃ mobile per aliqd̃ spaciũ ⁊ in equali tpe eadem virtus vel sibi equalis mouebit medietatem mobilis p equale spaciũ in medio tẽporis. Tertia est. si aliqua virtus moueat aliqd̃ mobile p aliqd̃ spaciũ ⁊ in aliquo tpe: eadem virtus vel sibi equalis mouebit idez mobile p mediũ spacij ⁊ in medio tempore.

Quarta est. si aliqua virt⁹ moueat aliqd̃ mobile per aliqd̃ spaciũ ⁊ in aliquo tpe medium virtutis mouebit mediũ mobilis p eq̃le spaciũ ⁊ ĩ eq̃li tempe. Quinta est. si due virtutes diuisim sumpte moueãt duo mobilia diuisim sumpta p aliqd̃ spacium ⁊ in aliquo tpe cõiunctũ ex illis duab⁹ virtutib⁹ mouebit cõiunctũ ex illis duob⁹ mobilibus per eq̃le spaciũ ⁊ in eq̃li tpe. Sexta est. si aliq̃ virtus moueat aliqd̃ mobile p aliqd̃ spaciũ ⁊ in aliquo tpe non oportet eandẽ virtutem vel sibi equalẽ mouere duplex mobile p eq̃le spaciũ in duplici tpe vel p mediuz spacij in equali tpe. nõ oportz etiã medietatẽ illi⁹ virtutis mouere idez mobile p eq̃le spacium in duplici tpe. nec p mediũ spacij in eq̃li tẽpore. et hec pars est regula septima. Sed ꝙ ille regule non sunt vere patz primo. q2 supponũt oĩa mouẽtia et mobilia posse diuidi. qd̃ falsuz est de motoribus ⁊ mobilib⁹ celestibus. Item mobilia ⁊ mouẽtia sunt libera. ergo si moueãt aliqd̃ mobile p aliqd̃ spaciũ in aliquo tpe non oportet ꝙ moueãt mediũ mobilis p duplex spaciũ in eq̃li tpe. Itẽ multa mouẽtia ⁊ mobilia fatigabilia sunt. g̊ in ipis nõ oportet eẽ regl̃as veras. Itẽ si diuidatur mobile ⁊ nõ subtilet̃ mediũ vel si nõ

seruet̃ eadē figura mobilis: ⁊ sic de alijs circūstantijs q̄ possunt iuuare vel impedire velocitatē motus nō oportet illas regulas eē veras. vt si aliq̇d moueat stofuz ꝑ aliqđ mediun in aliquo tpe non oportet ꝙ medietatez stofi moueat per duplex spaciū in equali tempore. Ad oppositum arguitur ꝑ philosophū in fine huius septimi: ponentem illas septem regulas.

Pro responsione sciendū ē primo ꝙ postq̄ ꝓbus ōndit q̇ mot⁹ sunt ꝯparabiles in velocitate ⁊ tarditate. ⁊ q̇ nō. ⁊ que requirunt̃ ad cōparationē ꝓprie dictā. cōsequēter ponit septē regulas generales ꝑ q̄s accipiunt̃ ꝓportōes motuū adinuicē in velocitate et tarditate. Primo supponēs ꝙ in motu locali in quo declarat istas regulas. ⁊ silr̄ in alijs ꝯcurrūt q̄ttuor. s. mouens. mobile. spaciū ꝑ qđ fit mot⁹. ⁊ tp̄us in quo fit. Et ꝯm p̄missas ꝓportiōes istoꝝ q̄ttuor sumunt̃ ꝓportiones motuū que significant̃ per istas regulas.

Sciendū est secundo ꝙ mouentia sunt in duplici differētia. Quedā sunt penitus imaterialia. vt motores orbiuz celestium. ⁊ in talib⁹ nō intelligūtur regule quia i ipis nō crescit virtus motiua crescēte corpore nec diminuūtur diminuente corpore. nec oportet etiā in mouētib⁹ volūtarijs regl'am obꝯuari. q̇a nō semꝑ mouent̃ ꝯm vltimū sui posse: sed ꝯm ꝙ intelligūt ⁊ volunt. sed potissime obseruant̃ regule in mouētibus pure naturalibus: q̇ semꝑ mouēt ꝯm vltimum sui posse. ⁊ eoꝝ virtutes crescūt corꝑe crescente ⁊ diminuēte. quia sunt pure naturales. vt sunt grauitas ⁊ leuitas.

Sciendum est tertio ꝙ licet alicui mouēti ⁊ mobili in ꝓpria ⁊ speciali natura accepto repugnet diuisio. nulli tn̄ sub vniuersali rōne mouētis vel mobilis repugnat. Et q: in hoc libro agit̃ de motu in cōmuni ⁊ ꝑ cōparationē ad mouēs ⁊ mobile in cōmuni. ideo etiā regule sunt vniuersal'r itelligēde de illis. Et si q̇s eas cōtrahere velit ad particularia caueat ne motiua virtus aut etiam mobile ꝑ diuisionē corrūpat̃. caueat etiaz ꝙ ꝑ diuisionē mobilis diminuat̃ resistētia eius ⁊ ꝙ remaneat idēptitas figure mobilis. ⁊ ꝙ remaneat eadē analogia medij ad medium in raritate ⁊ densitate. ⁊ vniuersal'r cū diuidit̃ vl' diminuit̃ mobile dꝫ accipi diminutio eoꝝ q̄ p̄nt iuuare resistentiaꝫ mobilis. Et silr̄ ex ꝑte mouētis cū diuidit̃ virt⁹ motiua dꝫ accipi diminutio oīm q̄ p̄nt iuuare victoriā potētie motiue sup̄ mobile. ⁊ ita dꝫ semꝑ manere eq̄lis analogia ex ꝑte oīm que p̄nt iuuare velocitatē ⁊ tarditatē. Et ꝑ hoc soluerēt̃ multa q̄ possent obijci ꝯ reglas ꝓpter vniuersalitatē earū q̄n fit descēsus ⁊ applicatio earū ad specialia mobilia ⁊ mouētia.

Sciendum est vlterius ꝙ omīs actio causat̃ ex victoria agentis sup̄ passuꝫ. ideo omnis actio est a ꝓportione inequalitatis maioris. sed nunq̄ fit actio a ꝓportione equalitatis vel ineq̄litatis minoris. sed semper oportet virtuteꝫ agentis excedere resistētiam patientis.

Tūc sit cōclusio prima. q̇nqꝫ prime regule que affirmatiue sunt ꝯuatis ꝑtactis circūstantijs sunt vniuersal'r vere. Probatur. q: oīs actio causat̃ ex victoria agētis sup̄ passuꝫ. ꝯ quāto virt⁹ motiua pl⁹ agit et excedit resistētiam mobilis tāto veloci⁹ ipe mouet. q̄re si in duplo excedat veloci⁹ mouebit in duplo. ꝯ mouere velocissimū in duplo est ꝑ duplex spaciū in eq̄li tꝑe. aut ꝑ totū spacium in medio tempe. Cū ergo prime due regule dicāt istā ꝓportōeꝫ sequit̃ ꝙ sunt vere. Si etiā virtus eq̄liter excedat resistentiā mobilis sequit̃ ꝙ eq̄liter mouebit. ⁊ cū hec analogia in alijs tribus regulis seruetur sequitur ꝙ sunt vere.

Conclusio secunda. due vltime regule q̄ sunt negatiue sunt vniuersaliter vere. Patet. nam al's a ꝓportione inequalitatis minoris fieret actio. quia resistentia mobilis excederet virtutem mouētis. Ex istis regulis infert ꝓbus falsitatē dicti Zenonis. dicētis ꝙ si modiū milij descēdendo ꝑ aereꝫ causaret sonū qđlibet granū ꝑ se descēdēdo causabit sonū. hoc em̄ falsuꝫ est. q: totū modium tanta velocitate moueret̃ ꝙ ideo citius causat sonuꝫ ꝙ non oportet de quolibet grano ꝑ se sumpto. Nec valet suū argumētum. totū causat sonuꝫ. ergo q̄libet pars. q̇a pars cū est in toto non agit nisi in potentia: ꝯ solū totum est illud qđ agit. pars enim in toto est in potentia. sic em̄ se habet res ad eē sicut ad esse vnum. vnū autem dicitur qđ est indiuisum in se et diuisum a quolibet alio. ꝯ

pars cũ est in toto nõ ē diuisa a toto. ergo nõ est aliquid vnum ƀm actum. ergo non agit. quia nihil agit nisi ƀm ꝙ est in actu. Similiter non sequitur. isti homines trahunt nauē ergo quilibet trahit nauem propter similez causam. Et sic patet ꝙ ille regule sunt vere et sicut intelliguntur in motu locali si sumā-tur ƀm analogiam illoꝝ quattuor que dicta sunt t ita intelliguntur in alijs motibus in q̃bus etiam illa quattuor concurrunt. vñ sup̃ istas regulas fundat̃ tota ars ingeniorum. quia ƀm diuersas applicationes ponderuz motus fiunt velotius aut tardius. Rationes soluũtur ex dictis.

Et sic est finis huius septimi.

¶ Sequitur liber Octauus.

Utrum autē factus sit aliquãndo motus cum non esset prius ⁊ corrumpit̃ iterũ sic ꝙ moueri nihil sit ⁊c.

Circa octauũ librũ phisicorum. Queritur primo. Utrum prima causa que deus est precesserit mundũ eternitate sue durationis. Arguit̃ ꝙ nõ quia bonũ est suijpsius diffusiuum vt Dyonisius dicit. ergo maxime et infinite bonum est maxime et infinite suijpius diffusiuũ. ergo est maxime et infinite sui diffusiuus. ꝫ nõ maxime se diffũdit. nisi producēdo eternitatem in infinitũ et ab infinito tp̃e. ergo mundus debuit ab eterno produci. Secundo sic. si deus precesserit mundũ. tunc fuit ante mundũ. et cũ ante importat tempus vel aliquid temporis. ergo sequitur ꝙ ante mundũ fuit temp⁹. Tertio sic. deus in tempore mundũ ꝓduxit ƀm potentiā que infinita est. sed potentia infinita producit infinitum effectum ⁊ infinite durationis. g̃ deus mundũ produxit ab eterno. Quarto sic. si deus a determinato q̃dā tēporis principio mũdũ ꝓduxerit sic ꝙ ante non fuerit cum agat ꝑ voluntatē sequit̃ ꝙ eius voluntas in mundi ꝓductione fuisset dilatoria ꝙ nõ est dicēdũ. Ad oppositum arguit̃ ƀm pl'es phõs ⁊ ƀm fidē nostrā ƀm quā prio respondebit̃ et secundo ponentur motiua quorũdam q̃ voluerunt reprobare creationem reꝝ ex nichilo et mundi inceptionem.

Pro responsione sciendũ ē primo. ꝙ oēs philosophi per nomen dei intellexerunt vniuersalem prouisorem et gubernatorē oīm rerum a quo omnia regunt̃ ⁊ ordinantur in suos fines debitos. a quo vt dicitur primo de celo. deriuatum est omnibus esse et viuere hijs quidem clarius hijs autē obscurius. quem aũt principē appellat phũs in fine vndecimi methaphisices. cũ dicit ꝙ entia non volunt male disponi. ꝫ pluralitas principatuũ mala. vnus ergo princeps sed ꝑ nomen mundi intelligitur tota entiuz vniuersalitas excepto primo prouisore.

Sciendum est secundo ꝙ illud dicitur precedere alteꝝ quod suũ esse ƀm aliquam durationē habet ante alterũ. ꝑ quod tamen ante vel precedere non intelligitur i proposito aliquod tempus continuum quo deus precesserit mũdũ. sed solũ precessit ipsum eternitate que est indiuisibilis et tota simul. sed per ante intelligitur ordo eternitatis ad tempus et esse efficientis ad suuz effectum. vnde dicunt aliqui ꝙ ordo cause efficientis ad suum effectum exigit vt ipsa cā aliqua duratione precedat suum effectum. ita ꝙ impossibile est ƀm eos aliquid esse ab alio effectiue et sibi esse coeternum. dicētes hoc implicare contradictionem. iō dicũt ꝙ non potuisset deus mundũ ab eterno ꝓducere. q2 non põt facere aliquid quod cõtradictionem implicat. omne autem aliud facere potest. nec est propter hoc intelligendum in deo esse aliquam impotentiam. sed hoc in rebus ipsis repugnat īfinite agi eo ꝙ omnis res facta agit secundum aliquam finitam formam per quam finitur et determinatur ƀm esse et ƀm virtutem et ƀm durationē et ideo ad extra non produxit deus aliquez effectum sibi vniuocum. quia non ꝓducit̃ effectus vniuocus ab aliquo agēte. nisi ip̃e effectus actuz agentis recipiens possit recipere totam virtutem ipsius. ideo dicunt isti causam quam quidam assignat de dilatiõe dei in productione mundi esse friuolaz hoc esse ne mundus ipsi deo coequaretur in duratione. hoc tamen est impossibile ƀm eos. s. ꝙ mundus deo coequetur. ideo propter h

non debuit. Unde verum est ꝙ non fuit dilatio. quia dilatio solum est respectu futuri sed in eternitate qua deus mundum precessit non est preteritum nec futurū. et hec ē opinio multorum. scȝ quod implicat contradictionem mundū ab eterno esse productum quare necesse fuit deū p̄cedere mūdū ⁊ mūdū incepisse. Alia ē opinio. dicentiū ꝙ nō implicat contradictionē aliq̄d eē ꝓductum effectiue ab alio ⁊ esse sibi coeternū. exēpluȝ dant de pede ⁊ de vestigio pedum in cinere. ⁊ de corpore luminoso ⁊ lumine egrediente ab eo. ⁊ ita ꝯm eos non implicat contradictionē mundū esse ꝓductū ab eterno. quare deus potuisset ip̄m ꝓducere ab eterno. cum non implicet contradictionem. Quare aūt h̄ n̄ fecit dicūt. quia nō agit mō nature. sȝ voluntarie. ideo nō produxit mundū tam cito sicut potuisset. nec quēcūq̄ ⁊ q̄lēcūq̄ potuisset. ſ; q̄ntū ⁊ q̄lē et quādo voluit. ¶ Et si q̄ratur quare deus non voluit mundum semper esse ab eterno. Dicit Thomas ꝙ sicut deus res propter seip̄m fecit vt in eis similitudo sue bonitatis manifestaretur. ita nō voluit res semꝑ esse vt sua sufficiētia manifestaret̄ in hoc. scȝ q꞉ rebus existentibus in seip̄o habet omnē sufficientiā beatitudīs magnitudinis ⁊ virtutis ad rex ꝓductiōeȝ. ⁊ h̄ dicit Thomas ꝯm ꝙ humana ratio de diuinis capere potest. saluo tamē diuine sapientie secreto qđ a nobis apprehendi non pōt. ⁊ quicquid sit de isto problemate. an mundꝰ potuit ab eterno ꝓduci vel nō. tn̄ conformiter ad fidē nostrā in cuius obsequiū intellectū quisq̄ captiuare debet.

Tūc ponit̄ cōclusio prima. deꝰ p̄cessit mundū.

Probat̄ auctoritate fidei. et sic ꝓbant illi de prima oppiniōe. q꞉ nll'a res adequare pōt ip̄i deo. nec in esse nec in virtute. g̊ nec in duratiōe. ⁊ ꝑ consequēs oportuit deū precedere mūdū. Itē omne quod ab alio producitur effectiue producit̄ de nō esse ad esse. sed in omni eo ꝙ sic producitur in esse ꝯm aliquā durationē precessit eē aliās idē eē sil' ⁊ nō esset vt argutū est. g̊ oportuit deū p̄cedere mūdū.

Conclusio secunda. deus non precessit mundū duratione temporis.

patet. q꞉ deus est ante euum ⁊ tempus. quia duratio eius eternitate mensuratur que est tota simul. Item mundus non fuit ante tempus. quia simul sunt creata celum et motus eius et tempus. ¶ Ex quo sequitur ꝙ deus precessit mundum sue durationis eternitate. nā precessit mundum vt dictum est. et non tempore. neq̄ euo quia non mēsuratur illis mēsuris. ergo precessit mundum eternitate que est eius propria mensura. Deinde pro secunda parte illius positionis in qua ponende sūt cōclusiones siue ratiōes quorūdā fidei aduersantiū. Est aduertēdū ꝙ ex hac suppositiōe Aristo. infertur ꝙ in omni motu ⁊ mutatiōe necesse ē subiectū siue mobile et etiā mouēs eē prius saltē ꝯm naturā. qua suppositione aristotelis in hoc libro ad ꝓbandū mundum non incepisse cepit Auerrois occasionē loquendi contra id qđ ꝯm fidem de rex creatione tenemꝰ. Primo sic arguens. omne fieri est mutari quoddam. ſ; omnis mutatio p̄req̊rit subiectū. vt dicit illa suppositio aristotelis. g̊ cū nihil pōt fieri ex nihilo quare creatio est ipossibilis. Secūdo sic. cū dicimꝰ aliquid fieri ex cōtrario. vel ex opposito vt albū ex nigro aut n̄ albo hoc solū fit ꝑ accidens. ſ; oē per accidēs reducitur ad aliquod per se. ergo in oi fieri necesse ē p̄supponere aliquod subiectū intrās substātiā rei facte ex q̊ fiat ꝑ se quicq̄d fit et ꝑ consequēs est ipossibile aliquid ex nihilo fieri ⁊ ita mundū creari. Tertio sic. ad hoc adducit omniū naturaliū oppinionē dicentium ꝙ ex nihilo nihil fit. Quarto ad sue positionis confirmationem adduxit duas causas ex quibus repugnat illam positionē eē ortā. s. ꝙ ex nihilo aliq̄d fit. Prima cā est. q꞉ vulgus non reputat entia. nisi q̄ sunt visu apparētia. quia ergo vulgus videt aliquod factum visibile qđ prius visibile non erat. iō reputat id fieri ex nihilo. Secūda cā ē. q꞉ vulgus ex diminutione virtutis agētis credit ꝓuenire ꝙ indigeat materia subiecta agendū. cum tn̄ ex hoc nō proueniat. ſ; ex ratione motus qui de sua natura requirit subiectū. quia ergo prima causa nullā virtutis diminutionē patitur dicit vulgus ab ea ex nihilo aliquid fieri. Sic g̊ propt̄ has causas dicit Auerroris positiōeȝ hāc ꝙ ex nihilo aliquid fit a vulgaribus sumpsisse exordiū. Sed si q̄s recte cōsideret vt dicit Thomas ex simili cā videbit̄ Auerrorē fuisse deceptꝰ ex q̄ credidit nos deceptos fuisse dece

ptus cũ fuit ex cõstitutiõe sola particulari-
um. q: cũ virt⁹ actiua particularis agẽtis
subiectũ aliqđ p̃supponit ꝙ subiectũ ñ agit
sc; tale subiectũ subijcitur actioni. ß agens
vniuersalius agit siue opaꝛ sicut artifex q̃
materia vtiꝛ quã natura facit. q: natura p-
ducit ferrũ q̃ vtiꝛ faber i sua opatiõe. Opin
atus est Auerrois primum et vniuersale
agens quod est cã totius entis in actiõe sua
p̃supponere aliquid quasi ab eo nõ creatu;
⁊ in hoc deceptus fuit nec ẽ hoc ŝm mente;
aristotelis. 2. methaphisice dicentis id qđ ẽ
maxime verũ et maxime ens eẽ cãm essendi
omnibus alijs. Ex quo sequiꝛ etiã ꝙ illđ
esse potentiale quod habet materia deriua-
tum est a primo essendi principio. quare non
oport; sue actioni aliquid presupponere ab
eo non productum sicut in actione agentis
particularis. sed q: omnis motus presup-
ponens est subiectum. vt dicit phus in sup-
positione p̃missa, ideo bene sequitur ꝙ vni-
uersalis rex productio non ẽ mot⁹ neq; mu-
tatio. ß ẽ q̃dã emanatio rex a p̃ncipio eẽndi
prio ⁊ ita fieri ⁊ facere equoce dicũꝛ i vniuer
sali rex productiõe ⁊ in productiõe particu-
laris agentis. Ex quo pat; ꝙ nõ est con-
tra fidẽ ꝙ oĩs motus subiecto presupposito
indigeat. quia vniuersalis rex productio ñ
est motus neq; mutatio eo ꝙ in motu vl' in
mutatiõe necesse ẽ aliq̃d qđ nũc aliꝛ se habe
at ꝙ̃ prius. Et per hoc soluitur prima obie-
ctio Auerrois. Ad secundã diciꝛ ꝙ cum
dicimus aliq̃d fieri per accidens ex opposi-
to ⁊ ex subiecto ꝑ se hoc habet veritatẽ i fa
ctionibus particularibus in quib⁹ req̃ritur
subiectũ ab agẽte particulari nõ ꝓductũ. ß
hoc nõ oportet eẽ vex in vniuersali rex pro
ductione. imo ibi ẽ impossibile. vnde si po-
namus mundũ ab eterno fuisse ꝓductum si
cut ponũt aristoteles ⁊ multi phox impossi
bile ẽ huic productioni aliquid presupponi
a primo non productũ. alias primũ nõ esset
cã totius entis. Similiter ponẽdo mundu;
ŝm fidem fuisse ab eterno productum non
est necessarium. imo impossibile est huic p-
ductiõi supponit aliquod subiectũ ab eter-
no. nõ ꝓductũ tũc nõ esset vniuersalis toti
us entis ꝓductio. et hoc cõsonat cuidã dic
to aristotelis i primo hui⁹ vbi dicit ꝙ si fiat
hoc aial inquãtũ hoc aial tũc ex non aiali ñ
fiet inquantum aial, sed fiet ex non animali
vt puta equus ex hoc nõ animali quod est e-
quus. sed si fiat aial inquantũ animal opor
tet ꝙ fiat ex nõ aiali. ergo a simili si fiat ens
inquantum ens vniuersaliter oportet ꝙ fiat
vniuersaliter ex non ente. et sic nihil in tali
fieri presupponi põt. Et ꝑ hoc p; quid sit di
cendũ ad cõmune dictũ omnium naturaliũ
dicentiũ. ꝙ ex nihilo nihil fiat. naturales .n.
phi solas causas particulariũ factionũ con
siderauerunt. et adhuc primi solum consi-
derauerunt mutationẽ accidentiũ dicentes
fieri nihil aliud eẽ quã altari. Alij võ consi
derauerũt causas mutationũ substantiaru;
particulariũ. Plato võ et aristoteles consi-
derauerunt causam vniuersalẽ totius entis
⁊ ꝑ ista etiã p;. ꝙ nos nõ ponim⁹ aliq̃d ex ni
hilo fieri. quia sola visibilia credimus encia
esse vt nobis iponit Auerrois. ß nõ solum
consideramus particulares productiones
q̃ sũt ab agẽtibus particularibus. ß vniuer-
salẽ rex ꝓductionẽ q̃ ẽ ab vniuersali ⁊ a pri
mo simplr̃ essendi principio. Nec ponimus
ex nihilo aliquid fieri. q: credimus ꝙ indige
re materia ad agendũ, ꝓueniat ex impfectio
ne agentis deficientis. s. in virtute naturali.
vt nobis iponit Auerrois. ß quia ponim⁹
hoc venire ex imperfectione agentis natura
lis pticularis ꝙ diximus habere virtutẽ deter
minatã ⁊ particularẽ respectu agentis vni-
uersalis. iõ nõ põt esse cã totius entis. ß sue
actioni semp aliq̃d presupponit. ideo p; ꝙ
rationes auerrois nõ iprobãt creatõnẽ ⁊ ꝑ
consequens neq; inceptionẽ mundi. S; sũt
adhuc aliqui contra inceptionẽ mundi istã-
tes sic arguentes. quia si primum principiũ
nunc non aliter se haberet quã prius nõ vi
deꝛ quare nõ produxit mũdum prius. ⁊ ita
videtur ꝙ non produxit mundũ a determi
nato principio temporis sed ab eterno. Re-
spõdetur ꝙ si primũ agens ageret ꝑ naturã
tantũ et nõ ꝑ intellectũ ⁊ voluntatẽ ratio đ
necessitate cõcluderet. sed quia agit ꝑ volũ
tatẽ eternam. ideo potest producere effectũ
non eternum. sicut potest intellectu eterno i-
telligere rem non eternam. nam forma intel-
lectiua in agentibus per voluntatẽ est prin-
cipiũ actionis. sicut forma naturalis in agẽ
tib⁹ naturalib⁹. Sed replicãt ipi. q: nõ vide
mus ꝙ voluntas postponit aliq̃d facere qđ
vult facere. nisi quia expectatur aliq̃d in fu-
turo quod nondũ est in presenti, si g deꝰ p⁹

posuerit facere mundū sequitur ꝙ expectabat futurū tps quod nōdū erat in p̄senti et si ita sit oportuit ꝙ ante mundi ꝓductionē fuisset aliqua ꝓductio ꝑ quā id qꝺ nōdum erat presens expectabat vt efficeret̄ presens Dicitur ꝙ hec replica tantum procedit de agente qꝺ tantū agit tp̄e presupposito. quia tale habet considerare determinatā habitudinē eorū que sūt in tēpore ad hoc tēpus vl̄ illud vt melius fierent in illo tp̄e quā in alio ꝫ nō ꝓcedit de agente vniuersali quod tēpꝰ ⁊ oīs res simul ꝓduxit in esse postꝙ̄ nō fuerant. Nec ē intelligendū cum dicimꝰ mūdum nō semper fuisse ab eo productum ꝙ infinitū tēpus p̄cesserit ante mundi inceptionē per quod deus cessauerit agēdo ⁊ postea mūdū ꝓducere cepit. sed intelligēdū ē ꝙ deus mūdū et tempus simul in esse ꝓduxit. et sic in diuina volūtate nō restat considerandū cur voluerit res ꝓducere nō tūc ꝫ postea quasi tempore preexistente ante mūdi ꝓductionē. ꝫ solū restat cōsiderandū q̄re res ⁊ durationes eaꝝ in eē voluit ꝓducere postꝙ̄ ī illo n̄ fuerāt. Et si q̄rat̄ q̄re tūc voluit ꝓducere ⁊ nō ab eterno. Responsū ē i prio pūcto q̄stiōis dupliciꝫ ꝫm duplicē sectā. prima quā iseq̄t̄ Albertꝰ ⁊ secūda quā iseq̄t̄ Auerrois.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā dicit̄ ꝙ ꝫm albertum deus quātū ē de se maxime se cōmunicat. ꝫ ꝙ ab et̄no extra se non cōmunicauerit. hoc prouenit ex ꝑte reꝝ ⁊ non ex ꝑte ipius. quia ipis rebus cōmuniter repugnat produci ab eterno. Secūdū Thomam dicenduʒ est ꝙ bonū se diffundēs ⁊ cōmūicās per naturam se diffundit et communicat ꝙ̄tū potest. ꝫ nō illud bonū qꝺ se cōicat ꝑ intellectū ⁊ volūtatē. qꝛ tale se diffundit ꝙ̄diu ⁊ inquātū intelligit et vult ea q̄ ordināt̄ ad finē sue cōicatiōis et diffusiōis. Ad secundā dicitur ꝙ ante nō importat tēpus in tali locutione. sed solū ordinē eternitatis ad tempus. Ad tertiaʒ dicitur similiter sicut ad primam. Ad q̄rtam negetur ꝙ propter hoc voluntas debuerit dici dilatoria. quia non precessit mundū duratione temporis. sed eternitatis que ē diuisibilis et tota simul. Sequitur textus. Incipiemus autēʒ ex diffinitis ⁊c̄

Queritur secūdo vtrum motus

non inceperit nec desinit esse. Arguitur ꝙ non inceperit rationibus phi ꝓ quarum prima supponit ꝙ si motus est necesse ē mobile preexistere ꝫm naturam vel ꝫm tempus quam suppositionem probat per diffinitionem motus. est enim motus actus mobilis sed actus presupponit id cuius est actus. ꝓbat etiam ex consensu omnium dicentiuʒ ꝙ nihil mouetur nisi possibile fuerit moueri. ergo in omni motu oportet mobile preexistere ⁊ etiam mouens a fortiori. Tunc arguit sic aristoteles si motus inceperit esse tūc detur primus motus ante quem non fuerit alius motus. necesse est autē mouens ⁊ mobile p̄existere. Vel ergo perpetuo precesserunt vel quandoqꝫ facta sunt. si quandoqꝫ facta sūt cum necesse sit vnumquodqꝫ fieri seu generari antequā moueri icceperit. sequitur ꝙ ante motum qui ponebatur primus fuerit mutationes. scilicet generatio mouentis et mobilis que nō possunt esse sine motu. ergo ante primū motum fuisset motus. Si dicat̄ ꝙ perpetuo precesserunt sine motu. hoc est irrationabile. ⁊ maxime cum mouētia ⁊ mobilia naturalia sint. ergo non potuerunt esse sine motu. Itē si perpetuo precesserint sine motu tunc quiescebant. sed quies est priuatio motus. cuius priuationis oporteret esse aliquā causam ex parte mouentis vel mobilis vel vtriusqꝫ. ⁊ hanc causam oportuit auferri antequā mobile inceperit moueri. qꝛ si semꝑ mānsisset cā illius priuationis semꝑ fuisset priuatio. oportebit g̊ antequā mouere ⁊ moueri inciperent p̄existere aliquē motū vel ex ꝑte mouentis vel ex parte mobilis vl̄ vtriusqꝫ ꝑ quē remoueretur causa quietis. g̊ ante primū motū fuit motꝰ. etiā in hijs que sūt ad aliquid de nouo oportuit hoc fieri ꝑ mutationē vnius vel amborum. ergo si ab eterno fuerunt mouentia et mobilia sine motu ⁊ postea inceperint motū necessario facta sūt in aliqua habitudine in qua prius nō erant. quod non potuisset fieri sine mutatione alicuius illorum. Sed ꝓ secūda rōne supponit Aristo. duo. Primū ē ꝙ priꝰ ⁊ posterius nō sūt sine tēꝑe qꝺ patet. qꝛ prius et posterius numerata in motu sunt ipsum tēpus. Secundū est ꝙ tempus nō ē sine motu. qꝛ tēpus est numerus et passio motus. Tunc arguitur sic. tempus non est sine motu. ꝫ tēpus semper fuit nec incepit esse. ergo motꝰ sēper fuit. Minorē probat ex testimo

nio omniū pħoꝝ: qui oēs dempto Plato-
ne tempus ingenitū esse dixerūt. ꝫ Plato so-
lus generauit temp⁹ sicut ⁊ celū. Itē de ra-
tione ipius nūc est ꝙ sit medietas duoꝝ tē-
poꝝ. s. finis p̄teriti ⁊ initiū futuri. ergo nō pt
dari primū nūc ⁊ ꝑ ꝯñs nec initiuz temꝑis.
Et si dicat̄ ꝙ bene datur primū punctū in li
nea: ergo etiam pōt dari primuz nūc in tem-
pore. Contra arguit Aristo. per primaz sup
positionē. quia si detur primū nunc cum pri
mū sit ante qđ nullū. tunc sequit̄ ꝙ erit tem
pus prius illo nūc. ꝫ prius ⁊ posterius non
sunt sine temꝑe. ergo illud nunc p̄cessit tem
pus: ⁊ per cōsequēs non erit primū nūc. Et
illis ratiōibus quibus probat Aristo. motū
non incepisse: eisdem ratiōibus cōcludit seu
cōcludi potest ꝙ nunq̄ deficiet. q̊a si fiat mo
tus ⁊ deficiat motus alicui⁹ mobilis necesse
est prius deficere motum q̄ corrumpi mobi
le vel mouens. Et ita sicut arguitur ex par-
te inceptiōis q̄ ante primū motum esset mo
tus: ita ex parte desinitōis potest cōcludi ꝙ
post vltimū motum esset motus vel ꝙ mo-
uens ⁊ mobilia naturalia perpetuo manerēt
silr̄ sine motu. qđ est irrationabile. Silr̄ si
cut per illam ratiōem argutuz est ꝙ ante pri
muz nūc esset aliud nunc si inciperet temp⁹:
ita argueret̄ ex parte desinitiōis ꝙ post vlti-
muz nūc esset aliud nūc. qđ est incōueniens.
ergo non incepit nec finem habebit. Ad
oppositum arguit̄ ꝑ pħm ⁊ vt tenet̄ ꝑ fidē.

Pro rñsione hui⁹ quesiti sciēdū
p̄mo ꝙ postq̄ Aristo. mōstrauit i septimo ꝙ
necesse est dare primuz mobile primū moto
rem: ⁊ motum primū. Consequēter in hoc li
bro inquirit quis sit primus motus. qualis
sit primus motor. ⁊ quale sit primū mobile.
Et quia in acquisitiōe istoꝝ necessario opor
tet p̄scire an motus sit perpetuus vel nō. Di
cit tamē Auerrois ꝙ non intellexit de motu
in cōi: ꝫ de motu primo. ita ꝙ querit Aristo.
an primus motus sit perpetu⁹ aut non. Sz
oppositum videt̄ ex verbis pħi. vbi non loq̄-
tur de primo motu: sed de motu in cōmuni.
cum dicit. Utrū factus sit aliquādo motus
cum non prius esset et corrūpitur iterum: sic
ꝙ nihil moueri possit. Secūdo moris est
apud pħm deuenire ex p̄missis ad ꝓpositum
suum. sed in ratōibus iam factis nihil poni
tur magis propriū primo motu q̄ alijs mo
tibus. ergo ⁊c. Tertio quia postq̄ cōclu-
sit Aristoteles in principio hui⁹ libri motum
esse perpetuum inquirit de modo per quez
perpetuatur. an scilicz per hoc ꝙ est vnus ⁊
idem motus perpetu⁹ vel quia sunt infini-
ti motus sibijnuicez succedētes. vt in sequē
ti questiōe videbitur. Et tamē hoc inquire-
ret pħus si iam cōclusisset primuz motū esse
perpetuū. ergo hic Aristoteles inq̄rit de mo-
tu in cōmuni. Et huius questiōis determia-
tio vtilis est: vt ducat non solum ad cogni-
tionem veritatis in scientia naturali. sed ad
scientiam de primo reruz principio que tra-
ctatur in metaphisica. Nam si ponat̄ ꝙ mo-
tus sit perpetuus necesse est ꝙ sit vnuz pri-
mum principium qđ sit perpetuū ⁊ penitus
imobile. ⁊ etiam si nō ponat̄ motus perpetu
us nihilomin⁹ oportet primū principiuz esse
perpetuū ⁊ imobile. quia si res īceperint esse
oportz ꝙ ab aliquo esse inceperint. Unde si
ue motus sit perpetu⁹ siue nō oportz primū
principium esse perpetuū ⁊ imobile.

Sciendum est secūdo ꝙ licz ari
stoteles incipiat determiare đ motu quodā
modo applicando ad res mobiles. cum inq̄
rit an semper sit motus vel non. tñ hic nō
habuit iuestigare an mot⁹ habeat esse q̄uis
aliqui negauerint motum. Causaz assignat.
quia omnes qui de natura aliquid dixerint
affirmauerūt motum esse. Philosophi enim
plures dixerūt mundū esse factum per gene
rationem ⁊ deficere per corruptiōem qđ nō
potest feiri sine motu. Ideo omnes natura-
liter loquētes posuerūt motum esse in reb⁹.
tamē de duratōe huius taz a ꝑte añ q̄ a par
te post diuersimode locuti sunt. Democrit⁹
enim posuit motū semper esse ponendo mū
dum fieri per aggregatiōem athomaliuz. et
corrumpi per disgregationē ⁊ ponit plures
mundos fieri et corrūpi. Sed Anaxagoras
⁊ Empedocles oppositū dixerunt. scz mun-
dum non semper esse. Differūt tamē. q: Ana
xagoras posuit per infinituz tempus omnia
p̄extitere in vnū cahos preter intellectū agē
tem. ⁊ postmodum intellectus agens in ali-
qua parte temporis incepit ipa segregare ⁊
mundū cōstituere ⁊ motum incipere. et po-
stea nunq̄ deficiet. q: intellect⁹ nunq̄ cessa-
bit segregare. ⁊ sic posuit tp̄s nō ꝯseq̄ motū
ꝫ seq̄ illud cahos qđ p̄cessit motū ⁊ mūduz.

sed Empedocles posuit mundū et motum pluries fieri et pluries corrūpi. ideo adueniente vniuersali amicitia ponit elemēta congregari et mundū corrūpi et postea vniuersali adueniēte inimicitia ponit elemēta segregari et mūdū generari. et quibusdā tēporibus intermedijs ponebat motū deficere et elemēta quiescere. et sic patent opiniōes de inceptione motus. Et quia opinio democriti ponit motū semper eē. ideo illā nō reprobat aristo. sed solū alias que nō ponūt motū semper esse.

Iuxta quod sit cōclusio prima. positio anaxagore ē nobilior et rōnabilior quam empedoclis. Probatur. quia cū natura sit principiū ordinationis in rebus nihil in natura debet a philosopho poni inordinatum. sed infiniti tēporis quod precessit motū ad infinitū tempus quo durauit motus postquam incepit esse nulla rō ē quare neque vllus ordo. quia omnis ordinatio est ratio quedam ergo etc. Itē assignari nō pōt rō. quare intellectus magis nunc quā prius vel posterius incepit segregare res ab illo chaos et mundū et motum constituere. cum tempus precedens inceptionē mundi et tempus sequens sint eiusdem rationis. ergo et cetera.

Conclusio secunda. positio empedoclis est irrationabilis. Probatur quia philosophus ponens aliquod principium debet illud manifestare a priori per rōnē. vel a posteriori per inductionē. sed Empedocles ponēs litē et amicitiā eē principia agregationis et disgregationis elementorum et per hoc generare et corrūpere mūdū per diuersa tēpora nullo modo manifestat. ergo etc. Quāuis enim manifestaret quod lis et amicitia sint principiū aggregationis et disgregationis per hoc quod videmus homines congregari per amicitiā et per litē disgregari. tamē non manifestauit quare amicitia plus ē principiū cōgregationis in vno tēpore quam in alio. et lis disgregationis. neque manifestauit quare per equale tempus sit cōgregatio et manent elemēta congregata et etiā disgregatio et manent disgregata. Nec valet quod dicebat ita fuit. ita ē et erit. ergo hoc ē necesse et eternū. ergo non erit querenda causa. Contra arguitur quia similiter se habēt res ad esse et ad veritatē. sed sunt alique perpetue veritates vt triāgulū habere tres angulos que tamē in se veritatis causā habēt. ergo si aliqua sint necessaria vel eterna nō propter hoc sequitur quin habeant causā et posset eorum causa inquiri. ideo licet dictū Empedoclis sit necessariū vel habeatur tanquam dignitas prima. debuit tamen manifestare illud a posteriori per inductionē. vel si nō est principiū debuit manifestare a priori. nā illo modo bene habet causā sue veritatis. Ex hac ratione manifestare potest aristote. quod licet posuerit motum et mundū et tempus fuisse ab eterno et habere principiū sue durationis. voluit tamē quod haberet principiū sui esse. quia secundum ipsum nihil prohibet aliquid esse eternū et habere causam sui esse. Unde patet qualiter impugnantur opiniones istorum que a philosopho figmēta dicūtur quia dicuntur sine ratione. Dimissa tamen ratione aristotelis.

Cōclusio tertia. Firma fide est tenēdum mundū incepisse per creationem. et simul cū mundo inceperunt motus et tēpus. Hec cōclusio probatiōe nō indiget quia auctoritati diuine credēdū ē quam multomagis. valet rōe cuiuscūque philosophi. Ideo ficticiū reputari nō debet auctoritati enim diuine credimus mirabiliter approbate. i. operibus que solus deus facere pōt. ¶ Est aduertendū tamen quod licet conclusio aristo. s. quod motus nō incepit nec desinit eē quantū ad vnā partē fidei nostre repugnet. s. quātū ad hoc quod ponit motū semper fuisse. nihil enim ponitur secundum fidem semper fuisse. nisi solus deus qui ē perpetuus immobilis. nisi diuinū intelligere vocetur motus quod diceretur equiuoce. nec de tali motu est hic ad propositum. tamē quātum ad illam partē que ponit motum nunquam deficere nō est fidei nostre contraria. quia vt dictum est hic non loquitur Aristo. de motu celi. sed de motu in cōmuni. Sed ponimus secundum fidem substantiam mundi incepisse et quod nunquam deficiet. et etiam ponimus motum infinitum et semper esse in hominibus qui erunt corruptibiles vitā miserā habentes vel beatam. Unde aliqui frustra ponentes aristotelē nō fuisse locutū contra fidem. Dixerunt quod nō voluit asserere quod motus sit perpetuus. sed tamen voluit rōnes adducere ad vtranque partē. quasi ad rem dubiam. sed istud in suo modo procedendi appet formaliter. nam perpetuitate motus et tēporis pro medio vtitur ad probandū primū principiū eē perpetuum in

169

ſto octauo ⁊ duodecimo methaphiſice. ſupponens illud mediũ eſſe ꝓbatũ tanꝙ verũ.

Sed ſiquis ſuas rationes conſideret recte videbit ꝙ fidei veritas illis ĩpugnare nõ põt. ſũt eñ efficaces ad ꝓbandũ ꝙ mot⁹ nõ incepit per viá nature vt ab aliquibus incepiſſe dicebat̃. ſ ꝙ nõ iceperit quaſi rebus de nouo productis a primo principio eſſendi illis rõnibus ꝓbari nõ põt. Ad illas rões reſpondet̃ cum queritur ſi motus nõ ſꝑ fuit ſed incepit vel mouentia et mobilia ſemꝑ fuerũt vel inceperũt. Dicitur ꝙ primũ mouẽs ſemper fuit ⁊ cetera mouentia ⁊ mobilia inceperũt eſſe ab vniuerſali cauſa. et alij mot⁹ inceperunt ꝑ creationẽ q̃ ſimplex emanatio dicitur. ⁊ nõ motus vel mutatio. niſi equiuoce diceretur. ideo nõ ſequitur ꝙ ante primũ motũ fuerit motus. ſed bene ſeq̃t̃ ſi ab aliq̊ agente particulari incepiſſet. q: agit neceſſario aliq̊ ſubiecto ꝑſuppoſito ꝙ ab eo trãſmutat̃ de nõ eſſe ad eſſe. vel de priuatõe ad formam. Et ſi dicat̃ primũ mouens ſꝑ fuit ĩ eadẽ diſpoſitione. ergo ſemꝑ debuit ꝓducere mundũ. et ſi nõ fuerit in eadẽ diſpoſitione ſequit̃ ſaltẽ ꝙ mutatio que eſt ex parte ipſius fuerit prior motu qui ponitur primus. Reſponſum eſt in precedenti queſtione. Ad ſecundá dicitur ꝙ ſolũ probat tempus non incepiſſe ab aliquo particulari agente q̇d ẽ agens in tꝑe. ſed non concludit ꝙ nõ incepit ab agente vniuerſali. quia tempus ⁊ alias res ſimul in eſſe ꝓduxit. ⁊ cũ arguit ꝙ nõ eſt dabile primũ nũc. negatur illud. fuit eñ dabile primũ nũc q̇d ſic fuit primũ principium tꝑis ꝙ non finis alicuius precedentis.

Et cũ arguebatur quia primũ eſt ante q̇d nullũ tempus eſt. ſed ante dicit tempus ⁊ cetera. dicitur ꝙ ibi ante non ſignat aliquod tempus in natura exiſtens quod ꝑceſſerit illud primũ nunc. ſed ſolũ ſignat tempus ſꝫm imaginatõnẽ ſicut dũ dicit̃ ꝙ extra celum ſũt entia immaterialia. extra dicit locum imaginatum eſſe. Sed circa illud dictum ariſtotelis in prima ratione eius ꝙ nihil quieſcẽs icipere põt de nouo moueri. niſi aliquo alio motu preueniente ab aliq̊ extiori agẽte mouẽte. Obijcit ipemet ariſtoteles de aiali q̇d a ſeipõ mouet̃. et ſic videt̃ incepiſſe moueri nullo alio motu precedente. Reſpondetur ꝙ in animali duplex reperitur motus. ſcilicet naturalis ⁊ animalis. et naturalis ẽ duplex quidam fit penitus ab extrinſeco continẽte ſicut ab aere continẽte ⁊ corpore celeſti. vt cũ ꝑ frigus exterius vel calidũ aĩal alterat̃. Alius ẽ motus naturalis q̊ fit ab intrinſeco ⁊ dicitur naturalis eo ꝙ nõ eſt ꝑ appetitum ſequentẽ apprehẽſionẽ. ſ ẽ ꝑ vires potentie vegetatiue. et adhuc in tali motu concurrit mouens exterius q̊ iuuat̃ vel impedit̃ calor naturalis intrinſecus ꝑ cõtinẽs exteri⁹. motus eñ aĩalis dicitur progreſſiuus in quo videtur aĩal per ſe moueri maxime. ſed tamen adhuc ille motus ꝑſupponit motũ factũ ab exteriori mouente. q: propter aliquá paſſionẽ in corpore factá et per cõſequens in potẽtijs ſenſitiuis que organice ſũt iclinatur appetitus animalis ad proſequendum vel fugiendum motu progreſſiuo illud quod apprehenſum eſt et eſt cã talis paſſionis. Hoc etiá declarat de ſomno in quo videtur maxime quies in aĩali. poſtꝙ tamẽ non incepit a ſe moueri animal niſi motu aliquo facto ab aliquo mouente per quez remouetur cauſa talis quietis. puta per calorem naturalem digerẽtẽ ⁊ cõſumãtẽ humores que ſũt cauſa ſompni vel ꝑ aliq̇d pellẽs dormiẽtẽ ꝑ cuius pulſũ incitat̃. Jõ bene dicebat ariſtote. ꝙ nihil quieſcẽs prius poſtea incepit moueri. niſi aliq̊ motu exteriori facto per quem tollit̃ cauſa quietis. nõ tñ ꝓpter hoc ſeq̃tur ꝯcluſio ariſtotelis. videlicet ꝙ añ primuz motuz fuerit mot⁹ vel mutatio. q: vt dictũ ẽ mouẽtia ⁊ mobilia dempto primo mouente non fuerunt ante inceptionem motus. dictũ ẽ etiam ꝙ inceperunt nõ ꝑ motũ ⁊ mutationẽ. ſ ꝑ creationẽ. Ultra obijcit ariſtote. contra concluſionẽ ſuá per determinationẽ factam in ſeptimo huius. cum omnis motus ſit ex q̊dam. et quoddam. nullus motus poteſt eſſe infinitus et ꝑ conſequens non poteſt dici ꝙ motus ſit ꝑpetuus. Hec obiectio aĩalis ſoluta eſt in ſexto. Sequit̃ textus.

Queritur tertio. vtrum omnia ſemꝑ quieſcant. vel ſemꝑ moueantur. vl' aliqua ſemꝑ quieſcant. ⁊ aliqua ſemper moueantur. ſic ꝙ nihil qñqꝫ moueat̃ ⁊ qñqꝫ quieſcat. vel oĩa quandoqꝫ moueantur ⁊ quandoqꝫ quieſcat. vel aliqua ſemꝑ ſint imobilia et aliqua ſemper moueantur. ⁊ aliqua qñqꝫ moueantur ⁊ quádoqꝫ quieſcant. Arguitur primo ſic. ꝙ hec diuiſio nõ ſit ſufficiens

quia nō est bimēbris. Secundo sic. q꞉ pͥmū membꝛū destruit motū. et secundum destruit quietem. ⁊ tertiū destruit generatiōez et coꝛruptiōem ⁊ oēm motū violentū. ⁊ q̄rtū destruit necessitatem aliquoꝛum motuuz et q̇ntū committit nugationē ponēdo q̄daz entia imobilia ⁊ oia quiescibilia. In oppositū arguitur per phm in textu.

Pꝛo respōsiōe sciendum est primo. ꝙ postꝙ phus pꝛobauit motum in cōmuni nō incepisse. neqꝫ defecisse. Consequēter inq̇rit moduz quo perpetuatur motus. an. s. ꝙ omnia entia semper moueantur. vel per hoc ꝙ aliqua semper moueantur. vel per hoc ꝙ infiniti motus sibiinuicem succedunt. vel per hoc ꝙ aliquis vnus motus semper fuit. ⁊ erit. et hoc mō perpetuatur motus vt ostēdetur infra. quo ostenso ostendetur quis et qualis sit motoꝛ pꝛimꝰ a quo est ille pꝛimꝰ motus. et etiā quale sit mobile cuiꝰ ē. et hec est tota intentio huius negocij.

Sciendum est secundo. ꝙ licet in pꝛedicta diffinitiōe sint quinqꝫ mēbꝛa tn̄ possunt reduci ad bimembꝛē diuisionem. q꞉ omnia entia sunt vniꝰ dispositionis vel pluriū. Si vniꝰ hoc est tripliciter vel omnia semper quiescunt ⁊ sic ē pꝛimum membꝛuz. vel omnia semper mouentur ⁊ sic est secunduz. vel oia quādoqꝫ mouentur ⁊ quādoqꝫ quiescūt. ⁊ sic est quartū mēbꝛū. Si sint pluriuz dispositionū hoc ē dupliciter. vel diuersificātur sm duplicē dispositōz ⁊ sic ē tertiū membꝛū vel sm tres ⁊ sic ē q̇ntū mēbꝛū qꝺ ponit aliq̄ semꝑ imobilia vt sūt itelligentie. et aliqua semꝑ moueri vt sunt coꝛpoꝛa celestia. ⁊ aliq̄ qn̄qꝫ moueri ⁊ quandoqꝫ quiescere. vt sunt generabilia et corruptibilia. Et notant in hoc mēbꝛo ponūtur quedā semꝑ imobilia ⁊ nō dicūtur quiescibilia. q꞉ illa solū quiescere dicuntur que nata sunt moueri. ⁊ istoꝝ quinqꝫ mēbꝛorū solū quintum habet veritatem. iō posito et ꝓbato soluerentur omnes dubitationes de pꝛimo motu et de pꝛimo motoꝛe ⁊ de pꝛimo mobili ad hanc scientiam ꝑtinētis. Sed in pn̄ti questione repꝛobabūtur tria pꝛima mēbꝛa et in sequentibus videbitur de alijs. quia repꝛobatio quarti ex aliquibus determinandis dependet.

Sit ergo conclusio pꝛima. dicere oia semꝑ quiescere ⁊ nihil moueri ē irrōnabile. Pꝛobatur. nā manifestuz est ad sensum aliq̄ moueri. mō querere rōnē contra iudicium sensus ē infirmitas seu debilitas intellectus vt dicitur in textu. iō dꝛ pꝛio Thopi. ꝙ contra indigētē sensu nō ē disputandum g̊ ⁊c̄. Itē quia sic dicere ē dubitare nō de vno particulari ente. sed de toto ente ⁊ ē inducere errorē contra oēs scientias. naz omnes scientie quodāmodo motu vtuntur patet in scientijs pꝛacticis que dirigunt aliquos motus. patet etiā de phisica que naturā motus speculatur. ⁊ etiam mathematica aliquotiens motu vtitur. vt cū dicit ex fluxu imaginato puncti causare lineam etiā dialectica ⁊ rethoꝛica vtuntur opinionibus. ⁊ opiniones inducant. sed opinio est quidam motus vel nō est sine motu. ergo negans motū errorē inducit contra omnē scientiā ⁊ dubitationem de toto ente. sed talē erroꝛem impꝛobare spectat ad methaphisicum ⁊ nō ad phisicuz. g̊

Tertio nullus specialis artifex hꝫ disputare cōtra negātes sua pꝛincipia. sed motum eē est pꝛincipiū in phisica. nam phisicus supponit naturā esse pꝛicipiū motus. Quarto ita dicentes vt fuit Mellissus ponūt motū saltē in aia. quia lꝫ dicant motū nō eē realiter. tn̄ dicunt ipm esse sm opinionem ⁊ fātasiam. sed opinio est motus rationis ex aliq̄bus exterioꝛibus pꝛouemens. et fantasia est motus a sensu sm actum factus. g̊ sic negātes motū ponūt motū esse.

Conclusio secūda. dicere omīa semper moueri ⁊ nihil quiescere est cōtra naturalē philosophū. Patet quia ad sensū manifestū est aliqua quiescere. Itē natura ē pꝛincipium motus et quietis. ergo quies naturalis est. ⁊ per consequens omnino negare quietem ē dicere cōtra pꝛincipia phisice. Verū ē tn̄ ꝙ natura pꝛius ē pꝛincipiuz motus ꝙ̄ quietis. iō hec positio est minꝰ irrationabilis ꝙ̄ pꝛecedēs. etiā q꞉ sunt aliqui parui motus latentes ⁊ sic dubitamus aliq̄ quiescere. que tamē mouētur. quia tamē Eraclitus nō determinauit qui motus nos latēt ⁊ qui non. sed dixit vniuersaliter oēm motū nos latere. ita ꝙ oīe ens continue ⁊ semꝑ mouetur ⁊ nihil q̇escit. iō in hoc irrationabiliter locutus est. Et hoc impꝛobat phs. Pꝛio de augmento ⁊ decremento in quibꝰ magis

aufert Eraclitus suam positōem. Dicit eniz
omne qđ augeť cōtinue augeri ſm quālibet
partem ꝑportionabilē tempi in quo augeť.
qđ ostendit Aristo. esse falsum per duo exē⸗
pla. Nā si multitudo guttarū cauet lapidez
nō oportet quālibet guttā aliquid remoue
re de lapide. ſʒ bene disponit ad cauationē ⁊
tota multitudo cauat. Similiter si arbor na
scens inter lapidez per aliqđ tēpus diuidat
lapidē non oportet ꝙ in qualibet parte tem
poris aliquid diuidat. ſʒ bene disponit ad di
uisionē ⁊ i toto diuidiť. Ergo similiter si ali⸗
quid in anno augeať ſm quātitatē digitalez
nō oportʒ ꝙ augeať in qualibet parte ꝑpor⸗
tionabili illi⁹ āni ſm partē illi⁹ quātitatis. ſʒ
bene in q̄libet parte disponiť vel augeť. Si
militer idem ostēdit de alteratōe. Nam si ali
quid altereť i aliquo toto tēpore ꝙuis illud
qđ alterať diuisibile sit in infinituz nō tamē
oportet ꝙ ſm quālibet partē ꝑportionalem
illius qđ alterať diuidať alteratio. ita ꝙ in
prima parte ꝑportionali altereť prima pars
corpis ⁊ in secunda alia pars. ⁊ sic in infini
tuz. Potest eñ alteratio esse ita velox ꝙ om
nes partes alterabiles simul alterant. vt in
cōgelatōe aque. Et si arguať ꝙ dictū est in
sexto ꝙ motus ꝯdiuidiť mobili tēpori ⁊ rei
ſm quā est motus. Rñdetur ꝙ in sexto agiť
de motu in cōmuni nō applicādo ad aliqua
ꝑticularia mobilia. ıđo ibi dicta sunt de mo
tu ꝙtum ad ea q̄ sibi non repugnāt ſm cōez
rationē motus. Hic aūt agiť de motu ipm ap
plicando ad aliqua specialia mouētia ⁊ mo
bilia quib⁹ repugnat semꝑ ⁊ cōtinue moue
ri. qđ satis patʒ ꝑ duas rōnes positas in se⸗
ptimo. Itē cum aliq̄d sanať tendit ad sani
tatem ⁊ nō ad aliud. ergo cū ad eam ꝑuenit
necesse est quiescere. nam vt đr in sexto muta
tio inter cōtraria nō potest esse infinita. Silr
dum lapis indurať non semꝑ fit durus. sed
terminať motus. ergo illud qđ alterať non
semꝑ ⁊ cōtinue alterať. Idem patʒ ex parte
motus violenti. q: nullus motus violentus
perpetuo durat. Itez omē corpus habet lo
cum naturalē vel ꝑpriū in quo diu est quie⸗
scit. ⁊ a quo nō remoueť nisi per violentiaz.
ſʒ manifestū est ad sensum aliqua corꝑa esse
in suis locis naturalibus. ergo manifestū est
ipa quiescere. ergo irrationabile ē dicere om
nia semꝑ moueri ⁊ nihil quiescere.

Conclusio tertia. irrationabile
est dicere omīa que moueť semꝑ moueri: et
que quiescūt semꝑ quiescere. Patʒ primo ex
p̄cedentibus. q: sensus iudicat oppositum.
Item sic dicens destruit augmentuz. quia si
ita esset oporteret augmentatōem esse quā⸗
titatem infinitam. ⁊ etiā destruit motū loca⸗
lem violentū. destruit etiam generatiōem et
corruptōem. nam generatio est motus de nō
esse ad esse. ſʒ corruptio per oppositu. ideo
qđ corrūpitur ꝑ p̄cedens tēpus fuit ens. et
qđ generať per aliqđ tempus fuit non ens.
ſʒ qđ per aliqđ tempus est ens vel non ens
quiescit vniuersalr loquēdo de quiete. ergo
si ē impossibile omē qđ quiescit moueri erit
impossibile aliq̄d generari vl corrūpi. Et cū
in omī motu sit generatio ⁊ corruptio vl sim
pliciter vel ſm quid. sequiť ꝙ sic dicens de⸗
struit motum. ⁊ vt habet pħus querere rati⸗
onem cōtra illud qđ patʒ ad sensuz est signū
hominis non potētis discernere inter meli⸗
us ⁊ peius. ⁊ credibile ⁊ incredibile. ⁊ prin⸗
cipiū ⁊ nō principiū. manifestū ⁊ non mani
festum. Ideo dicit. p. ꝙ p̄cedens cōclusio et
ista vna cū fide ꝑbari non possunt. qđ patet
ad sensum. Nec oportʒ oīa que moueť sem
per moueri nec omīa quiescētia semꝑ q̇esce⸗
re. ſʒ manifestū est aliqua qñq3 moueri: qñq3
quiescere. Et sic tria mēbra p̄dicte diuisiōis
dici nō pñt. Quartū mēbrū improbať poste
rius. ⁊ vt dicit pħus coincidit cum positiōe
Empedoclis. prius improbata de vniuersa
li amicicia ⁊ inimicicia.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā patuit solutio q̄liter illa diuisio ē
reducibilis ad bimēbrez. ⁊ etiaz auctoritas
illa intelligiť de diffinitōe data ꝑ opposita ⁊
⁊ nō ꝑ modos diuersos: vt est p̄sens. Ad
secundā ptʒ etiā solutio ex dictis. q: q̄ttuor
prima mēbra sunt irrationabilia. Et ad hoc
qđ dicebať ꝯtra q̄ntū đ: ꝙ imobile ⁊ quie⸗
scens nō cōuertunť. ſʒ imobile se habet vt su
perius. Sequiť text⁹.

Queritur quarto vtrum omne

qđ mouetur moueať a motore distincto ſm
esse ⁊ diffinitōez: vl ſm diffinitōem tm̄. Ar
guitur ꝙ nō. quia animata moueť a seipis
per se ⁊ naturaliter. ergo in ipis mouens nō
distinguiť a moto nec ſm rem nec ſm diffini
tionem. Ad oppositum arguitur per pħm
in secūdo caplo secūdi tractat⁹ hui⁹ octaui.

Pro responsione sciendū ē primo ꝙ postꝙ̄ Aristo. improbauit tria prima mēbra diuisionis posite in questiōe p̄cedenti. Cōsequēter manifestat aliqua necessaria ad improbatiōem quarti mēbri ⁊ ad probationem quinti mēbri. in quo vt dicebatᷣ stat tota intentio residui huius operis. scʒ in demonstratiōe ꝙ in ordine entium est dare aliqͦd omnino imobile. ⁊ aliquid qͦd semper mouetᷣ. ⁊ aliquid qͦd quādoqʒ quiescit: quādoqʒ mouetur. Ad cuiꝰ demonstratiōem oportet p̄cognoscere ꝙ omne qͦd mouetur ab alio moueatur. Et licʒ in septimo quadaʒ ratione cōmuni sumpta ex parte motus in cōmuni ⁊ absolute cōsiderati illud ꝓbatuʒ fuerit quia tamē in hoc libro iam incepit agere de motu per comparatōem ad mouentia ⁊ mobilia. ideo merito ostendit Aristoteles illaʒ cōclusionem esse veram vniuersaliter in omnibus mobilibus ⁊ mouētibus. Pro cuiꝰ ostensiōe in lr̄a ponit tres diuisiones mouētium ⁊ mobiliū. Prima mouentiū ⁊ mobilium quedaʒ mouent ⁊ mouentᷣ per se. quedam vͦ per accidens. Unde per accidens mouere vl' moueri cōtingit dupliciter. vt patet in principio q̇nti. Secūda diuisio eorum que mouentᷣ quedam mouentᷣ a seipis vt animata. quedaʒ vͦ ab alijs vt inaīata.

Tertia diuisio est eoꝝ que mouētur quedam mouētur ꝯm naturā. quedam vͦ extra naturam ⁊ violente. Et hanc diuisionē manifestat Aristoteles in his que a se mouentur ⁊ in his que ab alijs mouentᷣ. cum omīs motus naturalis sit a principio intrinseco: ea que a seipis mouentᷣ manifestuʒ est naturaliter moueri. vt sunt animalia que mouentur ab anima q̄ est eorum natura ⁊ forma intrinseca. Ueruʒ est tamē ꝙ si referatᷣ corpus aīalis ad animā que est forma totius animalis sic motus ab ea sibi inflexus est natural'. quia vnūquodqʒ naturalitᷣ mouetur ab eo ad cuius actuʒ est in potentia naturali. Si vͦ referatur corpus animalis ad quattuor elementa cōponentia ipm: tunc moueri potest ꝯm naturam ⁊ violente. nam si in eo dominetur terra naturaliter deorsum mouetur ⁊ violente sursum.

Sciendu ʒ est secundo ꝙ p̄sens diuisio reperiri potest in partibus animaliū ꝯm diuersas dispositiōes ⁊ modos motuuʒ ipaꝝ partiū. Homo enīʒ natural'r flectit brachia anteriꝰ: tibias ⁊ posteriꝰ. Equus vͦ tibias anteriores flectit posterius ⁊ posteriores flectit anterius. ⁊ si cōtrariū accideret in istis partibus hoc fieret violēte. In his vͦ que ab alio mouentᷣ manifeste repitur p̄sens diuisio vt terra natural'r mouetur deorsuʒ ⁊ violente sursum. Et sic patʒ ꝙ naturale ⁊ violentum reperiūtur in aliquibus que per se mouentᷣ siue a se siue ab alio moueātᷣ. Ostēso gͦ ꝙ in omī motu taʒ naturali ꝙ̄ violento mouens distinguitᷣ a motu vl' ꝯm diffinitionem. vel ꝯm esse. vel ꝯm esse ⁊ diffinitōem simul. ostensuʒ est sufficiēter ꝙ omne qͦd mouetur ab alio mouetᷣ De his vͦ que ꝑ accidens mouentᷣ non fit mentio. quia talia non mouerentᷣ nisi quia quedaʒ mouentᷣ per se.

Est tamen aduertendū ꝙ mouens distinguitᷣ a moto ꝯm diffinitionē tm̄ quādo coniuncta sunt ꝯm esse mobile ⁊ mouens. tamē illius qͦd mouet ⁊ illius qͦd mouetur rationes formales sunt diuerse. sicut de anima ⁊ corpe. ꝗ distinguūtur ꝯm esse ⁊ diffinitionem qn̄ sepata sunt mouēs ⁊ mobile loco ⁊ subiectͦ. ⁊ rōnes eoꝝ sunt diuerse.

Tūc sit conclusio prima. ea que mouētur violente mouētur a motore distincto ꝯm esse ⁊ diffinitionem. Patʒ per diffinionem motus violenti. Uiolentum enīʒ dicitur cuius principium est extra non cōferente vim passo.

Conclusio secūda. ea que naturaliter ⁊ a seipis mouentᷣ mouentur a motore distincto ꝯm diffinitiōem tm̄. Patet. quia in talibus mouēs ē ipa anima. ⁊ motum est corpus. sed rationes eorum sunt alie ⁊ alie. ergo cōclusio vera. Utrum auteʒ anima vniatur corpori vt forma vel vt motor mobili. vt nauta in naui: videbitᷣ in libro de anima. sed pro p̄senti sufficit ꝙ in animatis mouens distinguitur a moto ratione. ⁊ sic manifesta sunt duo mēbra diuisionis. Sed de tertio. s. de motu naturali inanimatoꝝ grauiuʒ ⁊ leuiū vt dicit Aristo. est maius dubiū an a se vel ab alio moueantᷣ.

Pro quo sit cōclusio tertia. grauia ⁊ leuia simplicia in suis motibus simplicibus non mouentᷣ a seipis. Probatᷣ quattuor ratiōbus pbi. Prima ē. mouere se per-

tinet ad ratiōem vite. ⁊ est ꝓpriū animatoꝝ. quia motu ⁊ sensu animatū ab aīato distinguitᷣ. ſ; grauia ⁊ leuia simplicia nō sunt animata. ergo. Secūda ratio. oēe mouens seipm localiter potest sibiipi esse causa statꝯ et quietis. Unde sicut animata per appetitum suum moueri incipiunt ita ⁊ quiescunt. Sȝ grauia ⁊ leuia ⁊ simplicia non possunt sibiipis esse causa quietis nam ipa existentia extra locum naturalē non quiescunt nisi ab extrinseco detineātur. ergo a seipis non mouentur. Tertia ratio. irrationabile est dicere ea que a seipis mouentur. moueri tm̄ ad vnā differentiā positōis. q: ab ea non determinatᷣ eis motus ſ; ad motū seipa determināt. ideo hoc modo vł alio moueri pn̄t. ergo si grauia ⁊ leuia simplicia moueantᷣ a seipis mouentᷣ ſm plures differētias positionum. qꝺ falsū est. ergo. Quarta ratio nullū vere cōtinuū ſm quātitatē ⁊ formā qꝺ. s. est penitus eiusdē ratiōis in oibus suis partibus moueri potest a seipo. ſ; grauia ⁊ leuia sunt hmōi. ergo. Maiorē probat phūs. q͛a mouens se habet ad mobile vt agens ad patiens. Agens ṽo est quodāmodo diuersum seu cōtrariū ipi passo. ergo ea que sunt penitus eiusdē dispositōis in seinuicē agere non possunt. ideo aīalia que a seipis mouentᷣ magis dicuntᷣ cōtacta ꝙ̄ cōtinua ꝓpter diuersitatē dispositionū partiū animalis. vt si grauia ⁊ leuia in suis motibꝯ naturalibus non mouerentᷣ a seipis. A quo ṽo moueantᷣ videbitur in sequēti questiōe. Ex ista cōclusione sequitᷣ ꝙ mixta inaīata nō mouentᷣ a seipsis. patȝ. quia non habent motū nisi virtute elementi p̄dominantis.

Ad rationes ante oppositum: dictum est de ly perᷣ se qꝺ vel accipitᷣ vt opponitᷣ ad ꝑ accidēs tantū. ⁊ sic animata mouentur a seipis ⁊ per se. vel accipitᷣ vt opponitur ad per accidens ⁊ per alterū. vt idem est per se ꝙ essentialiter et primo. et sic non mouentur animata a se et per se sed ſm alterum. Sequitᷣ textus.

Queritur quinto vtrū grauia ⁊ leuia simplicia per se moueantᷣ a generante ⁊ per accidēs a remouēte ꝓhibens. Arguitur ꝙ nō grauia possunt moueri a generāte corrupto. ergo ab ipo nō mouentᷣ. Secūdo sic. motus naturalis est a principio intrinseco. ſ; generans est extrinsecū genito. ergo ⁊c̄. Cōtingit graue sua grauitate moueri ꝓhibēs. puta frāgere trabē. cum ḡ grauitas sit ꝑ se principiū generis: sequitᷣ ꝙ in illo casu graue ꝑ se mouetᷣ a remouente ꝓhibens. Ad oppositū est phūs in lr̃a.

Pro rn̄sione sciendū est primo ꝙ postꝙ̄ phūs probauit grauia et leuia nō moueri a se: cōsequēter ostendit a quo moueantur. Pro quo sciendū est ꝙ sicut mobilium quedā mouentᷣ ſm naturā ⁊ quedā extra naturā. ita est de mouētibus. Unde illa mouent ſm naturā que suas formas imprimūt mobili naturaliter susceptiuo. ad quas naturaliter sequūtur tales motus naturales. sicut actu calidū mouet potentia calidū. ſ; extra naturā mouent illa mouētia que non imprimūt mobili formas naturales ad quas sequūtur naturalitᷣ tales motus. sicut corda arcus mouet sagittā. Unde patet ꝙ illud dicitur violente moueri cuiꝯ motꝯ est extra naturalem potentiā eius. sicut graue qꝺ mouetur sursū. Sed ſm naturam dicuntᷣ moueri quecūꝗ mouentᷣ in ꝓprios actus ad quos sunt in potentia ſm naturā ꝓpriā. Ex quo iterū patet ꝙ ad hoc ꝙ aliquis motus sit naturalis oportet ꝙ in ipo mobili sit potentia naturalis ad talē motū. Nec sequitᷣ ꝙ in se habeat principiū actiuū illius motus: ſ; sufficit passiuū inclinatiuū naturaliter ad talē motum. Tertio patet ꝙ cum oēe qꝺ mouetur sit in potentia ⁊ in actu. sequitur ꝙ nihil a se per se p̄mo mouetur. quare sequitᷣ ꝙ grauia ⁊ leuia ⁊ generaliter omne qꝺ mouetur ab alio mouetur.

Sciendum est secundo ꝙ aliq̇d dr̄ esse in potētia dupłr. Siue in potētia eēntiali sicut ad actū primū q̇ est forma. ⁊ in potentia accidētali siue ad actum secundū qui est oꝑatio cōsequēs formā. Aliter est enim in potentia ille qui addiscit ⁊ nondū habet scientiam. ⁊ aliter ille qui habet habitū sciētie: ſ; non cōsiderat. Similiter in phisicis aliter est in potentia ad calidum qꝺ est actu frigidum. ⁊ aliter id qꝺ habet actu formā calidi ⁊ non calescit. Similiter in ꝓposito aliter est in potentia leue illud qꝺ est actu graue. ⁊ aliter illud qꝺ habet iam formā leuis. ſ; non mouetur sursū. Unde de prima potentia nihil reducitᷣ ad actum nisi per p̄sentiam agen

tis extrinseci qđ est actu tale quale est alterū in potentia. Sed de potētia secūda aliquid reducit per seipm in actū nisi sit aliquid impediens. vt nondū habēs scientiā nō acquirit eam nisi per aliqđ generans ipam. ꝫ dum habet habituz scientie dū vult statim cōsiderat nisi aliquid impediat. Similiter in ꝓposito qđ nondū habet formā leuis per seipm non acquirit formā. quia de prima potentia nihil potest se reducere in actū sed oportz ꝙ efficiat in actu per generans aliqđ quod est actu tale. Et quia dans formā dat per se cōsequētia ad formā. vt sunt motus ⁊ loc⁹ statim dum aliquis habet formaz leuis mouet sursum nisi aliqđ impediat. Unde patz causa quare grauia ⁊ leuia mouent ad ꝓpria ⁊ determinata loca. hui⁹ enim causa est natura eoꝝ. q2 natura grauis est esse deorsum ⁊ natura leuis est esse sursum.

Tunc sit cōclusio prima. grauia ⁊ leuia simplicia in potētia essentiali mouētur ad formā grauis ⁊ leuis a se ⁊ ꝑ se in genere cause materialis ꝫ non in genere cause formalis vel efficiētis. Primū patz. q2 in se habent materiā que est in potentia naturali ad formaz grauis ⁊ leuis. Secundū probatur. q2 nihil de pura potentia potest se reducere ad actū. ergo talia non mouent a seipis ad formā effectiue aut formaliter.

Conclusio secunda. grauia ⁊ leuia simplicia in potentia accidētali mouent a se ⁊ ꝑ se in genere cause formalis ⁊ materialis. Patz. q2 in se habēt formas ad quas sequūtur naturalit tales mot⁹. habēt etiaz naturaliter inclinatōem ad talē motū.

Cōclusio tertia. grauia et leuia simplicia in potētia accidētali per se mouentur effectiue a generāte. ⁊ per accidens a remouente ꝓhibens. Prima pars patz. qa dans formā dat cōsequētia ad formā. ꝫ generans grauia dat eis formas. ergo dat eis etiam motus cōsequētes ad tales formas. ergo effectiue ꝑ se mouent a generāte et nō a se. quia a seipis non habēt formas grauis ⁊ leuis cum nihil det sibiipi formā. Ex quo patz ꝙ non mouent a se in genere cause finalis. quia finis non mouet nisi ꝫm ꝙ est in efficiente. Secūda pars patz. quia remouēs ꝓhibens ipm remouēdo non imprimit graui aut leui formā aliquā ad quā ꝑ se sequat talis motus. ergo nō mouet per se ꝫ per accidens tm̄. Unde dicit textus ꝙ est sim lie sicut de motu spere repcusse a pariete. paries eniz nō imprimit aliquē impetuz ipi spere. ꝫ impetū impssuz a primo ꝓhibente impedit. ideo facit sperā moueri in motū oppositū. et sic mouet spera a pariete per accidēs. Sz cōtra pdicta argueret. quia sicut materia est principiū agendi. ergo cū graue existens in actu primo habeat materiā ⁊ formā grauis sequit ꝙ mouet a se passiue ratōe materie. ⁊ actiue ratōe forme. Rñdetur ꝙ sicut actio ⁊ passio bene sunt idez subiecto. ꝫ differūt formaliter. ita idem materialit ꝫm diuersas habitudines potest habere principiū passiuuz ⁊ actiuū alicui⁹ motus. Forma enim grauis ⁊ leuis relata ad generans cui⁹ est effectus ⁊ instrumentū per virtutē generātis in ea impressaz ⁊ cōseruatam per virtutez superiorū ⁊ vniuersalis generātis bene est principium actiuū motus sub motiōe vniuersalis generantis ⁊ nō aliter. Hoc modo grauitas ⁊ leuitas bene dicūtur q̄litates actiue ⁊ passiue ideo generāte pticulari corrupto adhuc mouent grauia ⁊ leuia. ꝫ forma grauis ⁊ leuis accepta ꝫm gradū ꝓprie ꝑfectōis relatū vt actu sibi inherēs est principiū passiuū mot⁹. ⁊ motus eius se habēt solū per modū inclinantis materiā ad talem motū. Et hoc modo intelligit dictū pħi ꝙ grauia ⁊ leuia hn̄t principiū motus nō mouēdi nec agendi. sed patiendi tm̄. Et sic grauitas et leuitas non sunt qualitates motiue. ꝫ in ordine ad motū grauis ⁊ leuis reducunt ad genus cause materialis tanꝙ dispositōes ⁊ inclinatōes materie ad talem motū. Et istā imperfectiōem scz ꝙ virtute ꝓpria non sunt ꝓpria principia motus habēt ꝓpter materialitatē illarū formaruz. Sunt eñi tā vicine materie prime ꝙ penitus sunt imerse materie non habentes eleuatōez sufficiētē sup materiā vt in ea possint esse principia alicui⁹ mot⁹. formale eniz actiuū principiū alicui⁹ mot⁹ ē in aliqua materia eleuatū. ⁊ habet dominiū supra materiam. quia agens est nobilius et pstātius suo passo. Unde oīs anima eleuata est sup. a materiā suā. idō pt esse pncipiū alicui⁹ mot⁹ in materia siue forma. Ex quibus ptz ꝙ superflue dixerūt nomiales aliquid moueri a se dupliciter. Uno modo q2 est diuisibile in ptez per se mouentē ⁊ partē per se motā. ⁊ sic gra-

uia ⁊ leuia nō a seipis mouent̄. Alio modo dicitur aliq̄d a se moueri. quia potest incipere suū motū ⁊ sic grauia ⁊ leuia mouet̄ a se.

Unde pt3 ꝙ grauia ⁊ leuia ꝑ se mouētur a generante. ⁊ ꝙ eoꝝ motus ē naturalis. ⁊ ꝑ accidens mouet̄ a remouente ꝓhibens. ⁊ si sua grauitate frangit detinens vt arguebatur an̄ oppositū adhuc mouet se ꝑ accidens q2 sibi accidit inquātum mouet̄ ꝙ grauitate sua frangit detinens. nā q̄d ꝑ se frangit trabē nō req̄rit sibi aliquā formā ad quā seq̄t̄ talis motus. Ex dictis in p̄cedenti ꝯclusione ⁊ in ista pt3 cōclusio hic principalit̄ intēta. s. ꝙ oē q̄d mouet̄ siue naturaliter siue non mouet̄ a motore distincto vel s̄m diffinitōe3 tm̄ vel s̄m esse et diffinitiōem simul. Rationes ante oppositum solute suut.

Non oē mouens mo.

Sequitur textus.

Queritur sexto. vtrū omne mouens moueatur. Arguitur ꝙ sic. quia omnis actio in motu firmat̄. ergo et oē agēs ⁊ per consequens omne mouens mouetur.

Secundo sic. actio ⁊ passio sūt idē subiecto. s3 oē patiens mouet̄. ergo et oē agēs et ꝑ consequens omne mouens. Ad oppositū arguitur in littera.

Pro responsione sciēdū est primo. ꝙ postq̄ ꝯsum ē oē q̄d mouet̄ ab alio mouet̄ siue ab extriseco siue ab itrinseco. Cōsequenter ōndit aristoteles ꝙ ē deueniendū in ordine mouentiū ad aliquod primu3 q̄d est immobile. vel si moueatur non tamen ab alio. sed a seip̄o mouetur. et dicitur illud nō moueri ab alio quod mouetur a motore intrinseco. Pro cuius declaratione ponit aristoteles hanc diuisionē mouentiū. q2 contingit aliquid esse mouens duplicit̄. Uno mō nō ꝓpter seip̄m. i. virtute ꝓpria. sed inquantum mouetur ab aliquo alio mouente. Alio mō aliquid mouet ꝓpter seip̄m. i. ꝓpria virtute. ita ꝙ non habet virtute3 mouendi ꝑ se ꝙ ab alio mouet̄. exemplū de primo vt baculus mouet lapidem ꝑ hoc ꝙ a manu mouetur que etia3 mouetur ab homine. homo aūt mouet nō ꝙ ab alio moueat̄. ideo dicit̄ mouens ꝓpter seip̄m. et tali debet dici mouens primū q̄d quandoq3 mouet per plura media vt hō pōt mouere lapidē ꝑ manū et baculū. quandoq3 aūt per vnicū mediū vt homo sola manu pōt mouere lapide3. ⁊ hec mouentia media q̄ virtutē mouendi nō habent. nisi per hoc ꝙ ab alio mouentur sunt mouentia secunda. ideo vocantur instrumēta. et ideo primum mouēs magis mouet q̄ ista secunda hoc patet duplici ratōe text⁹. Prima quia primum mouens mouet secundū et non econtra. ergo ⁊c. Secūda quia secundum non potest mouere sine primo a q̄ habet virtutem mouendi. sed primum pōt mouere sine secundo.

Tūc sit cōclusio prima. in ordine mouentiū necesse est vnū esse quod n̄ moueatur ab alio. et sic optet vel ꝙ sit imobile vel ꝙ a seip̄o moueat̄. Patet. nam si oē mouens ab alio moueretur. sic ꝙ nullū mouēs moueret nisi ꝑ hoc ꝙ ab alio moueret̄: seq̄retur ꝙ in mouētibus eēt ꝓcessus in infinitum ⁊ sic nō esset dare primū mouens. et sic primū mouēs nō moueret. nec etiā secūdū ergo nihil mouebit. ergo vniuersaliter tolleretur motus q̄d ē impossibile. ergo ē impossibile omne mouens moueri ⁊ ab alio moueri. g̊ optet ꝙ sit aliquod mouēs immobile vel si moueat̄ a seip̄o necesse ē ꝙ in ordine mouētiū q̄ mouent̄ illud sit primū. q̄d p3. q2 causa ꝑ se prior est ea q̄ est per aliud. ergo illud q̄d mouet ꝑ hoc quod mouet̄ a se prius est illo quod mouet ꝑ hoc q̄d mouet̄ ab alio et illud quod mouet ꝑ hoc ꝙ a se mouet̄ a se habet virtutē mouendi. illud vō quod mouet per hoc ꝙ mouetur ab alio habet virtutem mouendi ab alio.

Conclusio secunda. si in ordine entium mouentiū dabile sit vnum quod nō mouet̄ ab alio. sed a seip̄o hoc est primū mouens in genere phisico. tamē necesse est pret illud dare vnum mouens q̄d nō moueatur. nec a se nec ab alio. et sic nō omne mouens mouet̄. Patet conclusio. q2 si omne mouēs mouet̄ sic ꝙ nullū mouens moueret nisi motū vel cōueniret oī mouēti moueri ⁊ nō mouere. nisi motū ꝑ accidēs aut ꝑ se. Si ꝑ accidens cū id q̄d cōuenit alicui ꝑ accidens sibi cōtingenter ⁊ nō ex necessitate ꝯueniat. seq̄tur ꝙ poterit nō cōuenire. S3 possibili posito in esse n̄ seq̄tur impossibile. ponat̄ g̊ aliq̄d mouēs q̄d nō moueat̄. seq̄t̄ ꝙ adhuc mouebit. g̊ n̄ oē mouēs mouet ꝑ h̄ ꝙ mouet̄. vel si dicat̄ oppositū seq̄t̄ h̄ ip̄ossibile. s. ꝙ nō mouebit. ergo nō erit mot⁹. ergo incōueniēs est

dicere om̄e mouens moueri ⁊ nō mouere ni
si per hoc ꝙ ab alio moueat̃. cum ꝑ accidēs
hoc sibi cōueniat. Secūdo quādocūq̄ ali
qua duo sibi accidūt si vnū repiat̃ sine alio
ita ⁊ alterū sine illo. dum tñ vtrūq̄ vtriq̄ ac
cidat. qđ dicit̃ ꝑpter materiā ⁊ formā subam
⁊ accidēs. Si ergo mouere ⁊ moueri sibi jn
uicem accidant poterit dari mouens jnmo
bile. Tertio patꝫ testimonio Anaxagore.
ponentis intellectū agentem impassibilē vt
om̄ia moueret ⁊ imixtū vt imperaret. Si
vero dicat̃ secundū membrū p̄dicte diuisiōis
scꝫ ꝙ om̄e mouens per se moueat̃ ex necessi-
tate sequūtur multa incōuenientia. Primo
vel mouet ⁊ mouetur eadeꝫ specie motus. vel
ſm vnam mouebit ⁊ ſm aliam moueret̃. Si
dicatur primū tūc descendēdo vsq̄ ad speci
es specialissimas motus. sequeret̃ ꝙ docēs
geometricā addisceret geometriā. et sanās
sanaretur. et ꝑiiciens ꝑiiceret̃. que oīa sunt
incōuenientia. Nam de ratōe docētis est ha
bere scientiaꝫ quā docet. ⁊ de ratione addi-
scentis est non habere illam. Iteꝫ nihil mo
uet nisi ſm ꝙ est in actu. ⁊ nihil mouetur ni-
si ſm ꝙ est in potentia. ſ; impossibile est ideꝫ
esse in actu ⁊ i potētia. ergo impossibile est
idem mouere ⁊ moueri per se ſm eandē spe-
ciem motus. Si vero dicat̃ secundū membrū
scꝫ ꝙ ſm vnā speciē moueat ⁊ ſm aliaꝫ mo-
ueatur. cum non sint infinite species mot⁹ si-
cut nec infinite species rerū ſm quas est mo-
tus. sequit̃ ꝙ tandeꝫ deueniret̃ ad aliqđ mo-
uens qđ non moueret̃ ſm aliquā speciē mo-
tus. ⁊ sic haberet̃ mouens imobile. ⁊ nō om
ne mouens ꝑ se de necessitate moueret̃. Nec
valet dicere ꝙ cum deficerēt om̄es spēs mo-
tus fieret reditus ad primā. vt si primuꝫ mo-
tum moueat̃ localiter distributis om̄ib⁹ spe-
ciebus motus per diuersos motores motor
qui erit residuus mouebit̃ iteruꝫ motu loca
li. Cōtra hoc replicat Aristo. quia sic idem
est dicere ac si diceret̃ idem mouere ⁊ moue-
ri ſm eandē speciē motus. quia vt prius di-
ctum est primū mouens magis mouet q̄ se-
cundū. ⁊ ita vltimū magis mouet in virtute
primi q̄ ꝑximū. ⁊ tñ sic capiendo primū mo
uens moueret̃ ſm eandē speciē motus qua
aliqđ eoꝝ mouet̃. ergo moueret ⁊ moueretur
ſm eandē specieꝫ motus. qđ est idem dicere
ac si diceret̃ docens addiscere. ⁊ sanans sa-
nare. ⁊ edificans edificare. qđ est impossibi-
le. ergo non om̄e mouens per se mouet̃. nec
semꝑ mouet ꝑ hoc ꝙ ab alio mouetur. ergo
impossibile est om̄e mouēs mouere ꝑ hoc ꝙ
mouet̃ eo ꝙ ꝑ accidens sibi cōuenit. ⁊ sic ali
quid pōt mouere absq̄ hoc ꝙ moueat̃. ergo
potest dari mouens imobile.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā dicit̃ ꝙ omnis actio firmat̃ sicut
causa in effectu in motu mobilis. ſ; non fir-
matur in motu mouētis. Ad secundā cō-
ceditur ꝙ actio ⁊ passio sunt idem subiecto.
ſ; illud subiectū est motus qđ est in mobili ⁊
non in mouēte. Sequit̃ text⁹.

Queritur septimo vtrum omne

mouens seipm̄ diuisibile sit in partē ꝑ se mo
uentem ⁊ in partē per se motā. Arguit̃ ꝙ
non. celū mouet seipm̄ ⁊ tamen non est sic di
uisibile. ergo. Secundo sic. homo est mo
uens seipm̄ ⁊ tamē non sic diuidit̃. cum ani-
ma sit tota in toto et tota in qualibet parte.
Tertio sic. elementa diuidutur in partem
mouentē ⁊ in partem motā. s. in materiaꝫ et
formā. ⁊ tñ nō mouent seipā. ergo ⁊c̄. Ad
oppositū arguit̃ ꝑ ꝑh̄m in textu.

Pro responsione sciendū ē pri

mo ꝙ postq̄ ꝑh̄us in ordine mouētiū ⁊ mo
biliū ostendit ꝙ nō est ꝑcedere in infinituꝫ.
ſ; deueniendū est ad aliqđ principiū mouēs
qđ vel est imobile vel solum mouet̃ a seipō.
Cōsequēter ostendit ꝙ liceꝫ omne mouēs pri
mū moueat̃ a seipō. tamē primū mouēs sim
pliciter est imobile ad minus ꝑ se. q; in eo ꝙ
dicit̃ mouere seipm̄. licet totū dicat̃ mouere
seipm̄. tamē in eo est dare partē mouentē im
mobileꝫ per se. ⁊ partē per se motā que non
mouet. ⁊ sic totum non est primū mouens. ſ;
illa pars que mouet.

Tūc sit ꝯclusio prima. omne mo

uens seipm̄ est diuisibile in partē ꝑ se mouē-
tem ⁊ in partē per se motaꝫ. Patꝫ. quia si ali
quis moueat seipm̄ vel totuꝫ primo ⁊ per se
mouet totū vel vtraq̄ ps mouet aliā recipro
ce. vel q̄libet ps mouēs seipam. vel vna ps
mouet ⁊ non mouet̃ ⁊ alia mouet̃ ⁊ nō mo-
uet. Nullū prioꝝ triū potest dici. ergo relin
quitur quartū membrū. Nec oportꝫ huic di
uisioni addere hec duo mēbra. s. ꝙ totū mo-
ueat partem vel pars totū. quia improbatis
primo ⁊ tertio mēbris satis improbant̃ hec

duo. Pars eniꝫ non potest mouere totū nec totā partē q̇n vna ꝑs moueat seip̄aꝫ. Im⸗probaꝛ ergo primū membꝛū primo sic cum idem sit actus in numero mouentis ⁊ mobilis. si totū p̄imo ⁊ ꝑ se moueat totū illud ſm eundē motū in numero moueret et moueretur puta idem ſm candē sanitateꝫ sanaret ⁊ sanaretur: ⁊ idem ſm eandē scientiā doceret ⁊ doceretur. q̄ꝺ est incōueniēs. q̇a mouens ⁊ motum quādam oppositiōem impoꝛtāt siue habent. ideo si aliq̇d mouet ⁊ moueaꝛ necessario opoꝛtꝫ ꝙ illi⁹ sit alius mot⁹ numero quo mouet ⁊ alius quo moueꝛ. sicut est alius motus numero quo baculus mouet lapidem ⁊ quo moueꝛ a manu. Secūdo sic. omne mobile moueꝛ ſm ꝙ est in potentia. cū ergo nihil reducat se de potētia in actū opoꝛtet mouens esse in actu quodāmodo ſm id ad q̄ꝺ mouet mobile ⁊ ad q̄ꝺ mobile est in potentia. ſ; nihil idem inq̄ꝛtum ideꝫ est in actu ⁊ in potētia. ergo nullū totuꝫ pōt per se mouere seip̄m. Dicit aūt mouens esse in actu quodāmodo. q: aliter est in actu mouens vniuocū in quo est foꝛma ſm eādē ratōem que recipiꝛ in mobili. ⁊ aliter mouens equiuocū in quo nō est foꝛma ſm candē ratōem vt recipiꝛ in mobili: ſ; ſm quādam virtutē sup̄ioꝛē. Nec potest dici secundū membꝛū. Patꝫ primo. q: si vtraq; pars aīalis moueat recipꝛoce vna pars nō est magis mouēs ꝙ̄ alia. ⁊ tamē primū mouens magis mouet ꝙ̄ secundū. ⁊ ibi nō erit dare primū mouens. ergo nec secundum. ⁊ per ꝯn̄s mouens seip̄m non esset ꝓpinqui⁹ primo principio motus ꝙ̄ illud q̄ꝺ moueꝛ ab alio. ⁊ tamē prius dicebaꝛ ꝙ mouens seip̄m est primū in oꝛdine mobiliū. Secundo si mouētis seip̄m pars que mouet ab alia moueaꝛ moueri non potest sibi ꝯuenire nisi per accidēs. quia si per se sibi cōueniret tunc nō moueret nisi ꝑ hoc ꝙ moueretur. ſ; q̄ꝺ mouet per hoc q̄ꝺ moueꝛ virtutē mouēdi habet ab alio tm̄. ⁊ ita sequiꝛ ꝙ ideꝫ ꝑ se moueret ⁊ moueretur eodē motu. q̄ꝺ imꝓbatū est. Si ergo pars mouēs moueaꝛ ab alia parte hoc sibi non cōuenit nisi ꝑ accidēs. ergo potest nō inesse. ⁊ sic mouētis seip̄m esset pars tm̄ mouens ⁊ pars mota tm̄. Tertio si mouentis seip̄m pars que mouet ab alia moueatur sic ꝙ non moueat nisi inq̄ꝛtum moueꝛ cum moueri sibi cōueniat per accidens ⁊ sic posset non moueri. sequitur etiam ꝙ poterit nō mouere. ⁊ sic penitus tolleretur motus. q̄ꝺ est impossibile. Quarto q̇a sequeretur ꝙ idē moueret ⁊ moueretur ſm eundeꝫ motum vt ꝓdictum est. Nec potest dici tertiuꝫ membꝛum. Primo quia si aliquod totuꝫ moueat seip̄m vel mouere sibi attribueretur ratiōe alicuius partis que seip̄am mouet. ⁊ sic totum non esset mouēs seip̄m. sed illa pars sola. vel sibi cōueniret ratione totius. ⁊ sic nulli parti cōueniret mouere se nisi per accidens. quare cum in ip̄o toto sit aliqua pars que moueat ⁊ alia que moueaꝛ. cum illa que mouet nō moueat se nisi per accidens. sequiꝛ ꝙ est per se imobilis. Secūdo si mouentis seip̄m quelibet pars seip̄am moueat vel vna pars. sequitur ꝙ ip̄m totum non erit primū mouēs seip̄m. immo illa pars tātū. ⁊ cum in mobili se ip̄m totum non moueat totuꝫ vt dictum est: opoꝛtebit in illa parte dare vnam parteꝫ que moueat ⁊ non moueaꝛ. et sic erit ꝓcedere in infinituꝫ. ergo in om̄i mouēte seip̄m est pars mouens ⁊ imobilis. ⁊ pars mota que nō de necessitate moueꝛ. ⁊ sic sequiꝛ quartuꝫ membꝛum diuisionis. ¶ Sed obijciꝛ contra hoc q̄ꝺ dictum est in vltima ratiōe. scꝫ ꝙ in mouente seip̄m est dare parteꝫ per se mouentem ⁊ partem per se motā que nō mouet. Nā animal seip̄m mouet ⁊ tamē in eo est aliq̄ pars mota que etiam mouet: vt nerui et musculi. quibus mediantibus anima coꝛpus mouet. Respōdet Aristoteles ꝙ licꝫ in aliquo mouente sunt tres partes modo ꝑdicto. tamen in primo mouēte seip̄m sunt tm̄ due. quaruꝫ vna mouet tm̄ ⁊ alia mouetur tm̄. ita ꝙ nihil mouet q̄ꝺ sit pars toti⁹ mouentis licꝫ possit mouere aliq̄ꝺ extrinsecuꝫ. Probatur. quia si totum. a. b. c. sit mouens seip̄m ita ꝙ. a. moueat tantū. ⁊. b. moueaꝛ tantū. ⁊. c. moueat ⁊ moueatur. tūc remoto ip̄o. c. adhuc. a. b. mouebit seip̄m. quare hoc totum. a. b. c. non erit primuꝫ mouens seip̄m. sed hoc totum. a. b. cui⁹ pars mouens non moueꝛ et pars mota non mouet. ergo in primo mouente seipsum sunt due partes tantū. vna mouēs ⁊ alia mota tantū. ¶ Sed contra obijceretur. quia in celo q̄ꝺ est indiuisibile ſm naturam nec motoꝛ est extensus ad extensionē mobilis. ⁊ sic nō est diuisibilis detur primuꝫ mouens seip̄m. ⁊ etiam in aīalibus imꝑfectis que anulosa dicūtur in quibus pars mouens quodāmodo est cōtinue extensa ⁊ diuisibilis sicut ip̄m

mobile. videtur ꝙ ibi non possit dari primū mouens seipm̄. nam pars sepata a toto adhuc seipm̄ mouet cum sit prior toto ⁊ diuisibilis in infinituz. ergo ibi non potest dari primū mouens seipm̄. Dicit̄ ꝙ in talibus est tātum vnuz primū mouens seipm̄ ꝭm actum. sed sunt plura ꝭm potentiam. dicit̄ vltra ꝙ ibi mouens est cōtinuū ⁊ extensum sicut mobile licz in q̄ntum continuū sit diuisibile in infinitum. quia per diuisionez auferri non potest natura cōtinui. tamē inq̄tuz naturale repugnat. s. cum quelibet virtus naturalis ad exercitiū sui operis in materia requirat determinatam quātitatem. a qua si deficiat non plus habebit suam operatōem in materia.

¶ Et si querat̄. cum ex mouente ⁊ moto fiat quodāmodo vnū qualiter in mouēte seipm̄ se habeant ille partes. Respōdet p̄hus ꝙ ex ipīs non potest fieri vnum cōtinuitate. quia mouens ⁊ motum non possunt esse vniformis dispositiōis: sed fit vnuz per cōtactum qḋ cōtingit dupliciter. quia vł ambo corpora sunt ⁊ sic mutuo se tangunt. vel mouens est incorporeuz. quia motum semper est corpus. ⁊ sic pars mouens tangit partez motā tactu metaphorico. s. virtute quā influit naturaliter ⁊ non tactu ꝓprie dicto. ¶ Ex predictis patz ꝙ hec diuisio mouentis seipm̄ in partem per se mouentez ⁊ in partē per se motam non debet attendi ꝭm partes quātitatiuas mobilis. quia tales quātuz est de se continue sunt ⁊ vniformis dispositiōis. ſ; attenditur ꝭm partes essentiales.

Conclusio secūda. necesse ē primuz mouens esse imobile saltem per se. Patet. quia in mouentibus non est ꝓcedere in infinituz. sed deueniendū est ad primuz mouens. qḋ vel imobile est penitus ⁊ sic habetur intentū. vel mouetur ⁊ non ab alio sed a seipo. sed in mouēte se dabilis est prima ꝑs que primo mouet et est imobilis per se. ergo in ordine mouentiū necesse ē primuz mouens penitꝰ esse imobile vł esse mouēs ꝑ se.

Ad rationes ante oppositum. Prima secunda et tertia bene ꝓbant ꝙ non est sermo de diuisiōe in partes quātitatiuas. Sed tamē ad tertiam dicit̄ ꝙ licz elementa diuidant̄ in materiā ⁊ formā. non ꝓpter hoc diuidunt̄ in partē ꝑ se mouentē ⁊ in partē ꝑ se motam propter causam prius assumptam siue assignatam.

Queritur octauo vtruz necesse sit esse vnū primū mouēs perpetuū ⁊ imobile ꝑ se ⁊ per accidens. Arguit̄ ꝙ nō. quia quicq̄d potest virtus inferior potest virtꝰ superior. ſ; aliqua mouentia secunda seipa mouent. ergo primū pōt mouere seipm̄. Secūdo sic primū mouens intelligit ⁊ vult cū sit intellectualis nature. ergo ab intelligibili ⁊ appetibili mouet̄. ergo non penitus est imobile. Tertio sic. ꝙ sint plura mouētia prima. quia melius est perfectiora et meliora entia multiplicari q̄ imꝑfectiora ⁊ minus bona ꝑ se primo. ideo videt̄ ꝙ melius sit esse multo plura mouentia. Ad oppositum arguitur per p̄hm in textu.

Pro responsione sciendū ē primo ꝙ postq̄ p̄hus in principio huiꝰ libri ꝓbauit de motu in cōmuni ꝙ semꝑ fuit ⁊ semper erit. Cōsequēter etiam ostendit ꝙ omne qḋ mouet̄ ab alio moueat̄. ⁊ postea ꝙ in his que ab alio mouent̄ non est ꝓcedere in infinitum. ſ; deueniendū est ad aliqḋ imobile. vel saltē qḋ mouet seipm̄ ⁊ postremo ꝙ in mouente seipm̄ necessario est vna pars imobił. ⁊ sic vtrobiq; accidit ꝙ est aliqḋ primū mouens imobile. cōsequēter ostendit ꝙ in mouente seipm̄ licet pars mouens sit imobilis ꝑ se tn̄ mobilis est per accidens. restat videre ꝙ est aliquod primū mouēs imobile per se ⁊ ꝑ accidēs perpetuū ⁊ vnū tātū. Ex quo sequit̄ ꝙ est vnū primū mobile qḋ semꝑ mouetur. ⁊ ita est vnus primus motus cōtinuus ⁊ perpetuus. quo ꝓbato probat̄ quartuz membrū diuisionis prius posite esse falsum. in quo dicebat̄ ꝙ omnia quādoq; mouētur ⁊ quādoq; quiescūt. Probate etiā erunt due partes q̄nti membri illius diuisiōis. Et tertia pars est per se manifesta ⁊ suꝑius probata. s. aliqua quādoq; moueri ⁊ quādoq; quiescere. Hoc etiam ostenso patebit modꝰ quo perpetuat̄ motus.

Tunc sit hec cōclusio prima. necesse est esse aliqḋ mouēs perpetuuz imobile per se ⁊ ꝑ accidēs qḋ est vnuz tantū. Prima pars patz. quia mouentia seipa q̄ apud nos sunt inanimata quādoq; sunt ⁊ quādoq; nō sunt ⁊ generant̄ ⁊ corrūpunt̄. ergo generatōis ⁊ corruptōis eoꝝ oportet esse ali-

quã causaꝫ. cum omne qđ mouetur habeat causam sui motus aliã a se. Insuꝑ generationes ⁊ corruptiones eoꝝ perpetuãtur. ergo sicut propter generationes ⁊ corruptiones ponitur aliqua causa distincta ab ipĩs ita ꝑpetuitatis generatiõis et corruptiõis necesse est eẽ aliquã causã que nõ p̃t esse aliquod eoꝝ que quandoqꝫ sũt et quandoqꝫ n̄ sũt. quia effectus perpetui oportet causam esse perpetuã: nec talis causa eoꝝ potest eẽ plura eoꝝ sibiinuicem succedentia. quia talia infinita sunt. nec sunt simul. sed vnus effectus ex infinitis causis non potest dependere. etiam cause que simul non sunt directe vnius effectus cause esse non possunt. lꝫ causaꝝ que simul non sunt vna possit disponere ad effectũ primũ ⁊ perpetuuꝫ quod sit cã ꝑpetuitatis generatiõis ⁊ corruptionis mouentiũ seipa ⁊ eoꝝ omnium que quandoqꝫ sũt ⁊ quandoqꝫ nõ sunt. Secunda pars conclusiõis patet. quia in mouentibus seipa est ꝑs mouens que mouetur ꝑ accidẽs ad motũ totius ⁊ nõ semꝑ se habet in eadeꝫ dispositione ad mouendũ. ideo talia nõ sꝑ mouent. sed qñqꝫ quiescunt. quare oportet illud mouens quod est ꝑpetuũ et ẽ cã ꝑpetuitatis motus generationum et corruptionum esse immobile ꝑ se ⁊ ꝑ accidens ⁊ ꝑpetuum. Tertia ꝑs probat. scꝫ. ꝙ tale mouens sit vnum tantum. quia sicut rationabilius est ponere mouentia finita ꝙ̃ infinita. ita rationabilius est extimare primum mouens esse vnum ꝙ̃ plura. quia melius saluatur ꝑpetuitas et continuatio generatiõis et corruptionis per vnum motorem immobilem ꝙ̃ plures. Secundo licet perpetuentur motus huiusmodi inferius propter successionem plurium motuum. tamẽ oportet vnũ motũ esse ꝑpetuum qui sit continuus. sub q° ꝯtinuãt alij motꝰ q̃ icipiũt ⁊ đficiũt. ꝫ vnꝰ cõtinuꝰ ẽ vniꝰ mobil et ab vno mouẽte. g̊ p̄mũ mouens est tm̃ vnum. Ex hac conclusione sequitur alia.

Conclusio secunda. necesse ẽ eẽ vnũ primũ motum cõtinuũ ⁊ ꝑpetuũ. Patet. quia est vnicus primus motor ⁊ immobilis ⁊ perpetuꝰ. Et si arguatur quia aristoteles ex perpetuitate motus conclusit ꝑpetuitatem primi motoris. nunc autem ex ꝑpetuitate primi motoris cõcludit perpetuitatem primi motus. ⁊ sic videtur circulatio

Dicitur ꝙ ex ꝑpetuitate motus in communi probata in pricipio huius libri: pbus cõcludit ꝑpetuitatem vnius primi motoris. ꝫ autem cõclusio ex eo infert ꝙ in ordine motuum oportet ꝙ sit vnus motus continuus ⁊ perpetuus immediate procedens ab illo motore perpetuo. et hoc iterum concludi p̃t sicut ꝓbatum est ex parte motuum qui quãdoqꝫ sunt ⁊ quãdoqꝫ non sunt vt sunt generationes et corruptiones quas oportet contineri infra vnum motum continuũ et ꝑpetuum. qui quidem vnus motus propter diuersitatem quam habet in suis partibꝰ ꝼm appetitum quo ad nos est causa quo determinato tempore incipiunt generationes ⁊ corruptiones et determinato tempore deficiunt. quia ꝟo est ab vno motore immobili semper vno et eodem modo se habente ẽ cã indeficientie generationum ⁊ corruptionum. Ex istis pat et quare aliquid est quod semꝑ mouet et aliquid quod semper mouetur. qꝛ scilicet motor est perpetuus et penitus immobilis. et immobile semper manet in eadẽ dispositione ad motum. Secundo patet q̃re quedã quãdoqꝫ mouent et quãdoqꝫ non quia quedã sũt que mouent per accidens mouendo. ideo non semper mouent nec sua sua mobilia semper mouentur. Et hec est p̄ma intentio aristotelis in hoc libro. Posset etiam ostendi ꝙ in ordine entium est aliq̊d quod semper est in potentia cui solum conuenit moueri et aliquid quod quandoqꝫ est in potentia. et quandoqꝫ in actu cui quandoqꝫ conuenit mouere et quandoqꝫ moueri. ergo est aliquid quod est primus actꝰ cui conuenit mouere et non moueri. Et sic patꝫ quintum membrum huius diuisionis verum esse.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primam dicitur ꝙ quicquid perfectionis potest virtus inferior potest virtus superior. sed moueri non dicit perfectionez. iõ non oportet ꝙ si conueniet secundo mouenti ꝙ etiam primo. sed mouere dicit perfectionem. non tamen essentialem. ideo põt cõuenire primo mouenti. quod tamẽ non semper mouet vt tenetur ꝼm fidem. Ad secundã dicitur ꝙ primũ mouens non accipit scientiam a rebus sicut nos facimus. ideo n̄ mouetur ab intelligibilitate ⁊ appetibilitate. Item intelligere ⁊ appetere non sunt motꝰ

propꝛie dicti Ad tertiā dicitꝰ ꝙ pluralitas entium eiusdem speciei solū ē. iō qꝛ illa que in vno indiuiduo perpetuari nō possūt perpetuātꝰ ſm successionē pluriū indiuiduoꝝ et ideo ꝙ sit vnum suppositū alicuius speciei. et ꝙ sit perpetuum impoꝛtat ꝑfectiōem Sequitur textus.

Queritur nono: vtrū motus localis sit primus oim motuuꝫ. Arguitꝰ ꝙ non. quia talis est oꝛdo motuū. qualis ē oꝛdo terminoꝝ cū motus capiat specieꝫ a termino. ſꝫ terminus motꝰ generatiōis ē pꝛioꝛ termino motꝰ localis cū substantia sit pꝛioꝛ accidēte. igitꝰ. Secūdo sic. in hijs q̄ generantꝰ priꝰ est aliq̄d generari ꝛ post alterari ꝛ augeri. et vltio moueri motu locali. ġ motꝰ localꝭ nō ē pꝛioꝛ alijs motibꝰ. Ad oppositum arguitꝰ ꝑ pħm i textu

Pro responsione sciēdū est primo. ꝙ postq̄ pħs ōndit ꝙ necesse ē eē vnū primū motoꝛē ꝑpetuū et imobilē a q̄ egrediatur vnꝰ primus motꝰ q̄ est ꝑpetuus ꝛ cōtinuus. consequenter inquirit quis ꝛ q̄lis sit ille motus ꝑpetuus. Ad cuius inq̄sitiōem ōndit ꝙ inter oēs motus. motus localis ē ꝓmus de q̄ videbitur in p̄senti q̄stione. Secūdo ōndit ꝙ inter oēs motus solus motꝰ localis pōt eē continuus ꝛ perpetuus. Et tertio. ꝙ inter motus locales solus circularis. Quibus habitis habetꝰ q̄s ꝛ q̄lis sit ꝓmus motꝰ. Ex quo patebit quale sit primuꝫ mouens.

Tūc sit conclusio prima. motꝰ localis ē primus oim motuū. Pro cuiꝰ ꝓbatione supponit aristo. ꝙ tm̄ sunt tres motus. s. motus ad qualitatē. ad quantitatē et ad vbi. Motꝰ ad qualitatem q̄ ē alteratio. Ad quantitatē qui est augmētatio ꝛ diminutio. et ſm locū qui dicitur locimutatio. Hoc supposito ꝓbat conclusionē. Primo ex ꝓprietate ꝛ conditiōe motuū. Secūdo ex ꝑte modoꝝ prioris ꝛ posterioꝝ. Et t̄tio ex oꝛdine mouētiū ꝛ mobiliū. Prio arguitꝰ sic. alteratio ē pꝛioꝛ augmētatiōe et motꝰ localis ē pꝛioꝛ alteratiōe ġ motus localis est ceteris motibꝰ prioꝛ. Maioꝛ ē ꝓbat. qꝛ augmētatio fit adueniente nutrimēto qđ primo est dissimile et contrariū alito ꝛ efficitꝰ sil'e. ſꝫ fieri simile nō ē nisi ꝑ alterationē. ġ augmētatio presupponit alterationē. Minoꝛ ē ꝓbat dupliciter. Primo in oi alteratiōe requiritꝰ altās qđ facit potētia actu tale. ſꝫ hmōi alterans nō sꝑ eodē mō se habet ſm pꝛopinquitatē ꝛ distantiam ad id quod alteratꝰ. qꝛ sic sꝑ vno et eodē mō alteraret qđ ad sensū videtꝰ falsū. efficitꝰ ġ q̄nq ei ꝓpinquus ꝛ q̄nq longius. ſm ꝙ alteratꝰ. ſꝫ hoc nō fit sine motu locali. ergo alteratio p̄suppoit motū localem. Secunda ratio alteratio fit ſm passibiles qualitates inter quas ſm antiquos raritas et dēsitas sūt pꝛioꝛes. nā alie ſm istas distinguūtꝰ. ſꝫ raritas et dēsitas ſm istos sūt congregatio et disgregatio. ſm aūt congregatiōes et disgregatiōes fiūt generatiōes ꝛ coꝛruptiōes substantiaꝝ. ſꝫ in congregatiōe ꝛ disgregatiōe necesse ē motus localis. ġ motꝰ localis pꝛecedit generatiōꝫ ꝛ coꝛruptiōeꝫ q̄ ſm eos pꝛioꝛes sunt talibꝰ motibus. Et circa hanc rationē est aduertēdū ꝙ si attēdatur oꝛdo passibilium qualitatuꝫ ex ꝑte materie veꝝ ē tunc ꝙ rarum et densuꝫ pꝛioꝛes sunt. Si v̄o attendatur ex parte agentis calidum et frigidū sūt pꝛioꝛes. Aduertēdū est secūdo ꝙ generatio ꝛ coꝛruptio nō sunt ſm aggregationē ꝛ disgregationeꝫ ſꝫ hac opinione tanq̄ pꝛobabili vtitur pħs. vsq eā reꝓbauerit in libꝛo de generatione Aduertendū est tertio ꝙ congregatio et disgregatio sunt motus locales vel saltem sunt ſm motū localē si sint coꝛpoꝝ existentiū actu. ſꝫ si capiātꝰ ꝯgregatio ꝛ disgregatō ꝓ rarefactione et ꝯdensatōe. hoc mō nō sūt motus locales vt dictuꝫ est in principio huius. nisi foꝛte per accidens sicut de augmento et decremento diceretur. Secundo patet conclusio ex ꝑte modoꝛum pꝛioris ꝛ posterioꝛis. Tripliciter enim aliquid dicitur ꝓus altero. Primo mō a quo nō conuertitur subsistendi consequētia. quo scꝫ non existente alia nō sūt. sed ip̄m est sine alijs. Secūdo mō aliquid dꝛ prius ſm tempus. quod scilicet remotius est a pꝛesenti nunc in pꝛeterito vel pꝛopinquius est in futuro. Tertō mō dicitur prius ſm substantiaꝫ hoc est ſm perfectionē et complemētū substantie. et sic actus pꝛioꝛ est potentia perfectū imperfecto. Probatur ꝙ motus localis sit pꝛioꝛ alijs istis modis. et primo de primo mō. quia necesse est motū esse. vel ergo perpetuatur. qꝛ semper est vnus et idem motus continuus

vel quia sunt infiniti motus consequēter se habentes inter q̄s nō ē mediū. sed primuz ē dignius. q2 continuū ē pfectius q̄ꝫ conseq̄nt. sed natura de possibilibus facit qđ dign9 ē g̊ magis accipiendū ē motū perpetuari per vnū primū motū continuū q̄ꝫ p plures consequenter se habentes. sed solus motus localis pōt eē perpetuus et continuus vt postea probabit. ergo motus localis prior est alijs primo modo. Itez nō oportet illud quod localiter mouetur moueri alio motu. sed nihil mouetur alio motu. nisi preexistente motu locali. g̊ τc̄. Secūdo pz de secūdo mō. q2 perpetuū prius ē nō ppetuo. s solus motus localis pōt esse ppetuus. ergo.

Sed contra obiceret vt arguit ante oppositū. Ad qđ respondet phs ꝙ licet i vno et eodē motus localis sit posterior tempore alijs. tm̄ simpliciter loquendo ē primus. q2 impossibile est oia mobilia esse generabilia supposito ꝙ motus semp sit. et quia si omia essent hmōi contingeret motū deficere. ergo oportet aliquod mobile esse ingenerabile τ incorruptibile. g̊ inalterabile et inaugmētabile. cum motus semp sit. τ sit cā generatōis et corruptiōis oim generabiliū et corruptibilium. et talis non potest esse alius q̄ꝫ motus localis. Tertio pbat ꝙ sit primus tertio modo prioris. Nam priora via generationis sunt posteriora via perfectōnis. quia generatio procedit de imperfecto ad pfectum sed motus localis est in vno et eodem posterior vt dictum est. ergo posterior est via generationis. ergo oportet aliquid primo fieri deinde altari et augeri et vltimo moueri localiter. ergo motus localis ē perfectior omnibus. Item ille motus ē perfectior q̄ solū cōuenit pfectis. sic ē de motu locali. naz videmus ꝙ plāte que sūt impfectiores animalibus nō mutāt locū. et adhuc inter aialia illa que sūt impfecta ppter indigentiam organoꝝ nō mouentur localiter. nisi p accidēs p quāto augentur et diminuūtur. et aialia perfecta mouentur localiter. ergo motus localis conuenit solū pfectis. ergo. Itē ille motus est prior et perfectior qui nihil variat de substantialibus. sed hoc solum conuenit motui locali. ergo. Vltimo probatur conclusio tertia via. quia vt probatū fuit i ordie mouētiū q̄ motu mouēt mouēs seipm ē primum. sed moueti seipm maxime conuenit mouere se motu locali. ergo ille motus est prior omnibus alijs.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primam dicitur ꝙ si capiantur illi termini simpliciter et absolute. put vn9 est substātia τ ali9 accidēs. tūc termin9 generatiōis prior ē termino mot9 localis. s si capiāt i ordine ad mouētia et mobilia quoruz sunt sic terminus alicuius motus localis. puta substantie ingenerabilis τ incorruptibilis q̄ q̄dem motus ē a mouēte imobili ē prior termino generatiōis. nā motus localis sm ꝙ est talis mobilis τ a tali mouente est causa formaꝝ substantialium in istis inferioribus.

Ad secundam patet solutio ex dictis.

Sequitur textus.

Queritur decimo. vtruz aliq̄s motus vel mutatio alius a locali possit esse continu9 et ppetu9.

Arguit ꝙ sic. q2 generationes τ corruptōes sūt ppetue vt pz videri primo et secūdo đ generatōe. Secūdo sic. cū aliq̄d mouet ad locū dū puenit ad terminū sepatim pōt mutari ad magnū. τ sic i infinitū reflecti. ergo alius mot9 a locali erit perpetuus. Ad oppositum est phus in secūdo capi. secūdi tractatus huius libri.

Pro rn̄sione sciendum est primo. ꝙ postq̄ꝫ philosophus ostendit motum localem esse primum omnium motuum. cōsequenter quia necesse est primum motum q̄ est a primo mouente imediate procedit semper esse continuum cum sit a mouente penitus immobili inquirit aristoteles quid sit ille motus qui vnus et idem existens semper est continuus. nam illo habito habebitur primus motus simpliciter. et ad hoc deueniendū ostendit ꝙ nullus mot9 ali9 a locali pōt eē semp cōtinu9 nec etiā mutatio. p cui9 pbatione phus primo supponit ꝙ ois motus vel mutatio est ex opposito in oppositū siue contrarie siue cōtradictorie. vt termini generatiōis τ corruptiōis sūt eē τ nō eē. Alterationis đo sunt qualitates contrarie. Augmēti τ decremēti vero magnitudo pfecta τ imperfecta. sed a generalitate huius ppositionis solū excluditur aliquis mot9 localis q̄ non est inter opposita. nisi sm quid. vt patuit in fine sexti. Secūdo supponit ꝙ motus capit speciē a termino ad quē. τ ꝙ illi mot9 sūt cōtrarij q̄ sūt a terminis cōtrarijs in cō

trarios vt patuit in q̄nto huiꝰ. ⁊ ſilr ſuo mō
dicendū eſt de mutationibus.

Cōcluſio pꝛima. nullus motꝰ
pꝛeter motū localē vnus ⁊ idem exiſtēs pōt
eſſe ſemper continuꝰ. ⁊ ſilr de mutationibus
Patet quia contraria ſimul eidem in eſſe nō
poſſūt. g̊ nec motus cōtrarij vt cum aliq̄s
mouetur ad album motu dealbationis. illō
non mouet̄ ad nigrū motu denigratōis. qō
aūt pꝛius exiſtit per aliquod tempus ⁊ non
mouetur motu quo natum eſt moueri illud
quieſcit quiete oppoſita illi motui. ergo cū
aliquis mouetur motu dealbationis quieſ-
cit quiete oppoſita motui denigrationis. er
go motꝰ denigratiōis non poteſt ſemper eē
et cum motus contrarij ſint eiuſdem nature
ſi vnus non poſſit ſemper eſſe nec etiam aliꝰ.
quare ſequit̄ ꝙ nullꝰ motꝰ q̇ ē de contrario i
contrariū vnus ⁊ idem exiſtens pōt ſemper
eē continuus et ꝑpetuus. et ſimiliter diceret̄
de mutationibus. Nec valet dicere contra ra
tionē ꝙ mutationes nō ſint contrarie. quia
ſunt oppoſite ſm̄ contradictionem. quia ra
tio capit fundamentum in hoc quod īpoſſi
bile eſt non ſolum cōtraria. imo etiā quecū-
ꝙ vera oppoſita eidē ſimul ineſſe. Vn̄ ſicut
eſt īpoſſibile idē ſimul eē albū et nigrū. ⁊ de
albari ⁊ denigrari. ita īpoſſibile eſt ꝙ idē ſilr
ſit ignis ⁊ nō ignis. et etiā mutari ad eſſe ig
nis quod eſt generari ⁊ ad nō eē ignis qō ē
coꝛrūpi. Sed obijceret̄ quia q̇es non op-
ponit̄ mutatiōi. g̊ nō pōt eē cū aliq̇d nō mu
tetur aliqua mutatione ꝙ q̇eſcit quiete que
eſſet oppoſita illi mutatōni. Dicitur ꝙ nihil
differt ad ꝓpoſitum. ſed ſufficit ꝙ ſimul ſm̄
tempus nō mutet̄ mutationibus oppoſitis
ſꝫ ꝙ inter duas mutationes oppoſitas neceſ
ſario ſit tempus medium. ſiue in illo tempo
re dicat̄ mutabile quieſcere ſiue non mutari.
Unde dictū eſt in quinto ꝙ mutationi oppo
nit̄ immutatio ⁊ nō quies. Iterū argueretur ꝙ motus nō cōtrariet̄ motui. q2 opponi
tur quieti. mō vnū vni tantum ē oppoſitū.
Dicitur ꝙ non eſt inconueniēs aliquid duo
bus opponi vni quidem directe et alteri in-
directe. Unde motus directe cōtrariat̄ mo-
tui. ſꝫ indirecte quieti. Secūdo ſicut ꝓba
tū ē in fine ſexti. oīs oppoſitio ſumitur inter
ꝓfixos terminos ⁊ determīatos. g̊ oēm mu-
tationē que eſt int̄ oppoſita contingit ſimpli
citer terminari. ergo nulla talis pōt eē con-
tinua ⁊ perpetua.

Concluſio ſecunda. motus vl
mutatiōes que ſūt inter oppoſita cōtinua-
ri nō poſſūt per ſucceſſionē ſic ꝙ dum aliq̄s
mouet̄ ad vnū terminū ſtatim et ſine tempe
intermedio poſſit moueri aut mutari in ter-
minū oppoſitū. Pꝛobat ph̄s. q2 ſicut cōtin-
git in generatiōe ⁊ coꝛruptiōe. ita ⁊ cōtingit
in alijs motibus. nā qō ē phiſicū ſimiliter ſe
habet in oībus. ſꝫ irrationabile eſt dicere ꝙ
generationi immediate ſuccedat coꝛruptiō.
puta cum aliquid generatum eſt ſtatim coꝛ-
rumpitur. quia tunc fruſtra generatum eſſet
ergo etiā ita ē in ceteris motibꝰ. Secūdo
idē ē motꝰ. et motꝰ vnꝰ continuꝰ. ſꝫ motꝰ q̇ eſt
de albo in nigrum et econtra non eſt vnꝰ mo
tus cū ſint cōtrarij et ſpecie differāt. g̊ nō ſūt
vnus motus continuus. quare opoꝛtet ꝙ in-
tercedat quies intermedia. nec poſſunt ta-
les motus continuari cum differant ſpecie.
⁊ cum neceſſe ſit pꝛimum motum eſſe conti
nuum. ſequitur ꝙ motus localis ſolum eſt
pꝛimus et poteſt eſſe continuus. Et ſic patꝫ
reſponſio ad queſitum.

Ad rationes ante oppoſitum.
Ad pꝛimā dicitur ꝙ generatiōes ⁊ coꝛrupti
ones ſunt ꝑpetue nō ſic ꝙ ſit vna generatio
aut vna coꝛruptio ſꝑ exiſtens. aut etiā ꝙ coꝛ
ruptio ſuccedat generationē ꝓpter cauſam
dictā. nā ſi eſſet eadē generatio cōtinua idē
generaretur ⁊ coꝛrūperet̄ Ad ſecundam
dicitur ꝙ nō eſt poſſibile cum ꝑ motū aliq̇d
fit albū ꝙ ſtatim fiat nigrū. ſic ꝙ dealbatio
et denigratio ſint vnus motꝰ continuus cū
ſint contrarij motus. Sequit̄ textus.

Quod autem contingit.

Queritur vndecimo. vtrū om
ne quod reflectitur neceſſe ſit in puncto re-
flectōis q̇eſcere. Arguit̄ ꝙ nō. ſi puus la
pis ꝓiectus ſurſū obuiaret molari cadēti de
oꝛſū reflectit̄ ſine quiete. alias opoꝛteret mo
lare q̇eſcere qō falſū ē g̊. Secūdo ſic. ſi
lapis ſurſū ꝓiectus q̇eſceret. ſequeretur ꝙ
graue exiſtens ſurſū ⁊ nō ꝓhibitū q̇eſceret.
cōſequēs ē impoſſibile. ergo ⁊c̄. Ad op-
poſitū arguitur per ph̄m in tertio capitulo
huius tractatus.

Pꝛo reſponſione ſciendū ē pꝛi

mo ꝙ postq̄ p̄hus ostendit ꝙ motus localis est primus motꝰ ⁊ ꝙ nullus ab eo potest esse cotinuꝰ. cōsequēter ostēdit ꝙ solus motus circularis pōt esse cōtinuus.

Ubi sciendū est secundo ꝙ motus localis non est nisi triplex. scȝ rectꝰ. circularis. ⁊ cōpositus ex his. vt si aliq̄d moueretur per cordam ⁊ arcum. M aūt ostendit non cōuenire simplicibꝰ satis ostendit de cōpositis. ideo sufficit inquirere an motus simplex rectus aut circularis possit esse cōtinuus. ⁊ in p̄senti questione videbit vtrum aliquis motus rectus possit esse cōtinuus. ⁊ in sequēti videbit de circulari.

Sciendū est tertio ꝙ motus rectus est qui fit supra magnitudinē rectam. ꝫ omis talis finita est. vt dicit in tertio huius ⁊ ois magnitudo finita tp̄e finito ꝑtrāsit. vt patuit in sexto. quare oportet omnē motū rectum tp̄e finito ꝑuenire ad terminuȝ magnitudinis supra quā fit motus ⁊ ita terminari. ergo nullus talis est infinitus: nisi dicat quis ꝙ dum ꝑuenit cōtinue ad terminuȝ magnitudinis sine quiete cōtinue recedat a principio ⁊ ita deinceps. vt motus rectus ⁊ reflexus sint vnus motus. Unde solū hoc modo posset perpetuari motꝰ rectus. Si ergo ꝓbatū fuerit ꝙ motꝰ reflexus ⁊ primus nō sint vnus motus cōtinuus satis ꝓbabit q: impossibile est aliquē motū rectū semper esse continuū.

Tūc sit conclusio prima. impossibile est motū reflexū cum primo cōtinuari. Probat ratiōibus naturalibus: ⁊ deinde rationibus logicalibus ⁊ cōmunibꝰ. Prima ratio. impossibile est cōtraria adinuicē cōtinuari. ꝫ illi motus sunt cōtrarij. ergo. Maior patȝ. q: ad cōtinuitatē motus tria requiruntur. s. vnitas tp̄is. vnitas mobilis. et vnitas forme ꝫm quaȝ est motus. ꝫ cōtraria specie differūt ergo est impossibile cōtraria adinuicē cōtinuari. Minor ꝓbatur. naȝ motus cōtrarij sunt quorū termini sunt ꝯtrarij. ꝫ motus reflexi ⁊ primi motus termini sunt cōtrarij. nam in locis sunt sex differētie positionū adinuicē ꝯtrarie. scȝ sursum. deorsuȝ. ⁊c. modo oīs reflexio fit supra aliquā istarum differentiaꝝ. vt si motus p̄cedens erat sursum reflexio erit deorsum. ⁊ sic termini locorum sunt cōtrarij. Item ꝓbat p̄hus a signo. nam isti motus seinuicē impediūt ⁊ cessare faciūt siue sint supra lineam rectā siue in circulo. ergo cōtrariant. Non est tn̄ intelligendum ꝙ motus circulares ꝓprie cōtrarient. quia q̄uis essent a terminis cōtrarijs nō tamen sunt ꝫm lineā breuissimā. ꝫ magis debēt dici repugnantes: cum mutuo se impediāt.

Secunda ratio. illi motus nō sunt continui inter quos mediat quies. ꝫ inter primuȝ motū ⁊ reflexum mediat quies in puncto reflexionis. Pro declaratōe minoris supponitur primo ꝙ tria sunt in magnitudine. scȝ principiū. mediū. ⁊ finis. Secūdo supponitur ꝙ licȝ mediū sit vnū numero: tn̄ est duo ꝫm ratōem. scȝ finis p̄cedentis ⁊ principiū sequētis. Tertio supponit ꝙ aliud est esse in actu ⁊ aliud ē esse in potētia. ido cū dicit aliq̄d cōtinue moueri ab extremis in extremuȝ magnitudinis mediuȝ magnitudinis nō est principiū necꝫ finis motus in actu: ꝫ in potētia solum. ideo in illo medio mobile nō est in actu ꝫ in potentia solum. Nec dicit ibi accedere vl' recedere nisi in potentia. quia nō est ibi per aliq̄d tempꝰ: ꝫ soluȝ ꝑ nūc temporis. qd̄ quideȝ nūc adhuc non idem se habet in actu: ꝫ vt in potentia. Sȝ cuȝ erat mobile in principio illius magnitudinis q: tale principium est in actu ⁊ actu principiuȝ magnitudinis ⁊ motus tūc ibi erat actu. Et similiter dicendū est cum est in alio extremo. quia tale extremū est finis actu ⁊ ibi ē in nūc actu. Si ergo in medio magnitudinis finiat motꝰ p̄cedens ꝫm actū. ⁊ ibi incipiat alter motꝰ ꝫm actū: tunc mediū actu habet ratōem principij ⁊ finis. modo sic est de puncto reflexiōis naȝ ad ip̄m actu finit motus p̄cedens. ⁊ ab eo actu incipit motꝰ reflexus actu. Tunc arguit sic. vel est idem nunc in quo mobile ad idem pūctū reflexiōis actu accedit ⁊ in quo mutatū est respectu motꝰ p̄cedentis cuȝ illo nūc in quo actu recedit ex illo pūcto. vel est aliud ab eo. Nō potest dici ꝙ sit ideȝ. q: tūc in eodem nūc mobile esset in actu ⁊ nō esset in illo pūcto. q: cum accedit ad illud pūctum ibi ē. cuȝ v̄o recedit nō ampliꝰ est. ḡ est aliud et aliud nūc. ꝫ int̄ quecūqꝫ duo nūc media tp̄s. ḡ mobile ꝑ aliud tp̄s in ip̄o pūcto ꝑmansit. ꝫ qd̄ ꝑ aliud tp̄s manet in pūcto ꝫm se totuȝ q̄escit. ḡ necesse ē oē qd̄ reflectit in pūcto

reflexionis q̄escere. ergo mot⁹ reflexus ⁊ p̄ce-
dens nō sūt vn⁹ mot⁹. Deinde arguitur
rōnibus logicis. Prima rō. dū aliquid mo-
uet a principio motus sp̄ dicitur moueri ad
vltimum terminū sui motus. ergo si non sit q̄-
es in puncto reflexiōis sequitur ꝙ idē simul
mouebit motibus cōtrarijs. verbi gratia si
aliquis ascendat sursū et postea cadat de-
orsū si illi duo motus sint vnus dū mobile in-
cipiebat ascendere dicebatur moueri ad vlti-
mū terminū sui motus. scꝫ deorsuꝫ. ergo simul
conuenit ascendere ⁊ descendere. Secū-
do si ita esset sequeretur ꝙ aliquid moueret
ad aliquē terminū ab aliquo termino ī quo
nōdū fuit. patet quia in casu posito dū mo-
bile incipit ascendere iam dicitur moueri de-
orsū. et tamē nōdū fuit sursū. Tertia rō. si-
mul corrumpit nō albū ⁊ generatur album
cum ex nō albo fit album. et similiter corrū-
pitur album cū ex albo fit non album. ergo
si motus reflexus cum primo possit contine-
ri in omni genere sequitur ꝙ erit motus idē
quo ex nō albo fit album et quo ex albo fit n̄
albū. ergo simul generabitur albū et corrūpet
quod ē impossibile. Alie rōes satis patent i
textu. Sed circa dicta in secūda rōne cō-
clusionis mouet phs tria dubia et soluit. ꝓ
quoꝝ primo ponāt due magnitudies. vna
e. e. b. c. et secūda. ꝫ. i. et sit vltima ꝑs ꝑ se pu-
ta. b. c. equalis toti. ꝫ. i. deinde ponant duo
mobilia eq̄liter mota. puta. a. et. d. et mouea-
tur. a. continue a puncto. e. vsq; ad punctū
c. d. vo tunc recedat a puncto. ꝫ. et tēdat ad
punctū. i. cum. a. accedit omne. b. si ergo aliud
sit nunc in quo. a. accedat ad. b. et ab eo re-
cedat. seq̄ret ꝙ. d. pri⁹ veniret ad. i. ꝙ̄. a. ad
c. quia prius recessit a puncto. ꝫ. ꝙ̄. a. ad. b.
Hoc aūt videt inconueniens cū equalit mo-
ueant. et magnitudo. b. c. sit equalis magni-
tudini. ꝫ. i. ergo videt falsū quod dictū ē in secū-
da rōne. scꝫ ꝙ est aliud instans in q̄ mobile
ad aliud punctū accedit et ī q̄ recedit ab eo-
dem puncto. Respondet aristo. ꝙ argu-
mentū habet apparentiam si. a. esset actu in
b. ita ꝙ. b. esset actu medium magnitudinis
et haberet actu rationem finis ⁊ rōnē princi-
pij. sed non est ita cum. a. ponatur cōtinue
moueri a puncto. e. vsq; ad punctum. c. ⁊ iō
a. nō est in. b. nisi per instans et ē idē instās
in quo accedit ⁊ in quo recedit ab ipo. b. mō
nō est ita in reflexiōe. q2 punctus reflexiōis ē
actu finis primi motus et actu principiū se-
cundi q2 ille punctus ē actu. iō nō posset eē
idem instās q̄ mobile actu accedit ad ipsuꝫ
⁊ q̄ recedit ab eo. et sic patet solutio p̄me du-
bitationis. Ex hoc patet etiā solutio secū-
de dubitatiōis que ērō zenonis qua niteba-
tur improbare motum localem ꝓpter punc-
ta infinita existentia inter extrema magnitu-
dinis que impossibile est pertrāsire vt ipe ar-
guit. sed prius responsū est ad rationē eius. iō
pro nunc dimittit. Tertia dubitatio est cum
aliquid fit per aliquod tempus nō ē et per
aliud est. cum igitur ista tempora sint adin-
uicem continuata ꝑ instans dubiū ē. vtrum
in illo instanti copulāte eē et nō eē res sit vel
non sit vel vtroq; mō se habeat. ⁊ hoc est ꝙ
sub alijs verbis queritur. vtruꝫ instans na-
turalis transmutationis sit attribuendū po-
steriori passioni. Respondet aristo. ꝙ attri-
buendum ē posteriori vt cū aliquid genera-
tur in instanti terminante generatiōeꝫ eē dr.
Similiter cum aliquid dealbat in instāti ter-
minante dealbatiōnē ē albū. patet q2 cuꝫ ali-
quid dealbatur vel in vltimo trāsmutatōis
ē album vel non albū. si sic habetur intentū
si non. tunc cum ex non albo non fiat albuꝫ.
nisi per transmutationem. sequitur ꝙ instās
datum non erit vltimus terminus transmu-
tationis quod falsum est per casum posituꝫ
Et si arguatur iterum cum aliquid deal-
batur in toto tp̄e dealbationis est nō albuꝫ.
ergo ⁊ in quolibet instanti illius temporis.
Respondet aristoteles negando conseq̄n-
tiam. sed accipiendum est vltimuꝫ terminū
illius tp̄is in q̄ primo ē album.

Tūc respondetur ad rationes

ante oppositum. Ad primā dicitur ꝙ in illo
casu proiectuꝫ reflectitur non per se. sed pu-
re per accidens. et ideo in illo casu contingit
ipsum non quiescere et etiam est continui-
tas per accidens et conclusio intelligitur d̄
mobili reflexo per se Ad secundam dicit
ꝙ licet virtus violentie qua lapis mouetur
sursum in termino motus non sufficiat am-
plius mouere. tamen sufficit detinere mobi-
le cōtra motū suū ꝑ aliq̄d tempus et habet
rationē ꝓhibentis. et sic graue quiescēs sur-
sum determinatur a virtute violentie.
Sequitur textus. Qui autem in cir-
culari. et cetera.

Queritur duodecimo. Utrum motus circularis possit esse ꝑpetuꝰ ⁊ cō‑tinuus. Arguitur ꝙ nō. quia si sic esset in‑finitus. ſʒ hoc ē impossibile. quia oīs motꝰ est iter terminos finitos. imō nullus motꝰ q̄ est inter terminos finitos pōt eē infinitus.

Secūdo sic. si motus circularis eēt cōti‑nuus et ꝑpetuus, oporteret ꝑpetuitatē siue continuitatē fieri ꝑ quandā reflexionē. ⁊ tūc argueret̄ sicut de questione p̄cedenti. Ter‑tio sic. motꝰ condiuidit̄ mobili vt patuit in sexto. ſʒ nullū mobile est infinitū ḡ ⁊c̄. Ad oppositum est pħus in littera.

Pro responsiōe sciēdū est prio ꝙ postq̄ probatū est ꝙ necesse ē eē vnū pri‑mū motū cōtinuū ⁊ ꝑpetuū ꝓcedentem ab vno motore perpetuo penitus immobili. et ostensū ē ꝙ motus localis ē primus oīm et deinde ꝙ nullus alius a locali pōt ꝑpetua‑ri et vltimo ꝙ motus rectus nō pōt perpetu‑ari siue eē vnus et cōtinuus. consequēt oñ‑dit pħs ꝙ motus circularis pōt eē continuꝰ ⁊ perpetuus q̄ ꝓcedit a primo motore sim‑pliciter. qui quidem motus de necessitate ē causa oīm aliorū motuū et si talis motꝰ pos‑sit eē continuus et perpetuus necessario est talis. q: in ꝑpetuis nō differūt eē et posse.

Tunc sit conclusio prima motꝰ circularis pōt eē continuꝰ ⁊ perpetuꝰ. Pro‑batur. illud ē possibile quo posito inesse nul‑lū sequit̄ īpossibile. ſʒ si ponatur motus cir‑cularis continuꝰ ⁊ ꝑpetuus nullū seq̄t̄ īpos‑sibile. ḡ. Minor patet. q: illud impossibile quod sequebatur ponendo motū rectum eē continuū et ꝑpetuū erat ꝙ motus contrarij essent et vnus et continuus motus. sed hoc impossibile nō sequitur ponēdo motū circu‑larem continuū. qḋ ostenditur. primo quia in motu circulari illud qḋ mouetur ab aliq̄ puncto redire potest. ad idem punctum ſ̄m eandem dispositionē partiū mobilis. ita ꝙ pars que in exitu a puncto erat prior erit pri‑or etiā in reditu ad ip̄m punctū. et sic nō erit contrarietas in dispositione partiū mobilis quod nō cōtingit in motu recto. imo pars q̄ erat prior in primo motu in reflexione fit po‑sterior. Secūdo sic cōtrarietas inter du‑os terminos solū attenditur inter lineam re‑ctam per quam solū pōt mensurari maxima distantia inter duo puncta ſ̄m quā distātiā in loco attenditur contrarietas. et ꝙ nō mē‑suretur talis distantia ꝑ lineā circularē. patʒ q: inter duo pūcta describi possunt infinite linee curue. ſʒ vnica recta describi pōt. ḡ illa maxima distantia solū mensurari habet per lineā rectā. ḡ motus qui sunt ſ̄m lineam cir‑cularem nō contrariantur. Tertio partes motus circularis non sūt contarie. q: ī mo‑tu circulari fit reditus ab eodem in idē non ꝑ idē mediū. ſʒ ꝑ aliud. ⁊ aliud fit exitus ab vno puncto ⁊ reditus in idē. imō de rōe op‑positorū ē ꝙ circa idem considerantur. ergo possibile ē aliq̄d moueri circl'arit̄ sine opposi‑tōe motuū. quare motus circular̄ pōt eē cō‑trarius et ꝑpetuus qḋ non contingit in mo‑tu recto. quia semꝑ fit exitus ab eodē et redi‑tus in idē ꝑ idē mediū. ideo exitus ⁊ reditꝰ sunt motus oppositi. et contingit hoc q: ī li‑nea recta finis non coniungit̄ principio. et similiter contingit in semicirculo vel in alia minore portione circuli. Ex ista rōe seq̄t̄ ꝙ nullus motus preter circularem pōt esse perpetuus. patet quia in omni alio si fiat re‑ditus fiet ꝑ idem mediū. vt si in alteratione ex calido fiat frigidū fit transitus ꝑ tepidū. ⁊ similiter est in alijs.

Conclusio secunda motus cir‑cularis est primꝰ oīm motuū. Patet. quia motus localis ē prior alijs motibꝰ. ſʒ omnis motus localis ē rectus vel circularis vl' mix‑tus ex hijs. sed mixtus nō pōt eē primus. et circularis est prior recto. qḋ ostenditur. quia ꝑfectum et incorruptibile natura perfectio‑ne ⁊ tp̄e est prius imperfecto ⁊ corruptibili. ſʒ omnis motꝰ rectꝰ est impꝑfectꝰ ⁊ corrupti‑bilis. motus aūt circularis ē ꝑfectus. ḡ ⁊c̄. Minor patet. q: nulla magnitudo recta ē infinita. alias sup̄ ip̄m non contingeret mo‑ueri. quia īpossibile ē fieri quod impossibile est factū esse. ḡ omnis magnitudo ē finita. ergo nullus motus rectus potest esse infi‑nitus. ⁊ ꝑ ꝯñs cuilibʒ motui recto pōt aliq̄d addi. ḡ est impꝑfectus. ⁊ ꝑtingit ad terminū ⁊ tandē cessat. ⁊ sic ē corruptꝰ. Nec pōt dici ꝙ motus rectus sit infinitus per reflexionē vt supra patuit. sed motus circularis est per‑fectus quia semper in eo finis coniungitur principio ⁊ est incorruptibilis. quia semper est in principio suo. ergo ⁊c̄. Secunda rō motus qui potest esse perpetuꝰ prior ē nō ꝑ

petuo natura et tempore. ſ circularis pōt eſ
ſe ꝑpetu⁹. rect⁹ aūt nō pōt eē ꝑpetu⁹ ꝑ ⁊c̄.
Tertia ratio eſſe principium in aliquo gene
re ⁊ eſſe menſura omnium que ſunt illius ge
neris conuertuntur ad inuicem. ſed mot⁹ cir
cularis eſt menſura omnium aliorum motu
um. ꝑ ⁊c̄. Quarta ratio. motus regularis
prior eſt irregulari. ſ ſolus circularis poteſt
eē regularis. nam ſi motus rectus eſt natu-
ralis eſt velocior in fine ꝙ̄ in principio. ſi vo
violentius ecōuerſo. In circulari vo vt
dictum ē nō eſt aſſignare principium medi-
um et finē q̄ tamē poſſūt aſſignari in magni
tudine recta. ergo in motu circulari nō ē aſ-
ſignare partē que intēdat̄ et remittat̄. Ex p̄-
dictis patet quō perpetuat̄ motus nō ꝑ ſuc-
ceſſionē pluriū motuū conſequenter ſe habē
tiū. Sed q: ē vnus motus ꝑpetuus cui⁹ cō-
tinuitas ꝑpetua eſt cā ſucceſſionis ꝑpetue
generationis et corruptiōis iſtoꝝ inferiorꝫ
⁊ quia in prima ratione huius ꝯcluſiōis ſup
ponebat̄ ꝙ motus localis ſit prior alijs. ꝙ̄-
uis hoc ꝓbatū ſit tamen iterum ꝓbat phus
ꝑ opinionē ātiquoꝝ phoꝝ. Primo ꝑ Empe-
doclem qui poſuit litē et amicitiā eſſe princi
pia motuū per congregatiōem ⁊ ſegregati-
onē que ſūt motus locales. Secūdo per
Anaxagorā q̇ poſuit intellectū agētē eſſe p̄-
mā cām mot⁹. Tertio ꝑ democritū q̇ poſu
it vacuum eſſe cauſam motus. modo vacu-
um eſt cā motus localis. Quarto ꝑ opi-
nionē ātiq̄ꝝ ponēdo vnū pricipiū materia-
le mot⁹ ꝑ ꝯdenſatōꝫ ⁊ rarefactōꝫ. Quīto ꝑ
opinionē platonis q̇ poſuit aīam eē primaꝫ
cām motus Sexto ꝑ opinionē vulgariū q̇
dicunt nihil moueri proprie niſi moueatur
motu locali. ergo motus localis eſt primus
motus alioꝝ motuum.

Ad rationes ante oppoſitum.

Ad primā d: ꝙ motus circularis ē infinit⁹.
non q̇deꝫ ſm terminos. bṽia in qualibet die
naturali ꝑ ertingit de termino ad terminum
ſ eſt infinitus ſm durationē ꝑpetuā ꝑ conti-
nuam reꝝ creationē ⁊ circulatiōꝫ q̄ ſūt cōti-
nue ⁊ nō diuiſe. Ad ſecūdā patuit ꝙ non
eſt ſimile de motu circulari ⁊ de recto. q: ī cir
culari nō fit reditus ꝑ idē mediū. Ad ter-
tiam d: ꝙ illa diffinitio intelligit̄ in ꝑtibus
motus quas habet a mobili. et non de par-
tibus quas hꝫ ſm durationem.
Seq̇tur text⁹. Q aūt neceſſe ē.

Queritur tredecimo. vtrū mo

uens tempꝰe infinito ſit infinite virtutis d ne
ceſſitate. Arguitur contra ſuppoſitū. quia
mobile motus et tempus equaliter diuidūt̄
⁊ ſe habent ad eſſe finitum ⁊ infinitū. ſ nul-
lū eſt mobile infinitū. ergo null⁹ eſt mot⁹ tē-
pore infinitus. ꝑ non pōt cōcludi ꝙ primū
mouēs ſit infinite virtutꝭ. Secūdo ſic po
nendo ꝑpetuitatē mūdi cū ariſto. Sol mo-
uet. ⁊ mouet hec inferiora tꝑe infinito. ⁊ tn̄
eſt finite virtutis. ꝑ ⁊c̄. Tertio ſic. ſi eſſet ali
quod mouens infinite virtutis. tūc moueret
ſuū mobile in inſtāti tꝑis vt oñditur d gra-
uitate infinita primo celi et mundi.
Ad oppoſitū arguitur per phm in textu.
q̇ ex ꝑpetuitate mot⁹ concludit infinitatem
v̄tutis primi motoris.

Pro rn̄ſione ſciendum eſt pri-

mo. ꝙ poſtꝙ̄ phs oñdit q̇s ⁊ q̄lis ſit mot⁹ p̄
m⁹ q̇ ē circulari ꝯtinuus ⁊ ꝑpetu⁹ ꝯñter vult
oñdere q̄le ſit primū mouēs ⁊ principal̄r q̇d
ē impꝰtibilē ⁊ nullā hñs magnitudinē. ad cu
ius oſtenſionē predeterminat q̄daꝫ neceſſa-
ria. Primo ꝙ ē infinite virtutis. Secūdo
ꝙ virtus infinita nō pōt eē in magnitudine
finita. ⁊ cū nulla magnitudo ſit infinita. ſeq̄
tur ſuū principale intentum.

Scienduꝫ eſt ſecundo. ꝙ in om

ni motu tria ꝯcurrūt. ſ. mouens mobile. ⁊ tē
pus in quo fit motus. ⁊ hec tria neceſſe eſt.
aut eſſe finita. aut omnino eſſe infinita. aut
vnum finitum alijs duobus exiſtentib⁹ in-
finitis. et econtra. Et dimiſſis duobus pri-
mis mēbris. quia nihil faciunt ad ꝓpoſituꝫ
tertiū proſequitur ariſto. ꝙ ſcꝫ ipoſſibile ē eē
vnū infinitum alijs duobus exiſtentibus fi
nitis aut econtra. ⁊ ſpālit̄ hoc facit de tꝑe. q:
magis facit ad ꝓpoſitū.

Tunc ſit concluſio prima. ipoſ

ſibile ē tp̄s eſſe infinitū alijs duobus exiſtē-
tibus finitis. Probat̄. ⁊ ſit mouēs finitū
a. ⁊ mobile finitū. b. ⁊ tp̄s infinitū. c. capiat̄
ergo vna ꝑs mouentis ꝓportionata toti q̄
ſit. d. et pars mobilis que ſit. e. cum ergo ꝑs
mobilis equaliter mota in minori tēpore ꝑ-
tranſeat ſignū magnitudinis ſup̄ quā fit mo
tus ꝙ̄ totum mobile. ſequit̄ ꝙ ipm̄ in mino-
ri tꝑe ꝙ̄ ſit. c. pertranſit aliquod ſpaciū mag
nitudinis ꝙ̄ totum. b. ꝑtranſit. ſit ergo il-
lud minus tempus. ꝫ. q̄ ſit pars illius tēpo-
ris infiniti. et cū mouēs et mobile ſint finita

⁊ omne finitũ per ablatõem eiuſdẽ quãtita-
tis partiũ pluries ſumptarũ tandẽ ↄſũmat᷑.
capiant᷑ in mouẽte ⁊ mobili ꝑtes eq̄les par-
tibus iam acceptis donec ↄſũmant᷑ mouens
⁊ mobile ⁊ addant᷑ ꝑtib⁹ iam acceptis. Cum
ergo prima ꝑs mobilis iam accepta in par-
te tp̄is finita moueret᷑ a ꝑte mouentis ⁊ per
trãſierit determinatũ ſignũ magnitudinis:
ſequit᷑ ꝙ quelibet pars eius ſil'r in ꝑte tẽpo-
ris finita ꝑtrãſibit. ⁊ cũ nunq̄ poſſit cõſumi
totum tempus ⁊ etiam ex partib⁹ finitis mul
titudine ⁊ magnitudine reſultet finitũ ſeq̄-
tur ꝙ oẽs partes mobilis mouebunt᷑ ab om
nib⁹ ꝑtib⁹ mouẽtis tp̄e finito. ergo ⁊ totũ mo
bile mouebit᷑ tp̄e finito a motore finito. ergo
ſi tp̄us ſit infinitũ: oportet mobile eſſe infi-
nitũ. ⁊ ſic neceſſe eſt eſſe mouens infinitũ. er-
go mouens per tẽpus infinitũ neceſſario eſt
infinite virtutis. Sʒ cõtra argueret᷑. quia
hec ratio intelligenda eſt de primo mobili ⁊
de primo mouẽte Quib⁹ repugnat cõmẽta-
tor ꝙ aliqua cõditionalis bene eſt vera cui⁹
partes ſunt falſe. ⁊ ita eſt in ꝓpoſito. Sʒ me-
lius dicendũ eſt ꝙ in talib⁹ demonſtratõib⁹
vtitur Ariſto. diuiſiõe partiũ mobilis ⁊ mo-
uentis nõ realiter ita ꝙ ſɓm actũ fiat diuiſio.
ſʒ ſolum fit talis acceptio ſɓm imaginatõem
noſtrã per intellectũ vl' rationẽ ſignãdo vnã
partẽ ſine actuali diuiſione ip̄ius cõtinui di
cendo. ſi hoc totũ moueat᷑: hec pars pri⁹ per-
tingit ad aliq̄d ſignũ ſpacij q̄ alia. ⁊ debent
ſic intelligi rõnes phi. Sed iterũ arguere-
tur. ſi ſit aliq̄d mouens finite virtutis inge-
nitum ⁊ incorruptibile tale ſemꝑ habʒ ſe ad
mouendũ. ergo poterit mouere tp̄e infinito.
q2 ꝟo ſemꝑ manens idẽ ſemꝑ natũ eſt face-
re idem. ergo ex infinitate motus ſɓm tẽpus
non poteſt ariſtoteles cõcludere infinitatem
motoris ſɓm virtutẽ. Pro r̄nſione hui⁹ rati-
onis ſciendũ eſt ꝙ diuiſio motus poteſt ca-
pi dupliciter. ſ. ex parte mobilis ⁊ ſɓm partes
eius. ⁊ ex parte magnitudinis ſupra quã fit
motus. Una em̄ pars mobilis pri⁹ ꝑtranſit
vnam partẽ magnitudinis q̄ totũ mobile:
⁊ ſil'r totũ mobile prius pertrãſit vnã partẽ
magnitudinis q̄ totã. Et ſi bene cõſideret᷑
ratio Ariſto. clarũ eſt ꝙ totus motus capit᷑
ex parte mobilis. q̄d patʒ cum dicit ꝙ pars
mobilis in minori tempe mouet᷑ q̄ totũ. hec
em̄ minoritas tempis accipi nõ poteſt ex par-
te magnitudinis niſi in ordine ad aliq̄d ſi-
gnũ determinatũ. quia poſſet capi pars mo-
bilis ex parte mouẽtis ſibi ꝓportionata eq̄-
li tempe equale ſpaciũ ꝑtranſire ſicut totũ
mobile. Debet ergo capi minoritas tempis
ex parte mobilis ita ꝙ pars alicui⁹ mobilis
in minori tempe aliq̄d ſignũ magnitudinis
ſupra quã fit motus prius ꝑuenit q̄ totum
mobile. ⁊ ita ſi totũ mobile ꝑtrãſeat aliq̄d ſi-
gnũ tp̄e infinito opʒ nec̄cio ꝙ in ip̄o mobili
ſint infinite ꝑtes ⁊ ꝙ mobile ſit infinitũ. ⁊ ſi
mobile ſit infinitũ: opʒ neceſſario ꝙ mouẽs
ſit infinite virtutis. quia virtus mouẽtis de-
bet excedere virtutẽ mobilis. que quidẽ vir-
tus mobilis erit infinita ſi mobile ſit infini-
tum. Cum autẽ ſol mouet hec inferiora tem-
pore infinito non eſt intelligendũ ꝙ moue-
at aliq̄d mobile infinitũ cui⁹ motus ſit infini
tus ex parte mobilis: ſʒ bene mobilia infini-
ta ſɓm ſucceſſionẽ. Sed iterum replicat᷑ for-
tius. quia nullus eſt motus infinitus ex par
te mobilis cum nullũ mobile ſit infinitũ. ſed
ſolum eſt infinit⁹ ex parte magnitudinis re-
ſumpte ⁊ iterate. ⁊ ſic ad motũ tempe infini-
to ſufficit virtus infinita. ergo ratio ariſtote-
lis nõ poteſt cõcludere primũ mouens eſſe
virtutis infinite. Reſpondet᷑ neceſſario ꝙ il-
lud q̄d eſt prima cauſa motus infiniti opor-
tet ꝙ ſit per ſe cauſa infinitatis motus. quia
cauſa que eſt per ſe prima prior eſt cauſa per
accidens ſiue per aliud: vt dictũ fuit pri⁹. et
cauſa per ſe primo terminat᷑ ad effectũ per
ſe. quia cauſis ꝓprijs correſpõdẽt effectus
proprij ſecũdo hui⁹. Dictum eſt autẽ ꝙ tem-
pus motus poteſt accipi ex parte mobilis et
ex parte magnitudinis. ⁊ ita ſimiliter dicen-
dum eſt de infinitate motus. Tempus autẽ
motus q̄d cauſatur ex parte mobilis ſibi per
ſe cõuenit ⁊ etiam infinitas ſi talis eſſet. q̄a
ſibi cõueniret per propriũ eius ſubiectũ. tem
pus autem motus q̄d accipitur ex parte ma-
gnitudinis ſibi per accidens cõuenit. ⁊ ita ſi-
militer infinitas. Poſtq̄ tamẽ mobile totũ
motum ſuũ compleuit ſupra vnã magnitu
dinem quo reiterato redeat: ⁊ ſic infinitũ ta-
le tempus. ⁊ talis infinitas ſic veniẽs ex par
te magnitudinis per hoc ꝙ mobile reſumit
ſuum motum accidit motui illius. ergo q̄d
eſt cauſa prima hui⁹ infinitatis virtutis non
terminat᷑ per ſe ad illam infinitatẽ per acci-
dens: ſʒ terminat᷑ ad infinitatẽ motus ꝑ acci-
dens que eſſet per ſe. ⁊ hoc eſſʒ mouẽdo mo-

bile infinitũ si esset. ⁊ ꝓpter hoc secũdi motores q̄uis moueant motu infinito per accidens nõ oportet ꝙ sint infinite virtutis. quia cause per se nõ sunt cause illius infinitatis. q: vt dictũ est causa per se debet terminari aliquem effectũ per se. ꝭ etiam illã virtutez non habent ex se: ꝭ ex alio. Et similiter dictuz est de sole qui mouet hec inferiora motu infinito supponendo perpetuitatẽ mũdi ⁊ tamen nõ est infinite virtutis. nec etiã oportz illud. quia nõ est causa per se illius infinitatis. vñ si esset aliqđ mobile infinitum: neqꝫ sol neqꝫ alie intelligẽtie mouere possent: ꝭ primũ mouens ip̄m mouere posset. Et h̄ fuit mira subtilitas Aristo. qui ex hoc ꝙ postq̄ motus est infinitus per accidens: cõcludit primũ mouens esse infinite virtutis ex eo ꝙ effectus per accidens nõ potest esse termin⁹ alicuius cause per se. ⁊ tamẽ primũ mouens simpliciter est causa illi⁹ infinitatis ꝑ accidens. quare oportet ꝙ possit esse causa ꝑ se alicui⁹ infinitatis ꝑ se: sic ꝙ ex ꝑte eius nõ sit defectus. vnde patz r̄n̄sio ad quesitũ.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primã dicit̃ ꝙ solũ ꝓcedit de tempe qđ habet motus a mobili ꝭm partes eius. et sic verum est ꝙ motus nõ possit esse infinit⁹ nisi mobile esset infinitũ. ꝭ non ꝓcedit de tempore qđ habet motus ex parte magnitudinis resumpte. Ad secundã patet solutio.

Ad tertiam dicit̃ ꝙ ꝓcessus maioris in de celo de grauitate ⁊ leuitate intelligit̃ de virtute naturali. virtus autẽ primi motoris q̄uis sit infinita tamẽ est intellectualis ⁊ volũtaria. ideo nõ agit ꝭm vltimũ sui posse: ꝭ ꝭm ꝙ intelligit ⁊ vult.

Queritur decimoq̄rto vtruz in magnitudine finita possit esse virtus infinita: ⁊ ecõtra ĩ magnitudine infinita possit eẽ virtus finita.

Arguit̃ primo ꝙ sic. primus motor qui est infinite virtutis est in p̄mo orbe. vt habet̃ in secũdo celi ⁊ mũdi. ꝭ primus orbis est infinite magnitudinis: vt dicit primo de celo. ergo in magnitudine finita ẽ virtus infinita. Secũdo sic. q: stat in minori corpe maiorẽ esse virtutem q̄ in maiori. g̊ vt videt̃ possibile est ꝙ in magnitudine finita sit virtus infinita. Ad oppositum arguit̃ per Aristo. in primo cap̄lo quarti tractatus hui⁹ octaui ad vtrũqꝫ partem.

Pro responsione sciendũ ẽ primo ꝙ postq̄ Aristo. mõstrauit ꝙ mouẽs tẽpore infinito necesse est infinite virtutis. cõsequẽter ostendit ꝙ virtus infinita non potest esse ĩ magnitudine finita. ⁊ hoc valet ad ꝓbandũ ꝙ primũ mouẽs est penit⁹ indiuisibile ⁊ nõ habẽs magnitudinez. oñdit etiam Aristo. ꝙ in magnitudine finita nõ p̄ot esse virtus infinita. ⁊ sic istud ꝑ cõcomitantiam ad primã questionem se habet: q̄uis nõ sit a ph̄o principaliter intentũ.

Tunc sit cõclusio prima. in magnitudine finita nõ p̄ot esse virtus infinita.

Pro cui⁹ ꝓbatione duo supponũtur. Primũ quia maior virtus equalẽ effectum perficit in minori tempe q̄ minor virtus. Secũdum est. q̄uis maior virtus equalẽ effectum ꝑficiat in minori tp̄e q̄ minor in minori tẽpore impossibile tñ est virtutẽ aliquã quãtumcũqꝫ magna sit in nõ tp̄e mouere. q: oĩs motus est in tp̄e. Tũc arguit̃ sic. si in magnitudine finita essz virtus infinita: sequeretur ꝙ ip̄a in nõ tp̄e moueret. qđ ẽ ĩpossibile ꝑ secundã suppositionẽ. Patz ꝯñ̄a. quia si talis virtus infinita tp̄e aliquo finito moueret q̄ntumcũqꝫ modico. signet̃ illud tẽpus ⁊ sit. a. ⁊ deinde capiat̃ virtus finita alicui⁹ magnitudinis finite que etiam mouebit tempe finito: ꝭ in maiori. ⁊ sit illud tẽpus. a. b. Cum ergo cuiuslibet finiti ad finituz sit ꝓportio erit tempus. a. b. ad tempus. a. determiata ꝓportio ꝭm quã maius excedit minus. addat̃ ergo ꝭm eandẽ ꝓportionẽ qua vnũ temp⁹ excedit aliud virtus finita ad virtutẽ finitam datam tũc aggregatũ ex his virtutibus qđ finitũ erit. e. x. mouebit ĩ equali tempe ip̄i. a. quia quantũ crescit virtus: tantuz decrescit ip̄m tempus. ergo virtus finita ⁊ infinita in equali tempe mouebũt. Et cũ adhuc virtuti finite possit fieri additio absqꝫ h̄ ꝙ adequet̃ virtuti infinite. quia semꝑ erit finita. sequitur ꝙ virtus finita in minori tempe mouebit q̄ infinita. qđ est impossibile sicut dicebat suppositio. Impossibile est ergo virtutẽ infinitã mouere tempe finito. ergo si talis esset moueret in nõ tempe. qđ est iteruz impossibile. ergo impossibile est virtutẽ infinitã esse in magnitudine finita. Sz ꝯ̄ obijceret̃. quia hec ratio nõ solũ videt̃ ꝓbare ꝙ in magnitudine finita non p̄ot esse virtus infinita. imo etiaz

ꝙ nulla est virtus infinita. qꝺ est cōtra pꝛe
dicta. Respondet ꝙ virtus que nō est i ma⸗
gnitudine est agens ꝑ intellectū. ⁊ a tali mo
uetur celum: vt dicit duodecimo metha. vir
tus autē que est in magnitudine agit natu⸗
raliter. Et inter istas virtutes talis est diffe⸗
rentia. qꝛ agens naturale semꝑ agit ſm vlti
mū sui posse. ⁊ actio eius ꝓpoꝛtionat sue na
ture. ⁊ ideo si sit virtutis infinite actio est in⸗
finita. quare si in magnitudine aliqua esset
virtus infinita cum esset agens naturale mo
tus ab ea ꝓcedens esset infinite velocitatis
⁊ fieret in nō tꝑe. ſ; actio agentis ꝑ intellectū
non ꝓpoꝛtionalit sue nature. ſ; insequit mo⸗
dum foꝛme appꝛhense. Et ideo domificatoꝛ
non facit domū quātā ⁊ qualē posset ſ; quā⸗
tam ⁊ qualē vult ⁊ intelligit. quare nō opoꝛ
tet ꝙ si sit aliq̄ virt⁹ infinita sine magnitudi⸗
ne ꝙ moueat velocitate infinita: ſ; tāta velo
citate quāta cōgruit sibi ꝓpter quā agit.

Sciendum est vlterius ꝙ nihil mouet nisi habens magnitudinē. Impossi⸗
bile autē est aliquid habēs magnitudinē re⸗
cipere effectū adequatū virtuti alicui⁹ agen
tis per intellectū. qꝛ natura coꝛꝑea se hʒ ad
intellectum sicut particulare ad vniuersale.
ideo quāuis sit aliqua virtus infinita extra ma
gnitudinē nō opoꝛtet ꝙ in aliqua magnitu
dine faciat effectū sibi adequatū. quare non
opoꝛtet si pꝛimus motoꝛ sit infinite virtutis
celum infinita velocitate moueri. Sʒ aliqꝺ
habens magnitudinē potest recipe effectuʒ
minoꝛē ⁊ etiam equalē virtuti actiue existen
ti in magnitudine. ⁊ ideo si esset virtus infi
nita: sequeret ꝙ posset habere effectum sibi
coꝛrespōdentē in aliqua magnitudine. effe⸗
ctus autem sibi coꝛrespōdens esset infinita
velocitas motus. ⁊ sic opoꝛteret talem virtu
tem mouere ⁊ nō moueri. ⁊ mouere in nō tē⸗
poꝛe qꝺ est ipossibile. Et si iterū obijciat.
qꝛ celuʒ potest moueri tempe infinito. ergo
possibile est ipm moueri infinita velocitate.
ergo in non tempe. Conceditur antecedens ꝙ
illud nō repugnat magnitudini circulari. ſ;
negetur ꝯña ꝙ illud repugnet magnitudini
circulari moueri in nō tꝑe. opoꝛteret enim ꝙ
oīa puncta circuli in vno ⁊ sub eodem instā
ti tempis essent in vno ⁊ eodeʒ pūcto. qꝺ est
impossibile. Et si obijciat iterum. si in ce⸗
lo nō sit virtus infinita ad mouere vl moue
ri infinita velocitate sequeret ꝙ i eo nō erit
virtus ad esse tempe. infinito. Ad hanc ra⸗
tionē dicetur in pꝛimo de celo.

Conclusio secūda. in magnitu dine infinita nō pōt esse virtus finita. Pꝛo
qua notat Aristo. ꝙ oppositū eius maxime
videt verū ꝓpter illud qꝺ tactū est in vna ra
tione ante oppositū q̄ tamē nulla ten⁹ cōclu
dit. qꝛ licʒ paru⁹ ignis sit maioꝛis actiuitatis
magna parte aeris: poterit tñ tantuʒ accipi
de aere ꝙ equabit virtus eius virtuti ignis
Et cū infinitū nunq̄ possit totū accipi sil' im
possibile esset ignē quātecūq; quātitatis eēt
dum tñ essʒ finite virtutis aeri adequari vir
tute aeris infinite quātitatis. Pꝛobat cōclu⸗
sio ⁊ sit magnitudo infinita. a. b. cui⁹ virt⁹ sit
finita. deinde capiat aliqua magnitudo fini
ta q̄ sit. b. c. cui⁹ etiam virtus sit finita. dein⸗
de capiat aliq̄ pars magnitudinis infinite
q̄ sit. a. e. vel ergo illius ꝑtis erit aliq̄ virtus
vel nō. Non pōt dici ꝙ nō. qꝛ impossibile est
coꝛpus naturale esse sine virtute. si ergo nō
possit adequari virtus ꝑtis virtuti toti⁹: se
quit ꝙ virtus eius erit minoꝛ q̄ virtus toti
us. et se habebit in aliq̄ ꝓpoꝛtiōe ad virtutē
toti⁹ ⁊ etiā ad virtutē magnitudinis finite.
Et si capiat alia pars q̄ sit eq̄lis parti iaʒ ac
cepte ipius etiam erit aliq̄ virtus eq̄lis vir⸗
tuti alterius. ⁊ cū virtus totius sit finita se⸗
quit ꝙ possunt accipi tot partes eius ꝙ vir⸗
tus partiū adequabit virtuti toti⁹. ⁊ tñ non
dum accepta erit tota magnitudo. quare se⸗
quit ꝙ erit eadē virtus totius ⁊ partis finiti
⁊ infiniti. ⁊ ꝙ erūt alique ꝑtes magnitudi⸗
nis infinite quarū nulla erit virt⁹. q̄ oīa sunt
impossibilia. Iteʒ sequeret ꝙ magnitudo
finita in eq̄li tꝑe: imo i minoꝛi mouebit q̄ ma
gnitudo infinita. Patʒ. qꝛ ex quo virtus ma⸗
gnitudinis infinite erit finita ipa mouebit tē
poꝛe finito. virtus eniʒ magnitudinis finite
mouebat tempe finito deīde fiat additio illi
magnitudini finite: et fiat additio virtutis.
q̄re cōtingit virtuti magnitudinis finite ad⸗
equari: imo excedere magnitudinē virtutis
infinite. ⁊ sic moueri i eq̄li. imo i minoꝛi tꝑe.
⁊ tñ ꝑ talē additionē finitā nunq̄ adequabi
tur infinite. ergo magnitudo finita in minoꝛi tē
poꝛe mouebit q̄ infinita. Tertia ratio est q̄
sumit ex ꝑte magnitudinū q̄ sunt eiusdeʒ na
ture. in talib⁹ eniʒ crescēte virtute crescit ma
gnitudo: ⁊ ecōtra. ergo si sit infinit⁹ aer cui⁹ virt⁹
sit finita: ⁊ sumat finitus aer cui⁹ etiam virt⁹

it finita: tūc per additōem aeri finito adeq̄/
itur virtus eius virtuti aeris infiniti absq̄
hoc ꝙ aer finitus fiat infinit⁹ q̄re sequitur ꝙ
initus aer erit eq̄lis infinito. vel ꝙ in his q̄
ant eiusdē nature magnitudo nō ꝓportio/
neť virtuti. qđ est impossibile. ğ impossibile
st i magnitudine infinita eē virtutē finitā.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā đ: ꝙ prim⁹ motoꝛ ē in p̄mo oꝛbe
nō tanq̄ sibi inherēs vt forma ei⁹: ꝫ tanq̄ si
i assistēs vt motoꝛ mobili. Ad secūdā ne
gať ꝯñа. ⁊ causa dicta ē in secūda ꝯclusiōe.
Sequiť text⁹. Necesse est aūt hic q̇dē ⁊c̈.

Queritur decimoquinto. vtruz

piecta a primo ꝓijciēte post recessuz moueā/
tur a medio Arguiť primo ꝙ nō. q: medi
um resistit sue diuisiōi. ğ nō mouet ꝓiecta: ꝫ
resistit motui eius. Secūdo sic arguiť. in/
quirēdo a quo moueť ip̄m mediū cessante pri/
mo mouēte. nam ip̄m mediū nō moueretur
a se ip̄o. ğ opoꝛtȝ ꝙ ab alio moueať sic̄ ⁊ ꝓie
ctum. Tertio sic. q: si sic seq̄reť ꝙ lata ꝓie
cta velocius mouerenť q̄ rotūda vľ acuta.
quod est falsū. ⁊ ptȝ ꝯñа. q: facili⁹ pellerenť a
medio. Quarto sic. q: mirabile videť ꝙ
aer q̇ tam diuisibilis est faciliter taȝ grauia
coꝛpa mouere ⁊ sustinere possit. Ad oppo
situm est ꝓbus in secūdo capitulo quarti tra
ctatus huius octaui.

Pro responsione sciendū ē pri

mo ꝙ vt Aristo. cōcludat vnitatē primi mo
toris: oñdit ꝙ in quibusdā mobilib⁹ vt in ꝓ
iectis impedit vnitas ⁊ ꝯtinuitas motuū ꝑ/
per pluralitatē motoꝛis. quare si prim⁹ mo/
tus debeat esse maxime vnus ⁊ cōtinu⁹ opoꝛ
tet etiam ꝙ motoꝛ prim⁹ sit vnus. Et gratia
hui⁹ mouet Aristo. dubiū a quo moueanť ꝓ/
iecta post recessuȝ a primo ꝓijciente. q̄ quidē
dubitatio oꝛiť ex hoc ꝙ demonstratū est in/
animata a se moueri non posse. ⁊ etiā ex illo
quod oñsum est ꝙ mouēs simul est cum moto.
Ex his ergo oꝛitur dubiū. a quo moueantur
piecta postq̄ non tanguntur a primo ꝓij/
ciente. Circa quā dubitatōem ꝓbus conclu/
dit quādam falsam opinionē. que vt dicunt
aliqui fuit Platonis. qui vt dicūt posuit pri
mū ꝓijciens cum ip̄o ꝓiecto mouere aliqđ
aliud coꝛpus ꝑputa aerē. qui quidē aer mo
tu cōcomitať semꝑ ⁊ mouet ip̄m ꝓiectū du
rante toto moto eius. Sed cōtra arguit
Aristo. quia eadē dubitatio oꝛitur de ip̄o ae
re a quo. s. moueať postq̄ separatur a p̄mo
mouente. quia sicut a se non moueť ꝓiectuȝ
ita nec ip̄e aer. Et hunc modū mouendi ꝓie
cta vocant aliqui antiparistesim: hoc est con/
tra resistentiā medij. imaginātes ip̄m mediū
resistēdo vnire se retro mobile ⁊ vniēdo mo
uere mobile. Sȝ vt dictū est hec solutio Ari/
stoteli nō placet ꝓpter causam dictaȝ. Ideo
ip̄e Aristo. aliter soluit. dicens ꝙ primū ꝓo/
ijciens coꝛpus sibi ꝓpinquū puta aerem vľ
aquā mouet. ⁊ mouendo ip̄m sibiip̄i attribu
it virtutē mouēdi aliud mediuȝ ꝯñter sibi se
habens. ita ꝙ illud mediuȝ ꝓpinquū primo
mouenti ab ip̄o primo habet quo moueať. ⁊
ꝙ moueat aliud. ⁊ sic deinceps. Et q: moue
re ⁊ moueri nō insunt de necessitate eisdem:
al's non esset dare mouens non motuȝ. ideo
hoc secūdū mouēs licȝ postq̄ cessauerit pri
mū mouere cesset moueri. tamen bene mouet
aliud cōsequēter sibi se habēs. Quod satis pa
tet ad sensum de lapide ꝓiecto in aqua qui
aquam mouet sibi ꝓpinquā p̄mo causando
in ea quēdam circulū. qui circulus fact⁹ cau
sat alium circulū mouendo aliam aquā cō/
seq̄nter se hñteȝ. ⁊ hoc modo non opoꝛtet to
tum aerem vel totā aquā moueri simul quā/
do primū mouens mouet: ⁊ simul quiescere
quādo primū cessat mouere. ꝫ ꝓpinquū me/
dium primo mouenti simul mouetur quādo
primū mouet: et simul cessat moueri quādo
primū cessat mouere. ⁊ in termio sui motus
mouet aliud mediū sibi ꝓpinquū. Et ita di/
cendū est de illo alio in oꝛdine ad aliud. Et
quia virtus motiua imp̄ssa a primo in secū/
dum foꝛtioꝛ est ipso secūdo q̄ in tertio. ideo
cōtinue minoꝛať ⁊ tandem adeo debilitatur
ꝙ sufficit ad ꝫ ꝙ illud in quo est moueat ali
ud sibi pꝛopinquū. sed non tribuit virtuteȝ
mouendi vlterius. ⁊ tūc cessante illo in quo
debilis est ita mouere cessat aliud moueri. ⁊
desinit motus perfectiōis. Et iste est modus
posit⁹ ab Aristo. quo ꝓiecta mouenť. Sȝ
circa hūc modū aduertendū est ꝙ lȝ vt⁹ mo
tiua in medio ꝓpinq̊ primo mouēti maioꝛ sit
intēsiue q̄ i magis distāti. nō tñ hȝ actū suū
maximuȝ. ideo nō est maioꝛ extēsiue. q: virt⁹
illi⁹ cuȝ sit coꝛꝑalis req̄rit sicut q̄libet virtus
coꝛpoꝛea determinataȝ quātitatem. maxime

q̄tum adhoc ꝙ habet suū maximū actū. et iō videmus ꝓiecta ꝓprie primū ꝓijciens minus ledere ꝙ̄ distantiora a primo ꝓijciente in fine vō motus ꝓpter debilitatē virtutis tarde mouentur. ideo ꝓiecta velocius mouentur i medio ꝙ̄ in principio ⁊ in fine. Exemplū sensibile patꝫ in aqua. nā si lapis cadat in aquā et ꝓpe lapidē sint ligna ista tardius mouebuntur iuxta lapidem ꝙ̄ in maiori distantia a lapide. etiā circuli minores tardius mouebuntur iuxta lapidem ꝙ̄ distantiores a lapide.

Sciendū est vlterius ꝙ corpora nata mouere aliqͦd ꝓiectū post recessū a p̄mo proijciente debent habere aliquas conditiones. et ponit albertus quattuor. Prima est ꝙ nata sint moueri et quiescere. qꝛ vt dictū est ſm mouetur mouente primo et quiescit cessante primo. Secunda est ꝙ oportet hmōi corꝑa non eē alicuius determinate figure. ſꝫ faciliter permutari ad quācūqꝫ figurā. ideo oportet ea eē humida. qꝛ humidum male terminat̄ termino proprio. et facile est terminabile termino alieno. et sic male dixerunt aliqui ꝓiecta moueri ꝑ impetū ipius ꝓijcientis ipis proiectis impssuꝫ a primo ꝓijciente. quia cōtingit ipa ꝓiecta adeo eē dura et cōpacta ꝙ i pis ip̄rimi nō posset hmōi impetus. Tertio oportet hmōi corpora spiritualia eē rara et subtilia. et faciliter diuisibilia vt vna pars possit moueri sine alia et ⁊ vna ꝑs possit alteri suꝑferri hoc ē suꝑ illaꝫ moueri vel iuxta sine hoc ꝙ alia moueatur Quarto oportet ipa corꝑa eē vicina materie prime ꝓpter quā vicinitatē sunt in potētia ad recipiendū quēcunqꝫ motū et a quocunqꝫ motore.

Sit igitur cōclusio prima et responsalis ad quesitū. Proiecta p⁹ recessū a primo ꝓijciente a medio mouentur mō expsso. Patet: quia hmōi ꝓiecta post recessū mouent̄ vt ad sensū patet. et nō a se cum n̄ sint animata. ḡ ab alio. ⁊ cū ꝓrimū mouēs debeat esse sil' cū moto oportet hmōi corpora moueri ab aliquo corpore intermedio inter primū ꝓijciens ⁊ ipa. quod est immediatum proiectis ipis. Ex quo sequitur ꝙ nō mouentur ab vnico motore. ſꝫ a plurib⁹ cōseq̄nter se habentibus seinuicē tangentibus. qꝛ non ē semꝑ idē corpus imediatū ipis ꝓiectꝭ et quia pluralitas seu diuersitas non est sine diuisione. iō bene dicebat̄ prius ꝙ oportet mediū a q̊ moueat̄ esse faciliter diuisibile. Ex quo infert aristo. conclusionem principaliter intentā. que talis ē.

Conclusio secunda. licet motus alicuius proiecti videatur esse vnus et continuus propter continuitatem mobilis ⁊ tēporis. non tamen est vnus et cōtinuus simpliciter. Probatur. quia hmōi motus est a pluribus et diuersis motoribus. consequēt̄ se habentibus et non simul ipsum proiectuꝫ mouentibus. ergo ille motus nō ē similiter vnus et continuus. ⁊ hoc ad sensū patet in aqua mota ab aliquo lapide incidente. Ibi enim patet successio motus ad motum ſm diuersas partes aque. ideo esse apparent diuersi circuli. etiam ibi apparet quomō vna pars aque aliam mouet. alia non mouente. et quomodo vna pars mouetur alia nō mota. et similiter est in aere quantum ad corpora proiecta per aerem. licet non sit ita sensibile nobis propter maiorem aeris subtilitatem. Ex hijs sequit̄ ꝙ motor prim⁹ ē vn⁹. qꝛ alias primus motus nō esset vnus et esset a pluribus motoribus.

Ad rationes ante oppositum: Ad primā conceditur antecedēs ⁊ negat̄ cōsequentia. qꝛ virtus motiua primi mouenti excedit resistentiaꝫ ipius medij. ideo mouet ipm mediū et sibi virtutē mouendi attribuit. Ad secundam dictū est ꝙ primum mouens mouet medium sibi ꝓpinquū quousqꝫ deficit virtus mouendi. Ad tertiā negetur consequentia. qꝛ rotunda vel acuta facili⁹ diuidunt mediū ꝙ̄ lata. iō facilius mobilia s[…] a medio. Ad quartā dicitur ꝙ hoc nō est mirabile scienti materiam ꝓpter causas dictas. quia ex aere et aqua nō sūt simpliciter corpora grauia. nec sunt similiter leuia. ideo faciliter ab eo mouentur ad latus. quare ē primū mouens est magne virtutis in modo. ideo pōt tanta velocitate mouere medium sibi ꝓpinquū. quia velocitas sui motus recipit mediū sibi vnitum et ꝑuenit diuisionē eius. iō medium sic motum velociter vnitum bene potest corpus multum graue mouere et sustinere. et ꝑ hoc mot⁹ aeris eradicat arbores. ⁊ magna edificatia corruere facit. [Sequitur] Qm̄ aūt i hijs q. ⁊[…]

Queritur decimosexto vtrū primū mouens sit omino inpartibile ⁊ nullam magnitudinē habēs. Arguit̃ primo ꝙ nō quia primū mouēs est in circūferentia primi mobilis. ſ forma que est in materia quātificat̃ ad quātificatōem sue materie. ergo mouens primū habet magnitudinē. Secundo sic. mouens primū habet orbē. ergo habet magnitudinē. Tertio sic. mouēs p̃mū est infinite virtutis. ergo est diuisibile. Ad oppositū est Aristoteles in vltimo capitulo huius octaui.

Pro responsione sciendū ē primo ꝙ postꝙ Aristo. ostendit ꝙ primū mouens est infinite virtutis. q: mouet tp̃e infinito. ⁊ ꝙ virtus infinita nō potest esse in magnitudine finita. ⁊ etiam ꝙ motus ꝓiecti nō est vnus. q: est a diuersis. Consequēter et finaliter ī hoc vltimo ex his cōcludit finaliter intentum suū in hoc libro: scz cōditiōes primi mouentis.

Sit ergo conclusio prima. p̃mū mouens est vnū. Probat̃ cōclusio. q: prius ꝓbatū est ꝙ in his que sunt potest esse aliq̃s motus sempiternus ⁊ cōtinuꝰ. quare de facto ita est. ſ motus sempiternꝰ ⁊ cōtinuꝰ semper vnus est. ergo est aliq̃s motꝰ semꝑ vnꝰ. ſ motus est vniꝰ magnitudinis. q: impartibile mouet̃. etiam impartibile est ab vno motore. q: diuersitas motoꝝ impedit vnitatē motus. vt patuit de motu ꝓiectoꝝ. ergo motus semꝑ vnus existens qui est motus primus est ab vno motore qui est primus. ergo motor primus siue imobilis existens siue motꝰ moueat est vnus.

Conclusio secunda. licz iam ꝓbata sit. tamē eā adhuc reiterat ph̃us. que talis est ꝙ primus motor est imobilis. P̃tz. q: om̄e qđ mouet̃: mouet̃ ab alio. ergo cum nō sit ꝓcedere ī infinitū in motoribꝰ ⁊ in mobilibus. vt patuit prius. necesse ē ꝯuenire ad aliqđ mobile primū motū a motore imobili.

Ex hac ꝯclusione infert Aristo. primo ꝙ ille motor necessitari nō potest vt moueat. p̃tz q: omne qđ necessitat̃ mouet̃ a necessitante. ſ q: motor primꝰ est imobilis. igit̃. Secundo infert ꝙ ille motor est infatigabilis. patz q: fatigatio nō accidit nisi q: motor mouet̃. q: huic qđ variat̃ de dispositōe in dispositionem accidit fatigatio. cū ergo motor primꝰ nō moueat̃: sequit̃ ꝙ mouet sine fatigatiōe.

Tertio infert ꝙ mouere p̃t motu sempit̃no ergo motus primꝰ qui est ab eo est sempiternus. patz. ex quo nō mouet̃ semꝑ est in eadē dispositōe. ergo si hic nūc moueat semꝑ mouere potest. quia in perpetuis nō differūt eē ⁊ posse: hoc est nō distant. sequit̃ ꝓpositum. Infert ergo ꝙ solus motus primꝰ est regularis: aut saltē inter oēs est maxime regularis. qđ ꝓbat Aristo. quia aliqua mouētia mota aliq̄n possunt mouere sub eadem dispositōe ⁊ ita vt videbit̃ possunt mouere motu regulari. patz. q̇a ex hoc ꝙ primꝰ motor semꝑ est manens in eadē dispositōe semper mouere p̄ōt equaliter. ⁊ cū mobile suū non suscipiat aliū motum a circulari. q: si alteret̃ alteretur ad aliū motū. ⁊ quodāmodo mutaret̃ ex dispositōe in dispositōem ⁊ sic non posset mouere motu semꝑ cōtinuo. ergo mobile suum nō suscipit aliū motū. ergo semꝑ p̄ōt eq̄liter moueri. g̊ primꝰ motꝰ est maxime regularis. Etsi obijciat̃ cōtra tertiū ⁊ quartū correlaria. quia prius ꝓbauit Aristo. motū primū esse cōtinuū ⁊ sempiternū ⁊ regularē ergo nūc supflue ꝓbat ipm. Ad hoc dicēdū est ꝙ in motu duo oportet cōsiderari. s. durationē eius ꝑ infinitū tēpus. ⁊ hoc prius probatū est ex infinitate p̃mi motoris. q: ex quo est virtutis infinite ē causa infinitatōis motus. Aliud est cōsiderare. s. cōtinuā reiterationē circulatōis. ⁊ hoc habet motus primꝰ ex imobilitate primi motoris. ⁊ istud nūc ꝓbat Aristoteles.

Conclusio tertia. motor primꝰ ē in circūferentia primi mobilis. Patet sic. q̇a primꝰ motus est circularis. ergo primū mobile est circulare siue circularis figure. circularis autē magnitudinis non sunt nisi duo principia. s. centrum ⁊ circūferentia. a centro enī ad circūferētiam ducunt̃ linee. ⁊ sic vnū se habet vt primū principiū. reliquū autem vt terminꝰ. ergo oportet motorē primū esse in centro aut circūferentia. ſ rationabilꝰ est ipm esse in circūferentia. qđ ꝓbat Aristo. q̇a ꝓpinquiora primo mouēti velocius mouētur. q: prius ⁊ fortius suscipiūt impssionem mouentis. ⁊ sic extrema circūferētie ipꝰ primi mobilis velocꝰ mouent̃. g̊ est ibi primꝰ motor primi mobilis. Sed obijceret̃ ꝯtra

quia motor primꝰ est impartibilis nullā habens magnitudinē. ergo nō habet determinatum situz in corpe. ergo nō est in circūferētia primi mobilis. Rūdetur ꝙ primꝰ motor debet esse in circūferētia primi mobilis nō per determinatiōem sue substātie: sed per efficaciam sui motus. nam ibi primo influit motū celi. ⁊ ibi. s. in circūferētia primi mobilis primo incipit motus. ⁊ sic rōnabilius est ꝙ sit in celo ꝙ̄ in terra. ⁊ adhuc in oriēte ꝙ̄ in occidente. Non sic tamē ꝙ assigneẗ alicui determinate parti existēti ipius primi mobilis quia pars que nūc est in oriente postmoduz est in occidente. sed debet intelligi ꝙ ſm situ̅ orientis primo aspicit primuz mobile influendo sibi motum. vt in secūdo celi et mundi diciẗ de dextro ⁊ sinistro.

Cōclusio quarta. motor pmus

est omino impartibilis ⁊ nullā habens magnitudinē quā informet licz habeat magnitudinē qua vtitur. Probaẗ prima pars conclusionis dupliciter. Primo q: virtus omis in magnitudine existens per se nō mouet localiter nisi pellēs aut trahēs aut vtroqꝫ modo se habens. Qđ aūt sic mouet non mouet nisi motū. ergo variaẗ de dispositōe in dispositōem. ⁊ ꝑ ꝯn̄s nō potest mouere motu semper regulari vno ⁊ cōtinuo quoꝝ opposita sunt demonstrata de primo motore. Ex his patz solutio dubitatōis quā hic mouet Aristo. an. s. aliqđ mouens motū mouere possit moto vno ⁊ simpliciter cōtinuo. Respōdet ꝙ non. quia tale mouēs ex quo motū est licz videaẗ esse vnū est tamē quodāmodo plura. quia variaẗ de dispositōe in dispositōez. ergo nō potest mouere motu simpliciẗ vno ⁊ ꝯtinuo. vt patuit in motu ꝓiectoꝝ. licz aer videatur esse vnū mouens vel aqua tamen ibi sunt plura mouētia ꝓpter facilem diuisionem ipius aeris vel aque. ⁊ sic solū motus qui est a motore imobili simpliciter vnus est ⁊ cōtinuus. Secundo ꝓbaẗ ista cōclusio. quia si primꝰ motor haberet magnitudinez aut esset finita: aut infinita. Non infinita. vt patuit in tertio huiꝰ. nam ꝑ̄cedentes libros in ordine ad istū pħi appellant phisicos. q: cōsideratio motꝰ in octauo quodāmodo cōtracta est. nec habet etiam finitaz magnitudinem. q: cum moueat tempe infinito oportet ꝙ sit virtutis infinite. modo virtus infinita nō potest esse in magnitudine finitā. ergo ⁊c̄. Ex quo sequiẗ ꝙ est indiuisibilis. q̄a nihil est diuisibile nisi quātum. Secunda pars cōclusionis patz quia motor primꝰ habet primū mobile quo vtiẗ tanꝙ̄ instrumento ad explicatōez formaꝝ naturaliū in materia generabiliū ⁊ corruptibiliū ad ꝯſuatōez ipaꝝ. ⁊ ꝑ hoc soluiẗ secūda rō an̄ oppositū.

Ad rationes ante oppositum:

due prime solute sunt. Ad tertiam diciẗ ꝙ motor primus nō est infiniẗꝰ infinitate quantitatis diuisiue ſ3 infinitate virtutis que seq̊tur formaz. ideo ꝑfectissimꝰ ⁊ simplicissimus est. Et ita finit peripatheticoꝝ ꝑ̂nceps Aristoteles cōem cōsideratōem de rebꝰ naturalibus quā tradit in libro phisicoꝝ siue de phisico auditu in primo et in vniuersali totius nature initio qđ deꝰ est ꝑ oia beatus.

Et sic est finis libroꝝ phisicoꝝ.

Sequiẗ liber de celo ⁊ mūdo.

De natura scientia fere plurima videtur circa corpora ⁊ magnitudines. ⁊ horū existēs passiones ⁊ motus.

Jrca initium primi libri de celo ⁊ mūdo. Queriẗ primo vtruz scientia naturalis sit circa corpora ⁊ magnitudines. Arguiẗ ꝙ nō. naz mathematica ē circa corpora ⁊ magnitudies. g̊ sciētia naturalis nō est circa corꝑa ⁊ magnitudines. ꝯn̄a ptz. q̄a diuerse scientie versanẗ circa obiecta diuersa. Secūdo arguiẗ. multa cadūt sub cōsideratōe sciētie naturalis q̄ nō sunt corpora neqꝫ magnitudines vt aīa. nā materia ꝑ̄ma. motores orbiū. infinitū. vacuū. g̊ scīa naturalis nō ē circa corꝑa ⁊ magnitudines. imo circa multa alia. Ad oppositū est pħus in ꝑ̄ncipio huiꝰ libri de celo ⁊ mūdo sic diceṅ. De natura sciētia fere plurima videtur circa corꝑa ⁊ magnitudines ⁊ hoꝝ existēs passiones ⁊ motus. Jdeo primo videbiẗ de quesi-

to. Secũdo declarabũtur aliqua dubia.

Quantũ autem ad primũ sciendũ est primo φ vt hȝ phus in pĥemio phisicorū tūc opinamur scire vnūquodq̧ cū causas cognoscimus p̄mas ⁊ p̄ma p̄ncipia vsq̧ ad elemēta. Et q̄ phs manifeste ostēdit i sciētijs esse, pcessum ordinatū quādo pcedit a primis causis et principijs vsq̧ ad proximas cās: q̄ sunt elemēta cōstituētia essentiā rei. ⁊ hoc est rationabile. Nam pcessus scientiarū est opus ratōis cui⁹ pprīū est ordinare Ideo in omī opere ratōis aliquis ordo inuenitur ƀm quē pcedit ab vno in aliud. Et hoc patȝ tam in ratiōe practica cui⁹ cōsideratio est circa ea que nos facimus. φ in ratōe speculatiua cui⁹ cōsideratio est circa ea q̄ sunt aliūde facta. s. ab anima. In cōsideratiōe autē practice ratiōis inuenit pcessus de priori ad posterius ƀm q̄druplicē ordinatiōeȝ. Primo ƀm ordinē apph̄ensionis put practicus. vt artifex primo apph̄endit formaȝ domus absolute: ⁊ postea inducit eam in materia. Secūdo ƀm ordinem intentōis ƀm φ artifex intendit totā domū pficere ⁊ ppter hoc facit quicq̊d opat circa ptes. Tertio ƀm ordinem compositōis, put prius dolat lapidē vel ligna ⁊ postea cōponit adinuicē ad cōstructionē parietis ⁊ totius. Quarto ƀm ordineȝ sustentatiōis artificij, put artifex facit fundamentū supra qd̊ cetere partes domus sustērent. Et similiter inuenit quadruplex ordo ratōis in cōsideratōe ratōis speculatiue cōformiter ad ordinem rationis practice. Prim⁹ ordo est ƀm quē ratio speculatiua pcedit a cōiorib⁹ ad min⁹ cōia. ⁊ hic ordo ratiōis corr̄ndet primo ordini rōnis practice: qui dicebat ordo apph̄ensiōis. Uniuersalia em̄ cōsiderant ƀm formā absolutā. particularia ṽo ƀm applicatōem forme ad materiā. sicut dicit phus in hoc primo. φ q̊ dicit celū dicit formā. qui aūt dicit hoc celuȝ dicit formā in materia. Secūdus ordo est ƀm quem totū prius cadit in cōsideratōe φ partes. et hoc loquēdo de partibus ƀm materiaȝ que sunt partes indiuidui. ⁊ iste ordo correspondet ordini intentiōis quo prius intendit totum φ pars. Tertius ordo est ƀm quem ratio pcedit a simplicibus ad cōposita inq̄tuȝ ꝯposita cognoscūtur per simplicia sicut per principia. ⁊ hic ordo comparat tertio ordini queȝ dicimus cōpositionis. Quartus est ƀm quem necesse est ratiōem prius cōsiderare partes principales: sicut corpus in corpore animalis perfecti φ partes minus principales. ⁊ iste ordo correspōdet ordini sustentatiōis. Unde vt habet sanctus Thomas iste quadruplex ordo in pcessu scientie naturalis inuenitur.

Pro quo sciēduȝ est secundo φ in scientia naturali primo determiant cōmunia. ⁊ hoc in libro phisicꝫ. cuȝ determinat de ente mobili in cōmuni cōsiderato inq̄ tuȝ mobile est. In alijs autem libris applicant cōmunia ad ppria ⁊ specialia subiecta motuum specialiū. Et quia subiectū motus est corpus vl' magnitudo. quia nihil mouet nisi quantū. vt dicebat septimo phisicꝫ. In corporibus ergo necesse est tres alios ordines attendere. Unuȝ ƀm quem totū vniuersum corporeū prius cadit sub cōsideratōe φ sue partes. Alium ṽo ƀm quem corpora simplicia prius cadunt sub cōsideratōe φ composita siue mixta. Tertium autem ƀm quem inter simplicia corpora necesse est de priori cōsiderare. scȝ de celesti corpore per q̊ omnia alia firmant. Et hec tria in hoc libro aguntur. in quo tradunt quedā pertinētia ad corpus celeste sicut in secūdo libro. quedam etiam ptinētia ad alia simplicia corpora. sicut patet in tertio ⁊ q̄rto. in quib⁹ determinat de elementis. In primo autem hui⁹ determiatur de pertinētibus ad totum vniuersum et de ip̄o toto vniuerso in se cōsiderato. Modo iste liber est prim⁹ post librū phisicoꝝ. inter om̄es libros phie naturalis. Propter qd̊ etiam in principio hui⁹ libri incipit phus a diffinitione corporis: ad qd̊ applicant omnia que in libro phisicoꝝ in cōmuni tradita sunt Et ex hoc clare patȝ ordo hui⁹ libri ad p̄cedentes ⁊ sequētes phie naturalis. Patȝ etiam ordo libroꝝ partialiū hui⁹ libri. Naȝ in primo agitur de toto vniuerso ⁊ de ptinentibus ad ip̄m. In secundo ṽo agitur de perfectissima eius pte. s. de corpore celesti ⁊ de ptinentib⁹ ad ipsum. In tertio ṽo ⁊ q̄rto libris agit de grauib⁹ ⁊ de leuib⁹ simplicib⁹ inq̄tuȝ mobilia sunt ad vbi. In tertio ƀm opinionem antiquoꝝ. In q̄rto ƀm opinionē ppriam. Patet etiaȝ q̄re hic liber vocat de celo ⁊ mūdo. ⁊ q̄re hic agit de corꝑib⁹ simplicib⁹.

Sciēdū est tertio. ꝙ aliter ⁊ alit considerat pħus naturalis et mathematic⁹ corpa et magnitudines. nā phisicus considerat corpa ⁊ magnitudines inquātū sūt termini corpoꝝ naturaliū mobiliū diuersꝭ motibus. sed mathematicus considerat corpa de genere quantitatis ſm ſe abſtrahēdo ab omni materia ſenſibili. inquantū .ſ. ſunt magnitudines cōmenſurabiles abſtrahēdo ab omni motu ⁊ mutatiōe. ideo ptȝ ꝙ ſub alia rōne formali conſiderāť hmōi corpa a phiſico. et alia a mathematico.

Quibus notatis ſit concluſio reſponſiua ad queſitum. Scientia naturaľ verſatur circa corpa ⁊ magnitudines ⁊ hoꝝ rū exiſtens paſſiōes et motus. Probať h̄ concluſio. rōne text⁹. nam res naturales ſūt corpa ⁊ magnitudines ⁊ que ad hec ptinēt ſed ſcientia naturalis eſt de rebus naturalibus. ergo ſcientia naturalis eſt circa corpora ⁊ magnitudines.

Dubitať primo de ſubiecto attributionis huius libri. Et ad hoc reſpōdet Alexander quē videť inſequi ſanct⁹ Tho. ꝙ totum vniuerſum eſt ſubiectum in hoc libro. q: i h̄ lib. dētmiať de corpib⁹ ſimplicib⁹ ſm ꝙ ſunt partes cōſtitutiue totius vniuerſi. et confirmat dictū ſuū. nā hic liber intitulať de celo ⁊ mundo. Alter v̇o pħus noīe Jambicus vidēs ꝙ inter corpa ſimplicia p̄mū ē corpus celeſte. ideo dicit ip̄m eē ſubiectū huius libri. ⁊ ꝙ d̄ aliȷ̄s corporib⁹ ſimplicibus ſolū agitur hic ex conſequēti. proꝙto ab ip̄o celo continēť. ⁊ influentias ei⁹ recipiūt. iſtud dicit Cirianus qui ē de Jambice opinione vel ſaltim per accidens pro quanto noticie ipſoꝝ corpoꝝ aſſumunť ad manifeſtandū ea que de corpe celeſti hic dicūť. Sed hoc videtur irrationabile. q: pħus fecit ſpeciales libros d̄e aliȷ̄s corporib⁹ ſimplicibus grauibus et leuibus. modo d̄ hiȷ̄s que ex conſequēti vel ſolū p̄ accidens i aliq̄ ſcientia conſiderantur non eſt moris apud Ariſto. ſpeciales facere libros. ideo Simplicius dicit ꝙ in hoc libro agitur de omnibus corporibus ſimplicibus ſm ꝙ conueniunt in cōmuni ratione corporis ſimplicis. Sed omiſſis omnibus iſtis opinionibus. Reſpōdetur cum Alberto qui in hoc paſſu cōmunius tenetur. ꝙ in hoc libro agitur de corpe mobili ad vbi inquantum ē tale. licet enim elementa ſint generabilia ⁊ corruptibilia h̄ tamen non habent inquantuȝ mobilia ſunt ad vbi vt habet idem Alber. q: motus localis ſm ſe eſt entis perfecti nihil varians: nec de ſubſtantialibus rei. nec d̄ hiȷ̄s q̄ ſubſtantiam rei abſolute conſequuntur. ſed p̄ciſe ſm motū localem mobile tranſmutatur de loco ad locum. ideo corpus mobile tali motu abſolute ⁊ in vniuerſali conſideratuȝ eſt vnius potentie et vnius ſcientie et vni⁹ diffinitionis. non quidā logice tm̄. ſed phiſice. analogice tamē conueniētis ip̄is corporibus ſimplicibus. Jdeo non eſt ſic intelligendum. ꝙ talis diffinitio ſumatur ab aliq̄ vna forma ſubſtantiali aut accidētali in exiſtente omnibus corporibus mobilibus ad vbi. ¶ Et ex hoc patet quare iſte liber immediate ſequitur librū phiſicorū. q:. ſcilicet potentia ad motum localem eſt ſimplicior prior ⁊ vniuerſalior ꝙ̄ ſit potentia ad quemcūꝙ aliū motum. vt dicit albertus. Patet etiam quare in hoc libro non agitur de corporibus mixtis. quia ſcilicet non habēt motum localem. niſi per naturam elementi predominantis. Patet inſuper ꝙ in hoc libro agitur ſolum de elementis inquantū ſūt grauia vel leuia et localiter mobilia. et nō inꝙtum ſūt calida frigida humida vel ſicca.

Dubitatur ſecundo circa textū. quare pħus dicit fere in textu. Reſpondetur ꝙ cauſa eſt. vt dicit ſanctus Thomas. quia paulopoſt dicit textus natura conſtantium quedam ſunt corpora et magnitudines vt ſunt inanimata corpora. quedā vero ſunt habentia corpora et magnitudines vt animata corpora. corpus enim animatū magis eſt id ꝙ eſt ſm animam ꝙ̄ ſm corp⁹ ideo potius dicitur habens corpus vel magnitudinem ꝙ̄ ꝙ ſit corpus vel magnitudo. Alia vero ſunt principia iſtorum ſicut ſt̄ anima et materia. Et adhuc preter iſta quedam conſiderantur in ſcientia naturali que conueniunt corporibus et magnitudinibuſ vel ſm rem et veritatem vt motus et temp⁹ vel ſm opinionem vt vacuum et infinitum. ideo pħus dicit fere. quia non omnia h̄ cōſiderata ſunt corpora et magnitudines. Et ſi queratur quid intelligit pħs p̄ paſſiones

Querit̄ decimosexto vtrū om̄e agens in agendo repatit̄. Arguit̄ ꝙ nō. Nō om̄e mouēs mouēdo mouetur. ergo nō om̄e agens in agendo repatit̄. añs pꝫ p̄rio. finis mouet: ꝛ tñ mouendo nō mouet̄. medicina etiā mouet egentē ꝛ non mouetur. ꝛ intelligētia mouet celū ꝛ nō mouet̄. celū etiaꝫ agit in hec inferiora: ꝛ nō patit̄ ab eis. ꝛ sensibile mouet sensuꝫ ꝛ nō patit̄ ab eo. Secūdo arguit̄. si ita esset seq̄retur ꝙ a pportione minoris inēq̄litatis fieret actio. pꝫ. q: cū omne agēs debeat excedere suū patiēs si repateret̄ agēs a suo patiente: a pportiōe minoris īequalitatis fieret actio. Tertio. si ita eēt seq̄retur ꝙ agēs ꝛ patiēs possent semꝑ agere ad eq̄les distantias. ꝛ per ꝯñs cum sūme calidū possit agere in minus calidū ꝑ eq̄les distantias possent agere. ꝛ ita haberent eq̄les virtutes: qđ est impossibile. Quarto sic. si ita esset seq̄retur ꝙ agens nūq̄ posset sibi assimilare patiens. pꝫ ꝯña. q: si agēs repateret̄ in virtute sua cōtinue debilitaretur ꝛ per ꝯñs non posset esse tante virtutꝭ quante erit ip̄m agens in principio sue actiōis.

Ultimo sic. si ita esset sequeretur ꝙ cōtraria simul essent in eodē. tenet ꝯña. q: si agēs ageret in patiens: ageret ꝑ mediū. cū omne agens prius agat in ꝓpinquū q̄ in distans seq̄retur ꝙ ip̄m mediū moueret̄ motibus cōtrarijs. s. motione agētis: ꝛ motiōe patientꝭ. ꝛ ita posset simul calefieri ꝛ frigefieri: qđ est impossibile. In oppositū est pħus in t̄tio capitulo huius tractatus.

Sciēdū est primo ꝙ postq̄ pħs ostendit quo modo agens ꝛ patiens debeant esse silia ſm gen⁹ ꝛ dissilia ſm spēm. consequenter ostendit quandā diuisionē mouētiū q̄re mouēs dicat̄ agēs. ꝛ quō diuersimode diuersa agētia ꝯueniūt cū suis passiuis.

Sciendū est secūdo ꝙ finis alit̄ mouet q̄ efficiēs. Finis eñ mouet materiaꝫ immediate: sed mouet efficiens ad opandū ꝛ ip̄m efficiens mouet vel transmutat mobile ad formā: vel ad vbi. Et tale mouens est duplex. Quoddā ē vniuersale p̄imū. aliud est proximū. Adhuc p̄imū est duplex. quia quoddā est p̄imū simpliciter quod ē immobile: vt est intelligentia mouēs orbē. Aliud est p̄imū in genere: sicut celū est p̄imū alterans: sed nō est p̄imū mouēs. ꝛ tale mouēs mouēdo mouetur. sed nō mouet̄ ab eo in qđ agit. q: nō cōmunicat in materia cū eo. Sic ergo patet ꝙ sicut est dare aliquod mouēs immobile: vt est intelligentia. ita est dare aliquod agēs impassibile. ſ agēs ꝑticulare qđ cōicat in materia cū suo patiēte hꝫ ꝯtrarietatē cū eo vt repatiatur ab ip̄o patiēte.

Scienduꝫ est tertio ꝙ mouēs se habet in plus q̄ agens. q: de ratione huius quod est mouere est influere formā q̄ ē mot⁹ in mobili: siue per talem motū variet̄ mobile in suis naturis siue nō. Sed de ratiōe huius quod est agere si sumatur proprie est influere talem formā mobili per quā in sua natura variet̄. Ex quo sequitur ꝙ mouere cuꝫ dicat actū ꝙ om̄e existens in actu pōt mouere. Et q̄to aliquid est magis actu tanto magis est actiuū. Ideo intelligentia q̄ est act⁹ sine materia in ordine mouentiū est primuꝫ. Sed cū moueri dicat potētiā oꝫ om̄e quod mouetur habere materiā. ꝛ om̄e tale moueri potest. ꝛ sic cū pati dicat motū dicit variationē mobilis in sua natura. Quare illud solū dicit̄ passibile qđ in suis naturalib⁹ ē trāsmutabile. iō celū est mobile ꝛ nō passibile.

Cōclusio respōsiua. Om̄e agēs phisicū ꝛ naturale immediatū ꝛ ꝓximū ip̄i patienti cōicans in materia cū ip̄o in agendo repatit̄. Pꝫ. q: agēs ꝛ patiēs accepta p̄dicto mō cōicant in materia: ꝛ sunt sufficienter approximata. sūt etiā ꝯtraria. q: nihil agit in alteꝝ nisi rōe ꝯrietatꝭ. ergo sequit̄ ꝙ sicut patiēs ē in potētia ad aliquā formā agētis quā nō hꝫ. ita ip̄m agēs est in potētia ad aliquā formā quaꝫ hꝫ patiens: ꝛ ita repatit̄ ab eo. Unde om̄e agens naturale est in potentia ꝛ in actu respectu diuersoꝝ. nā illud quod est actu calidū est in potētia frigiduꝫ. ꝛ per formā quā hꝫ in actu potest agere i aliud. sed pro quanto est in potētia ad oppositā formā patit̄ ab alio. ꝛ ita calidū agit inq̄tū calidū est in illud qđ est potētia caliduꝫ. ſ patitur ab eo inquātū est potētia frigidū.

Dubitatur quomō agens capitur in proposito. Respondet̄ ꝙ capitur prout distinguitur ab agēte metaphorico

et ab agente vniuersali: siue sit materiale siue immateriale: dū tamen nō cōmunicet in materia cū ipō passo. ⁊ hic capit̃ pro actiõe ꝓprie dicta que est int̃ quatuor qualitates primas .s. calidū. humidū. frigidū: ⁊ siccuȝ. Nam om̄is actio ꝓprie dicta fit per eas ⁊ inter eas ſm proportionē maioris vel minoris inequalitatis. Vn̄ natura dictas qualitates sic ordinauit ꝙ ille q̄ sunt maioris actiuitatis sunt minoris resistentie: vt saluent spēs elementoꝝ per continuā actionem ⁊ passionem adinuicem. ⁊c̄.

Ad rationes ante oppositūȝ.

Ad primā dr̄ ꝙ om̄s iste instantie arguūt vel de agente methaphorico: vel de agēte nō approximato: vel de agēte nō cōicāte in materia. ⁊ in oibus his nō est necesse agens repati a patiente. Ad secundā negat̃ ꝯn̄a q: q̄litates actiue ⁊ passiue sunt sic disposite vt que sunt maioris actiuitatis sunt minoris resistentie: ⁊ ecōtra. ideo possibile est aliqđ agēs ſm vnā formā excedere in virtute actiua resistentiā alterius. ⁊ tm̄ illud alterū per aliā formā potest quodāmō excedere in agēdo resistentiā illi⁹. Vn̄ quando dr̄ ꝙ actio debet semꝑ fieri a ꝓportione maioris ineq̄litatis: h̄ dȝ intelligi cōparando actiuitatem agentis ad resistentiā patiētis: ⁊ nō ad actiuitatē ipsius patientis quā potest habere ꝑ aliam formā. Ad tertiā negatur cōsequētia. ⁊ ratio patebit in solutiõe quarte rationis. Ad quartā dicitur ꝙ aliquid pōt agere dupliciter. Uno mō per formaȝ sibi naturalem ⁊ intrinsecā. ⁊ tale agēs potest assimilare sibi patiēs. ⁊ q̄uis repatiatur a patiente: nō tamē sic repatitur ꝙ ipm patiēs ꝑualeat aduersus agens: ymo cōtinue debilitatur patiens. ⁊ patiēs min⁹ agit in ipm agēs ymo in fine nihil potest plus agere. Aliud est agens per formā nō naturalē: ⁊ virtus talis agentis ꝯtinue debilitatur. ⁊ ideo nō oȝ ꝙ tale agens semꝑ sibi assimilat patiēs.

Ad vltimā dicitur ꝙ nō est idē medium moueri cōtrarijs motibus: vt calefieri ⁊ frigefieri. Potest ergo dici i casu ꝑdicto ꝙ mediū mouet̃ ab agente ⁊ patiente. in acq̄sitione caliditatis ⁊ frigiditatis. sȝ nō est ibi calefactio ⁊ frigefactio simul. q: calefieri non solum nominat acquisitiõem caliditatis in aliquo: sed etiam noiat acq̄sitionē maioris caloris. q: nominat ꝓcessuȝ de min⁹ calido in magis calidū. nō est em̄ impossibile ꝙ idē acquirat maiorē caliditatē ⁊ frigiditatē. sic ergo licet mediū sim̃l recipiat duas formas cōtrarias: tamē vna illaꝝ preualet aduersus aliam. ⁊ ita ſm vnā illaꝝ est intensio: ⁊ ſcđȝ aliam est remissio. ideo nō sunt ibi contrarij motus. Et hoc de questiõe. Seq̄tur in textu. Quō aūt ꝯtingat hoc accidere. ⁊c̄.

Querit̃ decimoseptimo vtrum

actio ⁊ passio habeāt fieri per poros vt dicit Empedocles. aut per corpora indiuisibilia vt dicit Democritus. Arguit̃ primo ꝙ habeāt fieri per poros. q: corpora rara facili⁹ trāsmutātur q̄ dura. sed hoc nō videtur: nisi q: porosa sunt. ergo actio fit ꝑ poros. Secūdo sic. in actiõe oportet actum agentis recipi in patiēte: ſȝ nō pōt recipi nisi i poros alias duo corꝑa essent simul. ergo actio habet fieri ꝑ poros. Tertio sic ꝙ habeāt fieri per cōtactū corporū indiuisibiliū vt dicit Democritus. q: videm⁹ partē alicui⁹ toti⁹ citius moueri q̄ totū. ergo indiuisibile pri⁹ transmutatur. In oppositū est ꝓbus in littera quo ad vtrāq; partem.

Sciēdū est primo ꝙ postq̄ Ari

stoteles determiauit de actiõe ⁊ passione q̄tū ad ratiões actiuoꝝ ⁊ passiuoꝝ ꝯn̄r determiat de ipis quantū ad modū agendi. ⁊ circa hoc recitat quattuor opiniones antiquorū: quas ꝯparat. ⁊ eas improbat. deinde determinat veritatem.

Scienduȝ est secūdo ꝙ fuit opi

nio Empedoclis dicētis actionē ⁊ passiõeȝ fieri per poros per quos dicebat actū agentis recipi in patiente: eodē mō dicebat sensationē fieri. Dicebat enim corpora esse transparātia per que egrediūtur radij visuales ⁊ ingrediūtur rem visam. eodē modo dicebat ⁊ mixtionē fieri. ⁊ ꝙ miscibilia habēt poros cōmensurabiles. Secunda opinio fuit Democriti ⁊ Leucippi q̇ vno sermone compendiose determinauerūt de om̄i transmutatõe dicentes corpora indiuisibilia esse principia omniū per quoꝝ congregationē fit generatio ⁊ per transmutationē in situ ⁊ ordine alteratio. ⁊ ita dixerūt actionem ⁊ passionem fieri per cōtactū illoꝝ indiuisibiliū. Tertia opinio fuit Melissi ponētis vnū ens ⁊ immobile ⁊ infinitū. ⁊ ille negauit actionem ⁊ passionē ⁊ omnē motū. Q aūt sit tm̄ vnuȝ

ꝓbat sic. q: distinctio entiū nō pōt fieri nisi ꝑ
vacuū. ergo nō sūt entia distincta. Nec pōt
dici etiā ꝙ in aliquo vno cōtinuo sunt plu-
ra entia ẜm potentiā diuisiōis. q: diuisio fie
ri nō potest nisi per vacuū. ⁊ ita si esset aliqđ
vnū cōtinuū diuisibile in plura: oporteret ꝙ
vbiqꝫ esset vacuū. si ẜm quālibet partē sit di
uisibile. si vero dicis ꝙ ẜm vnā partē sit di-
uisibile ⁊ ẜm aliā nō: ħ est irrōabile. Argue
bat etiā illud ens esse immobile. q: vl' moue
retur ad plenū vel ad vacuū. non primū. q:
esset penetratio dimensionū. nec secunduꝫ.
q: esset vacuū. Et silr ꝙ esset infinitū. q: nō
posset teneri nisi ꝑ corp⁹ extra ipm. ⁊ inter il
la oporteret ponere vacuū: qđ nō est ponē-
dū. Unde q: Melissus credebat ꝙ diuisio
nē ⁊ motū nō posse fieri nisi ꝑ vacuū: ⁊ ab-
horruit vacuū esse. iō negauit multitudineꝫ
entiū ⁊ motū. Sed hāc opinionē nō impro-
bat Aristoteles. q: oppositū ei⁹ satis est ma-
nifestū ad sensuꝫ. Quarta fuit opinio Pla
tonis ponentis indiuisibiles superficies eē
principia rerū: sicut Democritus posuit cor
pora indiuisibilia esse ꝑncipia. differūt tñ i
hoc ꝙ Democritus ponit corpora indiuisi-
bilia solida ⁊ infinitaꝝ figuraꝝ esse princi-
pia rerū. Sed Plato posuit superficies in-
finitaꝝ figuraꝝ esse principia reꝝ. dicit enim
resolutionē fieri ad superficies triāgulares:
quas dicebat indiuisibiles. De cōparatōne
aūt istaꝝ opinionū dicit philosoph⁹ ꝙ opi-
nio Democriti ⁊ Mellissi est irrōabilior.

Conclusio prima cōtra positio-nē Democriti.

Positio Democriti de actiōe
⁊ passione est irratōnabilis. Patet. q: ad eā
sequūtur duo cōtradictoria. s. indiuisibilia
esse alterabilia: ⁊ indiuisibilia nō esse altera
bilia. patet. q: posuit actionē fieri ꝑ vacuū.
⁊. cū indiuisibile nō sit vacuū: sequit̃ ꝙ indi
uisibile nō est alterabile. Itē indiuisibile nō
potest suscipere qualitatē actiuā ⁊ passiuā.
ergo non est alterabile. añs pꝫ. q: talis qua-
litas esset ab eo transmutabilis vel nō. Nō
secūdū. q: est eadē materia cōtrarioruꝫ. Nō
primū. q: trāsmutatio fit per motū: ⁊ omne
mobile est diuisibile. ergo si indiuisibile trā
mutaretur esset diuisibile. qđ implicat ꝯtra-
dictionem. ergo ẜm ipm non oportet dicere
ꝙ indiuisibile nō sit alt̃abile. ⁊ tñ ad positio
nē ei⁹ seq̃tur ipm esse alterabile. q: ponit in-
diuisibile esse frigidū et calidū. Sed si vnū
contrariorū sit in natura. ergo reliquuꝫ. ⁊ si
qualitates prime sunt idiuisibiles sequitur
ꝙ indiuisibile erit alterabile: qđ est incōue-
niens eis. ergo illud ex quo sequitur. Item
male posuit corpora esse indiuisibilia: cū di
uisio sequatur corpus. cū omne corpus ē di
uisibile. Item qualitates naturales presup
ponūt quantitatē quantū ad modū inessen
di necessario: sed indiuisibile nō est quantū
alias esset diuisibile. ergo nō est quale. ⁊ per
cōsequēs nō est alterabile. ergo actio ⁊ pas
sio nō fiunt ꝑ corꝑa indiuisibilia.

Cōclusio secūda.

Actio ⁊ passio
non fiūt per poros: vt posuit Empedocles
Patet. q: si ponerētur illi pori: hoc esset ad
recipiendū actū agent̃. sed pori nō possunt
recipere hunc actum. q: nō sunt illud quod
patitur. Item illi pori essent pleni vel va
cui. si pleni nō suscipiunt actū agentis sicut
nec alie partes. Nec vacui. q: vacuū nō est
ponendū. Item actus agētis est forma re
cepta in passo. sed talia in vacuo recipi non
possunt. ergo. Itē si augmētatio fieret ꝑ
poros: sequeretur ꝙ altū nō cresceret: sicut
nunꝙ crescit murus in altū: sed solū forami
na replerentur. ergo. ¶ Sed q̄liter fiat actio
⁊ passio ponit Aristoteles aliquas ꝯditōes
Prima conditio est ꝙ patiēs oportet esse ta
le in potentia quale agens in actu. ⁊ ita dic̃
agens ⁊ patiēs esse actu dissimilia: ⁊ poten
tia similia. Secūda cōditio est ꝙ patiēs de
bet esse tale vt ẜm quālibet sui partē natum
sit sustinere actū agentis. Tertia conditio
est ꝙ patiēs magis ⁊ minus patitur ab agē
te ẜm ꝙ est magis ⁊ minus dispositꝰ ad su
scipiendū actum agentis. Quarta ꝯditio
est ꝙ q̄uis ipm patiens sit continuū: tamen
debet esse potentia diuisibile. nō tamē opor
tet ꝙ actu diuidat̃ per hoc ꝙ suscipit actio-
nem agentis. q: ipm totum indiuisum pōt
alterari. Quinta cōditio est ꝙ oportet ipm
agens esse approximatū ipo patiēti. potest
tamen agere in aliud distans ab eo. et hoc
est per mediū sibi propinquū per quod pas-
sum a primo agente agit in patiens remotū

Ex istis cōditionibus patet per quē mo-
dū fiat actio ⁊ passio. Patet etiaꝫ ꝙ nō fit ꝑ
contactū neqꝫ per corpora indiuisibilia. ne
qꝫ per ingressuꝫ act⁹ agētis i poros patiētis

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā dicitur ꝙ corpora rara sunt faciliter transmutabilia. q: minus habent de materia ꝙ̄ corpora densa. ⁊ ideo minus resistunt actioni agentis. ⁊ facilius sunt transmutabilia. Ad secundā dicit̃ ꝙ cū aliqđ agit in patiens nō est imaginandū ꝙ aliqđ corpus aut aliqua forma egrediatur ab agente: ⁊ per motū localē transferatur in patiens: ⁊ per motū localē ingrediatur per poros patientis. sed virtute agentis naturalis tangent̄ ipm̄ patiens cui⁹ materia est in potentia naturali ad formā agentis. ⁊ de potentia materie patiētis educitur forma substantialis similis in specie vel genere forme agentis. ⁊ hoc modo dicit̃ actus recipi ī patiens. Ad tertiā dicitur ꝙ quādo agēs extrinsecū agit in patiens: q̄n̄q3 vna pars patientis prius trāsmutatur ꝙ̄ totū. sed negat̃ propter hoc ꝙ in indiuisibili transmutet̃. q: in corpore passibili nō est dabile aliquod corpus īdiuisibile fm̄ actū. Seq̄tur in textu. Scrutandū aūt quid est mixtio.

Queritur decimooctauo vtru3 mixtio sit possibilis.

Arguitur ꝙ nō. q: si sic: vel ambo miscibilia manerent: vel ipsa corrūperentur. vel vnū maneret: ⁊ alterum corrūperetur. non primū. q: miscibilia se haberent similiter sicut prius. nec secūdū. q: n̄ potest videri quo mō posset fieri mixtio: nisi per diuisionem. nec tertiū. q: in mixtione miscibilia sil'r se debent habere. Secūdo sic. si mixtio esset possibilis: vl' fieret p̱ diuisiōe3 miscibiliū: vel sine diuisione. Non primum. q: tunc nō quelibet pars mixti esset mixta: eo ꝙ semper remanerent alique partes indiuise que non essent mixte. Nec secūdū. quia non potest videri quo modo fiat mixtio: nisi per diuisionē. Tertio sic. si sic: vel miscibilia essent adequata in potentijs: etiā virtutibus. vel nō. Nō primū. q: tunc nō̄ agerent inter se. Si vero sint nō adequata: tūc illud quod esset maius corrūperet min⁹. Quarto sic. nihil potest agere vltra gradū p̱priū. ergo elementa nō possunt producere mixtū. quod habet perfectiorem formā ꝙ̄ sint forme elementorū. ⁊ per ꝯn̄s misceri nō possūt. In oppositū est phs. Pro r̄n̄sione.

Sciendum est primo ꝙ postꝙ̄ philosophus determinauit de tactu: actiōe: ⁊ passione, cōsequenter determinat de mixtione. Circa quam quattuor determinat. Primo an mixtio sit possibilis, Secūdo an fiat per diuisionem miscibilium. Tertio quomō fit mixtio: ⁊ que ⁊ q̄lia sūt miscibilia. Quarto quid sit mixtio. Pro quorū omniu3 solutiōe. ⁊ p̄mo p̄mi pūcti ponēda ē h̄ ꝯclusio

Conclusio prima. Mixtio differt a gn̄atione ⁊ corruptiōe: augmētatiōe: diminutiōe: ⁊ alteratiōe. Patet. q: ad gn̄atione cōcurrūt materia ⁊ forma. ad augmētatione nutrimentū ⁊ nutritū. ad alteratione3 subiectū ⁊ accidens. ʒ forma nō miscet̃ materie. q: vtrūq3 manet in p̱pria materia. nec etiā nutrimentū miscet̃ nutrito. q: nutritu3 manet: ⁊ nutrimentū corrūpit̃. Nec accidēs miscetur subiecto. vt figura nō miscet̃ cere: nec albedo corpori: eo ꝙ vtrunq3 manet in actu. miscibilia aūt manēt ī mixto: neq3 corrumpuntur ambo neq3 alteru3. ergo mixtio differt ab omnib⁹ alijs motibus.

Conclusio secūda. Actiua non sunt adinuicē miscibilia. p3. q: miscibilia habent esse per se āte mixtionē: vel post. ʒ actiua nō possunt a subiecto separi. ergo. Ex q̄ p3 ꝙ nō qđlibet est miscibile cū quolibet.

Conclusio tertia. Miscibilia in mixto nec sunt penitus corrupta nec penit⁹ manent. Prima p̱s p3. q: miscibilia sūt separabilia a mixto. ergo nō sunt penit⁹ corrupta. Secūda p̱s p3. q: si manerent penit⁹ ex ipis non fieret aliquod vnū.

Conclusio quarta. Miscibilia manēt in mixto virtute ⁊ potētia sub eē mixti ꝯposito. q: nō manēt sub actib⁹ p̱prijs neq3 corrūpūt simpl'r. ergo o3 dicere ꝙ manēt potētia ⁊ virtute in mixto. ⁊ hoc magis declarabit̃ in questione sequenti.

Conclusio respōsiua. sc3 ꝙ mixtio ē possibilis. Pt3. q: ad mixtionē reqrit̃ ꝙ miscibilia anteꝙ̄ misceāt̃ sint sub actib⁹ p̱prijs sub quibus non manēt mixtione facta sed manent potētia ⁊ virtute. hec aūt sunt possibilia. ergo ꝯclusio v̄a. Circa secūdū punctū declarandū sciēdū est ꝙ isti phi antiq̄ n̄ ponebāt mixtiōe3 fieri p̱ trāsmutatōe3 miscibiliū abinuicē ex q̄bus alteratis fieret vna materia cōis media. ʒ ponebāt mixtio-

nem fieri per diuisionē ꝑ hoc scȝ ꝙ vnū minimū ponebať iuxta aliud minimū ⁊ hoc tripliciť. qꝛ quidā dicebāt ꝙ mixtio fiebat per appositionē minimoꝝ scđm sensuȝ. Aliȷ̄ dicebāt ꝙ fiebat scđm iuxta positōeȝ mimoꝛū ꝭm spēm ⁊ foꝛmā: sicut cuȝ grana miliȷ̄ miscentur cū granis frumēti. Aliȷ̄ ṽo dicebāt ꝙ fiebat ꝭm ꝗtitatē. ꝭ ꝯ ꝭ ponūť ꝯclusiōes

Conclusio prima. mixtio nō fit ꝑ diuisionē miscibiliū in minima scđm speciē ⁊ foꝛmā. pȝ qꝛ talia minima manent sub actibꝰ ꝓpꝛiȷ̄s nō trāsmutata. ergo non pn̄t facere vnū ꝑ se. Itē quelibȝ ps mixti ē mixta. sic āť nō eēt si mixtio fieret eo mō: ꝗ ⁊c̄.

Conclusio secūda. mixtio nō fit ꝑ diuisionē in minima scđm sensuȝ. pȝ quia qđ vni esset mixtū puta nō vidēti alteri nō esset mixtū scȝ illud qđ actu videt. ⁊ ita nō esset mixtio simpliciter. ⁊ ita non ꝗlibet ps mixti esset mixta. ergo ⁊c̄.

Conclusio tertia. mixtio nō fit ꝑ diuisionē in mima ꝭm ꝗtitatē. pȝ qꝛ ipossibile est ꝗtitatē diuidi i mima simpliciť co ꝙ eēt diuisibilis i infinitū. Ex qbꝰ pȝ ꝙ mixtio nō fit ꝭm miscibiliū diuisionē ꝗuis miscibilia debeāt eē diuisibilia. ⁊ ꝑ hoc ptȝ ꝭm qđ erat declarādū. Pro tertio puncto.

Sciendum est ꝙ entiuȝ quedā sunt actiua et passiua adinuicē. s. ꝗ habent ꝯtrarietatē adinuicē ⁊ ꝗ cōicant in materia Alia ṽo nō sūt actiua ⁊ passiua adinuicem sicut sūt illa ꝗ nō hn̄t ꝯrietatē adinuiceȝ. sȝ coꝝ ꝗ patiunť ab aliȷ̄s ꝗdā sūt faciliť diuisibilia ⁊ passibilia sic sūt hūida. Alia ṽo sunt ꝗ cuȝ difficultate patiunť sicut sunt sicca et dura. Sit ergo

Conclusio prima. illa que non cōicant in materia nō sunt adinuicē miscibilia. pȝ qꝛ nō sūt actia ⁊ passiua adinuiceȝ iō ars medicine n̄ miscet sanitati. eo ꝙ subiectū sanitaťs ē coꝛpꝰ. ⁊ arťs medicie subȝ ē aia

Conclusio secūda. cōicantia in materia ⁊ hn̄tia ꝯrietatē adinuicē sūt miscibilia. pȝ qꝛ talia sunt adinuicē actiua ⁊ passiua. ergo ꝑ eoꝝ actionē ⁊ passionē adinuicē possunt se inuicē alterare: vt ex ipis possit fieri vna natura cōmunis media.

Tertia conclusio actiuoꝛū ⁊ passiuoꝝ adinuiceȝ mixtū cū pauco siue magnū cū ꝑuo nō est miscibile. pȝ qꝛ nullū miscibiliū dȝ manere sub actu ꝓpꝛio. mō si mixtū misceať cū pauco cōuerteret illud paucum in sui naturā ⁊ ita vna gutta vini nō possȝ misceri cum mille amphoꝛis aque.

Quarta cōclusio. actiua et passiua adequata in potētiȷ̄s ⁊ virtutibꝰ vt qđ vnū sufficiat alteꝝ coꝛrūꝑe neqȝ ābo tertiuȝ sūt adinuicē miscibilia. pȝ qꝛ i mixtōne neutrū vel ābo dn̄t manere sub actu ꝓpꝛio. ergo si ipa dn̄t esse adequata adinuicē opoꝛtet ꝙ vnū nō sufficiat alteꝝ conuertere i sui naturā nec ābo tertiū. Et si arguis ꝯ istaȝ ꝯclusionē. qꝛ si sint adequata in virtutibus vnū nō poterit agere i reliquo cū actio semper fiat a ꝓpoꝛtōe maioꝛis iequalitaťs. Respōdeť ꝙ illa eq̄litas miscibiliū nō dȝ sic intelligi ꝙ vnū elemētū ꝑdn̄eť alteri: ꝭ ꝙ vnū nō ita dn̄etur i reliquū vt sufficiat ipȝ coꝛrūpere ⁊ hoc latius videbitur in sequenti conclusione.

Quinta cōclusio que sic se habēt adinuicē ꝙ vnū ē faciliť passibile et reliquū difficulť nō sūt adinuicē miscibilia. qđ pȝ. qꝛ vnū maneret sub actu ꝓpꝛio ⁊ aliud coꝛrūꝑeť ⁊ euanesceret sicut stannū non bn̄ misceť cū ere eo ꝙ stannū ē faciľr possibile.

Sexta cōclusio. faciliter diuisibilia non sunt bene miscibilia: dū tn̄ ꝑua cū ꝑuis admisceanť. pȝ qꝛ faciliter trāsmutāť.

Ex quo pȝ ꝙ hūida si nō sint viscosa sūt faciliť miscibilia: sicut vinū vľ aq̄. ꝭ tn̄ oleū nō est bn̄ miscibile cū aqua vel vino eo ꝙ ē viscosū ⁊ suꝑnatat aque eo ꝙ hȝ humiditatem aereā. mō aer natus est ferri suꝑ aquaȝ. ex omnibꝰ istis. pȝ ꝗ sūt bn̄ adinuicē miscibilia et que nō qđ erat tertiuȝ declaranduȝ.

Ex tribꝰ ergo pūctis declaratis pȝ quartū. scȝ ꝗd sit mixtio. cū eñ miscibilia nō penitꝰ maneāt in mixto nec penitꝰ coꝛrūpanť ꝭ manēt eminenť ⁊ virtualr̄ seq̄tur ꝙ mixtio est miscibiliū alteratoꝛū vnio. ita ꝙ foꝛma mixti virtualiter cōtinet foꝛmā ipsoꝝ miscibiliuȝ. ⁊ hoc declaratur in sequēti q̄stione.

Ad rationes ante oppositum:

Ad primā diciť sicut dictū est ꝙ neqȝ alterū coꝛrumpiť neqȝ ambo. nec semꝑ manēt miscibilia: sed manent virtualiter in mixto.

Ad secundã dz ꝙ mixtio non fit ꝑ diuisio nẽ miscibiliũ: sed fit ꝑ alteratiões eoꝝ. per actionẽ ⁊ passionẽ ipoꝝ miscibiliũ adinuicẽ. Ad tertiã. dictũ est qualiter miscibilia debent esse adequata in potẽtijs ⁊ virtutibꝫ. Ad vltimã. miscibilia nõ educũt effectiue formã mixti de potẽtia materie in virture. ꝫ hoc fit in virtute superioris agentis. Seqtur in textu. Cõtinuã aũt his qõnẽ etc.

Queritur decimonono vtrum elemẽta maneant formaliter in mixto. Arguitur ꝙ sic autoritate phi in textu dicentis Nõ corrũpit alterũ neqꝫ ambo. seruat aũt virtus eoꝝ. virtus aũt rei nõ põt eẽ sine substantia eiꝰ. igit. Secũdo sic. mixtio est miscibiliũ alteratoꝝ vnio q: alteratũ est substãtialiter actu ens. ergo miscibilia manent in mixto formaliter. Tertio sic. mixtũ cõponit substantialr ex elementis. ergo elementa sbãliter manẽt in mixto. alias mixtũ nõ esset substãtialit. Quarto sic. in mixto manẽt qualitates ⁊ opatiões naturales elemẽtoꝝ ergo ⁊ ipa elemẽta formalr manẽt. ꝯña tenꝫ q: ꝓpria passio ⁊ ꝓpria opatio separi ñ possunt a suo subiecto. Quinto sic. ꝙto aliq̃ formã ẽ magis eleuata sup materiã tãto reqrit materiã esse magis eleuatã ⁊ magis pfectã. ꝫ forma mixti est pfectior ⁊ magis eleuata ꝙ forma elemẽti. talis aũt eleuatio nõ potest fieri nisi ꝑ formas elemẽtoꝝ q̃ medie sũt inter materiã ⁊ formã mixti. ergo oꝫ elemẽta formalr manere in mixto. Sexto sic. mixtũ mouet naturaliter ẽm naturã elementi pdominãtis in eo ut hꝫ phs in primo de celo. g̃ oꝫ elemẽta manere in mixto formalr. alias vnũ elementũ nõ pdñaret alteri. In oppositũ arguit primo. si elemẽta manerẽt formalr in mixto cũ ipa spẽ differunt: seqret ꝙ ipm mixtũ esset diuersaꝝ spẽꝝ: ⁊ essent plura entia sbãlia. Secũdo sic. si elemẽta manerẽt formalr in mixto. vel iuxta se inuicẽ ponerent: ⁊ tũc ñ q̃libet ps mixti eẽt mixta: qd est ꝯ naturã mixtionis. vel simul in qualibꝫ pte materie adeqte eẽnt forme qttuor elemẽtoꝝ. hoc aũt videt impossibile. primo. q: in eadẽ materia essent plres forme subãles. ⁊ sic eẽnt plres actꝰ subãles ⁊ plra esse. Itẽ videretur ibi esse penetratio dimẽsionũ. q: quelibꝫ forma sbãlis reqrit determinatã ꝙtitatẽ in materia. Itẽ si elemẽta manerent in mixto: tunc manerent actu in mixto: ⁊ per consequẽs nõ essent. Pro responsione.

Sciendũ est primo. ꝙ auerrois dicit formas elementoꝝ esse intẽsibiles ⁊ remissibiles. dicẽti ã ꝙ duplices sũt forme substãtiales. q̃dã enĩ sũt pfecte q̃ simplr terminãt materiã: cuiusmõi sũt forme mixtoꝝ. ita ꝙ materia recipiẽs formã mixti nõ sit in potẽtia ad vlteriorẽ formã sbãlẽ. ꝫ forme elemẽtoꝝ nõ actuãt materiã in termio: ꝫ magis sũt q̃dã dispositões ⁊ eleuatões materie ad maiores pfectiões forme recipiẽde. iõ elementa dicũtur quasi eleuata. Et ex hoc dꝫ ꝙ elemẽta ꝓprie nõ sũt spẽs. q: nõ sunt gradꝰ determiati ⁊ fixi entibꝰ: ꝫ magis sunt vis in spẽs Et ẽm hoc dicẽ auerrois ꝙ forme subãles elemẽtoꝝ sunt q̃si medie inter formas sbãles pfectas ⁊ formas accidentales. ⁊ ita nihil phibet formas substãtiales elemẽtoꝝ esse intẽsibiles ⁊ remissibiles. Nã ẽm eũ nõ videt q̃liter possint mãere elemẽta ⁊ q̃lit diuersimode i diuersis mixtis manerẽt: nisi forme iporũ elemẽtoꝝ possent intẽdi ⁊ remitti. Et ita ẽm Auerroim forme elemẽtoꝝ remanentes in mixto in diuersis mixtis: diuersimode remittũtur. Nã in vno mixto magis remittit vnũ elemẽtũ ꝙ aliud. in alio aũt mixto stat oppositũ. ita vt ẽm diuersos gradꝰ remissionis elemẽtoꝝ fiãt diuersi gradꝰ mixtoꝝ. ꝫ q̃n elemẽta existũt in seipis sepata forme elemẽtoꝝ sunt ibi in esse extenso. Sed si Auerrois intellexerit ꝙ forme sbãles elemẽtoꝝ ꝓ ꝙto sunt de gñe substãtie sint intẽsibiles ⁊ remissibiles: hoc est impossibile. q: esse subãle cũ sit primũ in analogia in indiuisibili cõsistit. si enĩ ibi esset intẽsio ⁊ remissio oporteret ꝙ inter ꝯdictoria esset mediũ .s. inter esse ⁊ nõ esse. cũ forma sbãlis dat esse simplr. Sed si Auerrois intelligat ꝙ forme sbãles elemẽtoꝝ accepte ẽm esse phisicuꝫ ⁊ naturale ꝓut scꝫ sunt actiua ⁊ passiua sint intẽsibiles ⁊ remissibiles: sic verũ dicit. q: q̃litates prime q̃ sunt principia substantialia elemẽtoꝝ ꝓ illo elemẽto ꝓ quo sunt actiua ⁊ passiua: sũt intensibiles ⁊ remissibiles. sicut enĩ de ratione hoĩs albi est albedo. ita etiã de ratõne ⁊ substantia elementorum acceptoꝝ sub actione ⁊ passione sunt qualitates prime. Alius est modus ẽm Albertũ rñdendi ad q̃stionẽ predictã. dicit enĩ ꝙ elemẽta habẽt duplex esse. scꝫ esse substantiale ⁊ primũ: ⁊ esse accidẽtale ⁊ secundũ. Iteꝝ esse substãtiale est duplex

Quoddá est integrũ ⁊ perfectũ siue liberuȝ ⁊ tale esse hȝ quodlibet elemẽtum in seipõ. Aliud est esse substãtiale quodãmõ ligatum ⁊ diminutũ siue fractũ: ⁊ tale habet elementũ alteratũ ab alio ⁊ cũ eo mixtũ. Dicit ergo Albertus ꝙ elemẽta manẽt in mixto q̃tum ad esse substãtiale ligatũ ⁊ fractũ: ⁊ etiaȝ q̃tũ ad esse accidẽtale. ꝫ nõ manẽt in mixto q̃tũ ad esse liberũ ⁊ integrũ. Et hanc materiá tractat Albertus diffuse in tertio de celo. insequẽdo Auicennã. Alius est modus respõdendi Egidij de roma insequẽtis doctorem sanctũ in hac pte. dicit eñi ꝙ vna forma potest virtualiter ⁊ eminẽter contineri in alia. forma eñi impfecta continetur in forma pfecta eminẽter ⁊ virtualiter. sicut vegetatiuũ in sensitiuo: ⁊ sensitiuũ in rõnali. ⁊ qꝛ sensitiuũ potest q̇cquid põt vegetatiuũ ⁊ cũ h plꝰ ideo vegetatiuũ est eminẽter in sensitiuo: sȝ nõ actualiter ⁊ i ꝓpria forma. alias ibi eẽnt due forme sbãles. sed vegetatiuũ est in sensitiuo sicut trigonũ in tetragono. ⁊ tetragonus in pentagono. vt dicit phs. i. 2. de aia.

Conclusio respõsiua ad quesitũ

¶Forme elementoꝝ cõtinẽtur in forma mixti virtualiter ⁊ eminẽter: ꝫ nõ manent in mixto formalr̃ ⁊ actualr̃. ita ꝙ sint due forme ⁊ diuerse a forma mixti. ymo forma mixti cõtinet virtualiter formas elemẽtoꝝ. ⁊ est simplex in sua essentia ⁊ indiuisibilis. Patet prima pars. qꝛ forme elementoꝝ ordinãtur in formá mixti. ergo in eo virtualr̃ manẽt. naȝ forme ⁊ species rerũ se habent sicut numeri vt hȝ phs octauo methaphisice. Vñ sic minor numerus continet̃ in maiori: ita forma impfecta in pfectiori. ⁊ ꝑm hoc mixtũ est substantialiter mixtũ. qm̃ in eo non solũ manẽt elementa virtualiter: vt quidã dicũt qui male intellexerũt aristotelẽ. ymo manẽt q̃tum ad formas subãles. qꝛ reseruant̃ substãtialr̃ ⁊ eminenter in forma mixti. Et ꝑm hoc possent solui ratiões ante oppositũ facte. Etiaȝ accidẽtales forme elementoꝝ in mixto non manẽt ꝑm actum ꝓpriũ: sed manent in quadam forma seu qualitate cõplexionali: que se habet vt mediuȝ inter qualitates primas elementoꝝ. ⁊ huiusmodi q̃litas cõplexionalr̃ est ꝓpria dispositio materie ad mixti formá. Sic ergo patet ꝙ forme elementoꝝ manẽt i mixto virtualiter: vt probant ratiões añ oppositũ. sed non manẽt formalr̃ ⁊ actualiter in mixto: vt ꝓbant rationes post oppositũ. ⁊ videt̃ via ista esse probabilis. Albertꝰ aũt in tertio de celo nõ videt̃ loqui ꝑm opiniõẽȝ ꝓpriá: sed ibi exponit opinionẽ Auicenne. siue tamen loquatur ꝑm opinionẽ siue non positio sua est probabilis ⁊ subtilis. sed hec vltima videtur esse probabilior.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primá ⁊ ad oẽs alias dꝛ ꝙ bene probant ꝙ elemẽta virtualiter manẽt in mixto ꝑm formá mixti: que continet eminẽter oẽs perfectiones substantiales ⁊ accidẽtales elementoꝝ que ad ipam ordinant̃. ⁊ ꝑ hoc dicitur aliquid formalr̃ mixtũ. sed nõ remanẽt formaliter in esse substantiali. ergo ⁊c̃.

Seq̃tur liber secũdus.

¶ De mixtiõe quidẽ igitur et tactu: et de facere et pati dictuȝ est quomõ existũt in rebus trãsmutantibus scdm naturã.

Circa initiũ secũdi libri de generatiõe ⁊ corruptione querit̃ primo vtrũ materia prima sit principiũ materiale quattuor elementoꝝ: ⁊ quattuor q̃litates prime sint principia formalia elemẽtorũ. Arguit̃ pmo ↄ primá ptẽ. qꝛ si materia que est tm̃ ens in potẽtia sit principiũ materiale elemẽtoꝝ. aut est sepabilis ab ipis elemẽtis ⁊ qualitatibꝰ eoꝝ: aut nõ. nõ secundũ qꝛ tũc elemẽta non essent corruptibilia. nec primũ: cũ sit tm̃ ens in potẽtia. ergo non est principiũ materiale elementoꝝ. Secũdo sic cõtra secũdá partẽ. qꝛ accidẽs nõ põt esse ṗncipiũ formale substãtie. ꝫ qualitates prime sunt accidẽtia. ergo nõ possũt esse principia formalia elemẽtoꝝ q̃ sunt substantie.

Tertio sic. qd̃ vni ẽ accidẽs nulli ẽ substãtia. sed q̃litates ṗme respectu mixti sunt accidẽtia. ergo respectu elemẽtoꝝ nõ sunt substantie. ⁊ ꝑ ↄñs nõ sunt principia formalia elementoꝝ. In oppositũ est phs in ṗmo ⁊ secũdo capitulis huiꝰ secũdi libri.

Sciendum est primo ꝙ postq̃

pħs in primo libro determinauit de gñatiõe ꝛ corruptiõe. augmentatiõe. diminutione: ꝛ de alteratione. ꝛ de his q̄ hmõi motibus deseruiũt. s. de actiõe ꝛ passiõe: ꝛ mixtiõe. ↄ̄nter secũdo determinat de natura gñatoꝝ ꝛ corruptoꝝ. Et q: p naturã elemẽtoꝝ inest elemẽtis naturalr gñatio ꝛ corruptio. q: q̄litates prime actiue ꝛ passiue sine quibus nõ fit transmutatio ad formã p se: pmo insunt elemẽtis ꝛ p elemẽta elemẽtatis. ꝛ ppter h̄ in isto libro pħs intẽdit de natura gñatoꝝ corruptoꝝ in quadã vnitate put matia libri exigit: dignũ est vt prius cõsideret de gñatiõe ꝛ corruptione elemẽtoꝝ. Et q: gñatio ꝛ corruptio sũt trãsmutatiões naturales. ꝛ in omi transmutatione naturali oportet aliquã naturã esse subiectã. ꝛ esse etiã aliq̄ pncipia ↄ̄ria adinuicem. iõ pħs inquirit in pricipio naturas elementoꝝ anteq̄ determinet de gñatiõe ꝛ corruptiõe ꝛ trãsmutatiõe elemẽtoꝝ. Circa qd

Sciendum est secũdo q: vt sepe

dictũ est antiqui determinãtes de pncipiis rerũ naturaliũ p̄titi sunt. Naz aliqui posuerũt plura pricipia materialia: ꝛ iter istos aliqui posuerũt finitã ꝛ aliqui ĩfinita. Alij vo vnũ materiale. scz vnũ elementũ: puta ignẽ vel aerem: vel aquã: vel aliquod mediũ int aerẽ ꝛ ignẽ. ꝛ istud mediũ dicebant esse sepatũ a cõtrariis. Sed q: iste opiniões improbate sunt. nã opinio ponẽs plura improbata extitit in primo phisicoꝝ: cũ dicebat q̄ oĩz trãsmutabiliũ adinuicẽ materia est vna. Cã etiã dicebat q̄ isti nõ saluabãt gñatiões et corruptiões cũ habeãt ponere illa plura pncipia esse intrãsmutabilia ꝛ quodlibz eoꝝ est ens in actu. Etiã quodamõ fuit improbata opinio ponentiũ vnũ materiale pncipiũ. q: cũ ponerẽt ipz in actu nõ poterãt saluare distinctiõem gñatiõis ꝛ corruptõis ab alteratione. Ideo pro nũc pħs eas nõ reprobat: s supponit pħs q̄ lz sint quattuor q̄ vocãtur elemẽta q̄ sũt pma in gñe corpoꝝ: ꝛ sũt principia corpoꝝ mixtoꝝ: tñ ista resoluunt i vnũ materiale principiũ primũ respectu cuius sũt principiata. ꝛ illd primũ materiale sibi vendicat nomẽ elemẽti. iõ cũ loq̄tur pħs d illis corpib⁹ prio nõ dĩc ea elemẽta: s vocat ea elemẽtata. q: nomẽ elemẽti pmo ↄuenit matie q̄ est primũ pncipiũ in cõpositiõe: ꝛ etiã vltimũ in resolutõne. ꝛ secũdario ↄuenit q̄ttuor primis corporibus q̄ dicuntur elementa in ordine ad alia corpa.

Cõnclusio responsiua ad pmaz

prẽ quesiti. Materia pria q̄ ẽ tm̄ ens i potẽtia ẽ principiũ matiale elemẽtoꝝ. Probatur elemẽta sũt corpa vt pz ad sensũ. ꝛ ñ sũt simplicia cũ sint passibilia. nec sũt potẽtie pure cũ sint actia. g oz q̄ sint ↄposita ex actu ꝛ potẽtia. ꝛ cũ sint prima i gñe corpoꝝ vt supponit nõ resoluũt i priora corpa. g oz q̄ eoꝝ resolutio sit in actũ ꝛ eẽnaz p i potẽtiã p eẽnaz ꝛ p ↄñs pncipiũ materiale eoꝝ est matia prima q̄ est tm̄ ens in potẽtia. q̄ quidẽ materia nõ est sepata a quolibz elemẽtoꝝ nec a ↄ̄riis s sp ꝛ cõtinue stat sub aliq̄ forma ꝛ sub aliq̄ ↄ̄rietate ꝛ susceptiõe: tñ sepabilis est a quolibet elemẽto ꝛ a q̄libz ↄ̄rietate: vt alias dictũ est. Pro rñsiõe ad secũdã partẽ q̄stiõis est aduertendũ q̄ elemẽta pñt dupl'r ↄsiderari Uno mõ bm suũ eẽ sbãle absolute sumptuz. Alio mõ quãtũ ad esse materiale ꝛ phisicũ put sũt actia ꝛ passiua adiuicẽ. Ex istis põit

Conclusio respõsiua ad secũdã

partẽ quesiti. Licet qualitates prime nõ sint principia essentialia elementoꝝ: cõsideratis ipis in esse substantiali absolute sumpto: tñ sunt principia formalia eoꝝ: considerat eis bm q̄ sunt actiua ꝛ passiua adinuicẽ prout habent esse naturale. Prima pars pz p primas duas rationes factas ante oppositũz. Secũda ps pz. q: elemẽta ↄstituũtur in esse naturali p illas formas p quas efficiũtur primе actiua ꝛ passiua. ergo. Ex ↄclusione seq̄tur q̄ licet q̄ttuor qualitates prime non sint de rõe elemẽtoꝝ bm q̄ d ipis agit i libro de celo: vbi ↄsiderãtur bm q̄ sũt mobilia ad vbi. lz etiã nõ sint de ratiõe eoꝝ put cõsiderant a methaphisico q̄ abstrahit a motu ꝛ a materia sensibili. tamẽ sunt de rõne elemẽtorũ put cõsiderãtur in hoc libro. q: i libro isto ↄsiderant elemẽta put sũt gñabilia ꝛ corruptibilia: actia ꝛ passiua. hoc aũt cõuenit eis p qualitates primas. Unde nõ est incõueniens aliquid esse de ratiõe alicui⁹ rei vno mõ accepte q̄ nõ est de rõne ei⁹ alio mõ accepte Et sic patet responsio ad q̄situ. Rationes soluũtur ex dictis. Seq̄tur in textu. Sed non minus ꝛ vt corpora qualia.

Querit secũdo vtrũ tm̄ sũt quattuor qualitates prime.

Arguit q̄ sint pauciores. q: quod per superabundantiã dicit

vni soli cõuenit. ꝫ primũ ꝑ supabũdantiaz dicit̃ cũ sit suplatiui gradus. ergo tantũ est vna prima qualitas. Secũdo sic calidũ ⁊ frigiduz sunt actiue. humiduz et siccũ sũt passiue: sed agens prius est patiente. ergo sequit̃ ꝙ tm̃ sunt due qualitates prime. s. calidũ et frigidũ. Tertio sic. frigiditas ē priuatio caliditatis: vt habet̃. 2. ð celo. ergo n̄ est qualitas. ꝯña tenet. q: priuatio est posterior suo habitu. Quarto sic. lumē est qualitas primi corporis. scꝫ celi. et est cā omniũ qualitatũ elementoꝝ. ergo tm̃ est vna qualitas prima. scꝫ lumē. vel si q̃ttuor qualitates elemētoꝝ sint prime. erũt quinq̃ ꝑme q̃litates. igit̃ ⁊c̃. In oppositũ ē phs i textu.

Sciendum est primo ꝙ postq̃ phũs ostendit ꝙ qualitates prime sunt formalia principia elemētoꝝ ꝯpositoꝝ in eē naturali ⁊ trãsmutabili. ꝯñter oñdit. p. ꝙ inter qualitates cõuenientes corporib⁹ gñabilib⁹ et corruptibilib⁹ ille sunt prime q̃ primo ptinēt ad sensum tact⁹ et sunt quattuor tales nec plures nec pauciores. Sit igitur.

Conclusio prima. inter qualitates sensibiles corporib⁹ gñabilib⁹ et corruptibilib⁹ cõuenietes inq̃tũ hmõi qualitates tãgibiles sũt priores. q: sicut sensus tactus est fundamentũ oim̃ sensuũ ⁊ prim⁹ sine quo nõ põt esse alius sensus. ita oportet ꝙ qualitates sensibiles sensus tact⁹ sint priores alijs q̃litatib⁹ ꝑ alios sensus: ergo alie qualitates sensibiles nõ pñt esse sine q̃litatib⁹ sensibilib⁹ siue tãgibilib⁹. ꝯña tenet. q: qualis est ordo in potentijs talis debet esse in obiectis. Itē gñabilia ⁊ corruptibilia sunt actiua et passiua inq̃tũ hmõi. ꝫ q̃cũq̃ sunt actiua adinuicē nata sunt se tangere. ergo qualitates prime sunt priores sine quibus nõ pñt esse alie q̃litates in corporibus corruptibilib⁹. Ex cõclusione sequitur ꝙ oĩs q̃litates ꝑ alios sensus causant̃ a qualitatib⁹ tangibilibus primis: vt patet. quia primũ in vnoquoq̃ genere est causa alioꝝ q̃ sunt post in illo genere.

Conclusio secũda. inter qualitates tangibiles sunt tm̃ quattuor prime. Probat̃. q: septem sunt ꝯtrarietates q̃litatũ tangibiliũ q̃ sunt calidũ: frigidũ: huidũ: ⁊ siccũ. graue leue: durũ molle. lubricuz aridũ. asperũ lene. grossum ⁊ subtile. ꝫ quinq̃ vltime ꝯtrarietates reducũtur ad duas cõtrarietates primas. et due prime nõ reducũtur ad seinuicē nec ad priores. ergo tantũ sunt due prime ꝯtrarietates q̃litatũ tãgibiliũ et quattuor qualitates prime tãgibiles. Minor declarat̃ ⁊ primo ꝙ ille sint tangibiles. q: ille sunt actiue ⁊ passiue adinuicē: ergo sunt tangibiles. añs ptꝫ. q: calidũ habꝫ ꝯgregare homogenea ⁊ disgregare ethe rogenea. ꝫ frigidũ habꝫ ꝯgregare homogenea cũ etherogeneis. ⁊ ita iste sunt q̃litates actiue. vnde calidũ calefaciendo eleuat et euaporat id qð est subtile. ⁊ siccũ coniungit subtile cũ subtili ⁊ relinquit densuz illud qð est grossum. ⁊ ꝓpter hoc calidũ dicit̃ cõgregare hõgenea ⁊ disgregare etherogenea. ꝫ frigidũ habet cõprimere: coagulare: cõdēsare. q: mouet a circũferētia ad centrũ. ⁊ calidũ ecõtrario. ⁊ ideo frigidũ cõgregat subtile cũ grosso. ideo cõgregat etherogenea. humidũ aũt dicit̃ quod est bene terminabile termino alieno et male termino ꝓprio. ⁊ siccũ est bñ terminabile termino ꝓprio ⁊ male termino alieno. terminari aũt cũ termino ꝓprio vel alieno sonat passionem. ideo humidũ et siccũ sunt qualitates passiue. ptꝫ ergo ꝙ calidũ et frigidũ sunt q̃litates actiue. et siccũ et humidũ q̃litates passiue. Vñ aduertendũ est ꝙ calidũ et frigidũ nõ sunt sic qualitates actiue quin nõ sint passiue. imo sunt minoris resistentie: ꝫ dicunt̃ actiue. q̃a sunt magis actiue q̃ humidũ ⁊ siccũ. ⁊ silr̃ humidũ ⁊ siccũ non dicunt̃ passiue sic ꝙ nõ sint actiue. sed q: sunt minus actiue alijs.

Qm̃ aũt alie qualitates tangibiles reducantur ad istas quattuor. patet ꝑ inductionem. nam grauitas reducit̃ ad frigiditatez. nam frigiditas est causa grauitatis et leue ad calidũ reducit̃. nam caliditas est causa leuitatis calidũ eñ disgregat et rarefacit. et ita in modica materia facit magnam q̃titatem. ⁊ per ꝯñs raritatē. frigiditas aũt ꝯdensat. ideo facit ꝙ multũ de materia ē sub parua q̃titate ⁊ ꝑ ꝯñs grauitatē. Similit̃ molle reducit̃ ad humidũ. molle eñ subtiliter cedit alijs sicut humidũ. videm⁹ etiaz ꝙ dura humectata mollefiũt. Durũ autez ad siccũ reducitur. nam q̃ñ aliq̃d desiccat̃ indurat̃: vt patet de luto. Lubricũ etiam reducit̃ ad humidũ. nam lubricũ habet humiditatem aqueam a siccitate passam sicut lene quod

habet humiditatē aereā. ⁊ ita nihil est lubricū nisi sit humidū. Aridū aūt reducit ad siccū nā aridū idē ē ꝙ ꝑfecte siccū siue naturalit͛ siccū. iō terra que naturaliter est sicca. nūcupat͛ arida. Sil͛r asperū reducit͛ ad siccum. ⁊ lene ad humidū. naꝫ asperū dicit͛ qḋ habet aliq̄s ꝑtes supeminētes alijs. qꝛ nō p̄nt fluere ad ꝑtes decliuiores ꝓpter defectū humiditatis qꝛ sunt dure. ⁊ anguste. ⁊ faciūt asperitatem. modo dictū est ꝙ durū reducit͛ ad siccū naturale. lene eīm dicit͛ cuiꝰ nulla ꝑs supeminet alteri. ⁊ hoc est ꝓpter humiditatē eo ꝙ humidū fluit ad ꝑtes decliuiores. ⁊ ita lene reducit͛ ad humidū. Sil͛r grossū reducit͛ ad siccū ⁊ subtile ad humidū. nā subtile est bn̄ repletiuū alteriꝰ corꝑis. ideo oportet ꝙ sit humidū ⁊ grossuꝫ est male termiabile termino alieno sicut siccū. Ptꝫ g̃ ꝙ alie q̄nqꝫ ꝯtrarietates qualitatū tangibilium reducunt͛ ad duas p̄mas ꝯ̄rietates. ⁊ iste due nō reducūt͛ ad se inuicē neqꝫ ad aliq̄s priores hijs que ꝯueniunt corꝑibus gn̄abilibus ⁊ corruptibilibꝰ. qḋ dicit͛ ꝓpter lumē qḋ est qualitas p̄mi corꝑis. ⁊ ita est bene causa qualitatū quattuor primaꝝ vt dictum est.

Ex quo ptꝫ cōclusio respōsiua

ad quesitū. tm̄ sunt q̄ttuor qualitates prime scꝫ calidū frigidū humidū ⁊ siccū. Hec cōclusio satis ptꝫ ex dictis. Et est hic notanduꝫ ꝙ vt habet͛ in textu humidū dicit͛ dupliciter. vno modo dicit͛ humidū qḋ hꝫ humiditateꝫ naturalē vt aqua vel aer. Alio modo dicitur humidū qḋ habet humiditatē extrinsecaꝫ. ⁊ dupliciter. qꝛ vel habet eā in ꝓfundo ⁊ tūc dicit͛ infusū. vel habet eāꝫ in suꝑficie soluꝫ ⁊ tūc dicit͛ humidū.

Dubitat͛ an ille qualitates prime

possint cōuenire elementis existentibus in sua naturali dispositiōe. Rn̄det͛ ꝙ alique possunt cōuenire elemētis et alique nō. ille eīm que nō req̄rūt mixtionē qualitatum primarū bn̄ ꝯueniūt elemētis naturalit͛ dispositis sicuti graue et leue grossum ⁊ subtile: ſ ille q̄ causant͛ ex aliqua mixtione quattuor qualitatū primarū nō cōueniūt elemētis naturaliter dispositis sicut sunt lubricū et aridū. Ex quo pꝫ ꝙ qualitates sensibiles ꝑ alios sensus a sensu tactus nō cōueniunt elemētis naturaliter dispositis. sicut sūt colores; odores: ⁊ sapores. qꝛ tales qualitates ꝯsequūtur mixtionē elemētoꝝ ⁊ determinatā ꝓportionē qualitatū primarū factam ꝑ actionē et passionē eaꝝ adinuiceꝫ. Vn̄ licet in terra vel in aqua possit esse formale coloris. tn̄ si sint naturaliter disposita nō est ibi materiale coloris qḋ ꝯsistit in certa ꝓportione q̄litatū primaꝝ vt dictū est. Licꝫ etiaꝫ aqua sit dulcis vel amara: hoc tn̄ ē ꝑ admixtionē qualitatū aliquarū terrestrium aut aliud hmōi. Et sic ptꝫ respōsio ad quesitū.

Ad rationes ante oppositum.

Ad p̄mā dꝛ ꝙ li p̄mū dꝫ exponi negatiue. vl͛ dꝛ ꝙ in quolibet ordine dꝫ eē tm̄ vnū primū modo qualitates p̄me dicunt͛ p̄me in q̄ttuor ordinibꝰ. Ad secūdā dicit͛ ꝙ si cōꝑet͛ caliditas ⁊ frigiditas adinuicē attendēdo ordinē ꝑfecti ⁊ imꝑfecti ſ modo caliditas eēt prior frigiditate. ſ si int͛ ea attēdat͛ ordo cause ⁊ causati vna nō est p̄or altera. mō iste q̄litates p̄me dicūt͛ p̄me ī ordine ad alias attēdēdo ordinē cause ⁊ effectꝰ. Alie due rōnes soluunt͛ ex dictis ⁊c̄. Sequit͛ ī textu. Quoniam aūt quattuor elementa sunt.

Querit͛ tercio vtrū tm̄ sint quattuor elemēta.

Arguit͛ ꝙ sint pauciora. elementū ē ex quo fit aliq̄d p̄mo ī exn̄te indiuisibili sp̄ē in aliā speꝫ. ſ aūt diffinitio soli materie ꝯuenit. g̃ ē tm̄ vnū elementū qḋ est materia. Secūdo sic. ꝙ sint plura q̄ quatuor qꝛ sex sūt cōbinatōes q̄litatū p̄maꝝ g̃ sūt sex elementa. tenet ꝯsequētia. qꝛ numerꝰ elementoꝝ sumit͛ ex cōbinatōe q̄litatū p̄marū. ergo Tercio sic. q̄nqꝫ sūt motꝰ simplices. g̃ sūt q̄nqꝫ corꝑa simplicia. ſ oē corpꝰ simplex ē elementū g̃ quinqꝫ sunt elemēta. Quarto sic pl͛a sūt mixta q̄ q̄ttuor g̃ videt͛ ꝙ sint pl͛a elemēta q̄ q̄ttuor. tenet ꝯsequētia. qꝛ mixtis corr領spōdent simplicia. In oppositū est pħs in textu.

Sciendum est primo. ꝙ postq̄

pħs ꝓbauit ꝙ tm̄ sūt q̄ttuor qualitates p̄me actiue ⁊ passiue que sūt p̄ncipia elemētoruꝫ ꝯn̄r ex numero hmōi qualitatū ꝓbat numeꝝ elementoꝝ. Et qꝛ ad trāsmutatōeꝫ ipoꝝ facit diuersitas locoꝝ. ⁊ etiā ordo diuersus ad q̄litates p̄mas ideo ꝯn̄r de ip̄is determinat.

Sciendū est secundo. ꝙ hoc nomē

elementū pōt accipi pluribꝰ modis. vno mō ꝓprijssime vt elementū sit qḋ est in cōpo

fitiōe pmū ⁊ i resolutōe vltimū simplicit. ⁊ h̄ modo materia dicit̄ elemētū respectu corpo rū naturaliū. ⁊ dicūt quidā ꝙ in ista acceptio ne diffinit̄ elemētū. v. methaphisice vt r̄citat̄ in pma rōe ante oppositū. quidaꝫ tn̄ dicūt ꝙ ista diffinitio ꝯuenit elementis. Alio mō po test capi minus ꝓprie scꝫ ꝓ oī pncipio ꝑ se et intrinseco alicuiꝰ rei. ⁊ h̄ modo nomē elemen ti se extēdit ad materiā ⁊ formā. Alio modo capit̄ elementū in aliquo gn̄e ⁊ non simplicit̄ sic q̄ttuor corꝑa simplicia in gn̄e corpoꝝ di cunt̄ elemēta. qꝛ sunt prima ⁊ simplicia ⁊ nō resoluunt̄ in alia corꝑa, ſ alia mixta resoluū tur in ipa. tn̄ nō sūt elemēta simplicit̄. qꝛ resol uunt̄ in materiā ⁊ formā ex quibꝰ ꝯstituunt̄. ⁊ h̄ modo captū diffinit̄. a pho. Tercio celi ele mentū est in qd̄ oīa corꝑa resoluunt̄ intus ex istens potentia vel actu. ⁊ sic capit̄ in ꝓposi to. Et qꝛ ibi ꝯsiderant̄ elementa vt sunt ad in uicē ⁊ nō sunt transmutabilia nisi ꝑ quattuor qualitates primas. ideo ꝯueniēs est ex cōbi natione qualitatum assignare numerum ele mentorum.

Hijs visis ponit̄ ꝯclusio respō

siua tm̄ sunt quattuor elementa nec plura nec pauciora capiendo tercio mō elementū. Pa tet. qꝛ q̄litates pme sūt pncipia formalia ele mentoꝝ. istaꝝ aūt q̄litatū primarū sex sūt cō binatōnes. Una calidi cū frigido. ⁊ alia ca lidi cū sicco. alia calidi cū humido. ⁊ alia fri gidi cū humido. ⁊ humidi cū sicco. ſ harum due sunt inutiles scꝫ pma ⁊ vltima. qꝛ vnum contrarioꝝ nō est natū cōiungi ⁊ cōbinari cū alio. g̊ tm̄ sunt q̄ttuor cōbinatōnes vtiles q̄li tatū primarū. Et cū ille q̄litates cōstituāt ele menta in esse phisico ⁊ transmutabili. sequit̄ ꝙ tm̄ erūt quattuor elemēta. Et h̄ est ꝯueni ens hijs q̄ sensui appꝫnt. videmꝰ em̄ ꝙ ignis est calidus ⁊ siccus. aqua frigida ⁊ humida. aer humidꝰ ⁊ calidus. terra frigida ⁊ sicca.

Itē ad hoc adducit phs testimoniū anti quoꝝ. nā nullꝰ coꝝ qui posuit elemēta eē cor pora simplicia ⁊ principia excessit numerū q̄ ternariū ⁊ quilibet posuit q̄ttuor elemēta vt declarat̄ in textu. Itē quodlibet elementū determinat sibi vnā qualitatē in supmo. ⁊ cū sint tm̄ quattuor q̄litates. sequit̄ ꝙ erūt tm̄ q̄ tuor elementa. nā ignis est maxime calidus aer vō humidꝰ. aqua vō frigida. ⁊ terra sicca

Dubitat̄ primo. ex quo quodli

bet elementū detreminat sibi vnā qualitatem in supmo. quare nō sufficit vna q̄litas ad cō stitutionē elemēti. Potest dici ꝙ elementa sunt corꝑa trāsmutabilia adinuicē. ideo opꝫ tet quodlibet elementū esse actiuū ⁊ passiuū ⁊ ita in quolibet elemēto est vna qualitas ꝑ quā est actiuū. ⁊ alia ꝑ quā est passiuū.

Dubitat̄ secūdo de loco ipoꝝ

elementoꝝ. Ad dubiū ptꝫ solutio ex libro de celo ⁊ mundo. qꝛ ignis est simpliciter sursuꝫ ⁊ terra simpliciter deorsum. ⁊ aer est sursum ſm quid. ⁊ aqua deorsū ſm q̇d. Unū ꝙ ignis sit sursū simpliciter sic potest ostendi suppo nendo ꝙ mixtū mouet̄ ſm naturā elemēti p̄ dominātis in eo. ⁊ ꝙ quodlibet elemētū est i suo loco naturali: ⁊ ꝙ nullus motus natura lis est ad infinitū. sed sꝑ ad certū terminum.

Tunc arguit̄. videmꝰ in sensibili ignē ⁊ flā ma in qua dn̄at̄ ignis ascendere ꝑ aerem. ⁊ qꝛ nō mouet̄ ſm naturā terre vl̄ aque. qꝛ tūc deberet descēdere deorsū. neqꝫ ſm naturā ae ris. qꝛ tūc deberet quiescere in loco aeris. er go mouet̄ ſm naturā sui ⁊ cū nullus motus sit in infinitū sequit̄ ꝙ tendit ad aliquē certū locū. ⁊ existentem supra aerem

Dubitat̄ tercio. An ignis ⁊ aq̄

magis cōtrarient̄ q̄ ignis ⁊ terra. Rn̄det̄ ꝙ si ꝯsiderent̄ ista elementa scꝫ inq̄tū sunt gra uia ⁊ leuia ⁊ ad vbi mobilia sic magis ꝯtrari ant̄ ignis ⁊ terra q̄ ignis ⁊ aqua. ⁊ ideo plꝰ distant ignis ⁊ terra q̄ ignis ⁊ aqua. ſ si cōsi derent̄ vt sunt transmutabilia ad formaꝫ ſm quā ꝯsiderant̄ in hoc libro. h̄ modo plus con trariant̄ ignis ⁊ aqua q̄ ignis ⁊ terra.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā potest dici ꝙ illa diffinitio ꝯuenit q̄ttuor elementis ꝓ respectu materie prime qꝛ materia nō est alicuiꝰ speciei. Ad secun dā dicit̄ ꝙ due cōbinatōnes quattuor quali tatū primaꝝ sunt inutiles ad ꝯstitutionē ele mentorum. Ad terciā dicit̄ ꝙ non sunt nisi quattuor motus simplices distincti ſm speci em specialissimā ꝯueniētes corꝑibꝰ corrupti bilibus. Ultra dicit̄ ꝙ celū nō intrat in cō stitutionē substantialē gn̄abiliū ⁊ corruptibi lium ſm suā substantiā sicut faciūt elementa sed solū ſm suā virtutē. ⁊ ideo nō vocat̄ ele mentū. Ad aliā dicit̄ ꝙ sicut ex certo nume ro elemētoꝝ ⁊ determinato pn̄t fieri distincte diuisiones. ita ex certo numero elementoꝝ

⁊ pauco possunt fieri plura ⁊ infinita mixta saltem distincta ꝯm gradus mixti ⁊c̄. Sequitur in textu.

Querit̄ quarto vtrum cuilibet elementoꝝ ꝯueniat primo vna qualitatū primarū. Vbi gratia an terra sit primo sicca ⁊ aq̄ frigida ⁊ aer primo humidus ⁊ ignis p̄mo calidus. Arguit̄ ꝙ nō de terra ⁊ aqua. nā quod magis distat a fonte caloris est maxie frigidū. ſ terra maxie distat a fonte caloris. g̊ ipa est maxime frigida ⁊ nō aqua. Et cōfirmat̄. q: effectus frigiditatis qui sunt esse graue ⁊ densū ⁊ cōpactū magis cōueniunt terre ꝙ̄ aque. Secūdo sic de aqua. illud maxie ꝯuenit alicui qꝺ ab eo magis de difficili remouet̄ ſ humiditas magis de difficili remouet̄ ab aqua ꝙ̄ frigiditas: q: frigiditate remota adhuc remanet humida ergo ⁊c̄. Tercio sic de aere humidi ē hūectare. g̊ maxie hūidi ē maxie humectare. ſ aq̄ mag̃ hūectat ꝙ̄ aer. g̊ aer nō est p̄mo humidus ſ aqua. Quarto sic de igne. caliditas exurit ⁊ desiccat. ergo maxima caliditas maxime desiccat ⁊ exurit. ergo si ignis sit maxime calidus erit maxime siccus. ⁊ ꝑ ꝯsequēs nec ambe qualitates cōuenirent sibi in supremo vel neutra. In oppositū est philosophus in textu.

Sciendū est p̄mo ꝙ ꝓpter primū argumentū factū ante oppositū. Albert⁹ dicit terrā primo esse frigidā. ⁊ dicit ꝙ li p̄mo nō denotat ordinē elementoꝝ ſ q̄litatum vni elemento cōuenientiū. ita ꝙ nō est intētio phi dicere ꝙ aqua est p̄mo frigida. i. frigidior ceteris elementis. ſ est sensus ꝙ aqua ē primo frigida. i. cū sit humida ⁊ frigida ꝑ prius sibi conuenit frigiditas ꝙ̄ humiditas.. Et ita vult Albert⁹ ⁊ plures alii ꝙ terra sit magis frigida ꝙ̄ aqua. Et q̄uis h̄ positio sit ꝓbabilis tn̄ arguit̄ cōtra eū ꝯm Egidium de roma. Primo sic ꝯm Aristotelē q̄ttuor qualitates p̄me ꝯstituunt numeꝝ quaternariū elementoꝝ qꝺ non esset nisi quodlibet istoꝝ elementorū haberet vnā primo. sed qꝺ tale est: est maxie tale. Secūdo methaphisice. sic ignis q̄ est p̄mo calidus est maxime calidus. g̊ aqua que est frigida primo erit oibus aliis frigidior.

Secūdo sic. nisi cuilibet elemēto cōueniret primo ⁊ maxie vna istarū qualitatū p̄maꝝ ⁊ oibus aliis ꝑ ipsaꝫ nō posset saluari cōpleta mixtio imo posset fieri mixtio absq̧ eo ꝙ cōcurrerent quattuor elementa. Patet ꝯsequentia q: mixtū dicit̄ ꝑticipare naturā cuiuslibet elementi sꝫ ꝯm vnā qualitatē. sicut ꝑticipat naturā ignis qui est calidior ceteris. Tercio sic. si li p̄mo diceret ordinē qualitatuꝫ vni elemēto cōuenientiū sequeret̄ ꝙ vna ⁊ eadē qualitas posset pluribus elementis inesse. pꝫ q: si aer esset primo humidus nō respectu aliorum elementoꝝ sed respectu sui caloris nō esset conueniens ꝙ aliquod aliud elementuꝫ esset p̄mo humidū respectu alteri⁹ q̄litatis sequeret̄ g̊. ꝙ nō posset assignari numerus elemētoꝝ ꝯm numerū q̄ttuor qualitatū primarū imo possent esse plura ꝙ̄ q̄litates prime cum vna qualitas pluribus elementis posset conuenire. oportet ergo dicere ꝙ li primo dicit excessum alioꝝ elementoꝝ. ⁊ ita aqua est p̄mo frigida ⁊ maxime ꝙ̄ alia elementa. ⁊ terra p̄mo sicca. vt dicit phs in textu. Sed ad soluendū primū argumentū ante oppositum.

vēti faciūt alios cessare Rn̄det pħs ꝙ sic q: a perchias ⁊ vergetes maxie faciūt alios cessare. Ratio primi ē. q: eoꝝ impet⁹ maximi sunt ⁊ flant de prope. ⁊ sunt cōtinui et fortes. ideo faciūt alios debiliores cessare. Ratio secūdi est. q: cū sint magni ⁊ fortes: vt dictū est, ꝓpellūt nubes. Uerū est t̄n̄ vt habetur in textu si essent vehemēter frigidi: tūc venirent coagulādo nubes anteꝙ̄ eas ꝓpellerent: ⁊ causarent pluuias Inter ventos aperquias est ventus seren⁹. q: in seipm̄ reflectit̄ trahēdo nubē ad se. ideo prouerbialiter d: de auaris ꝙ trahūt ad se pecuniā sicut aperquias ad se nubem.

Dubitatur septimo que est cau

sa giratiōis vētoꝝ. Rn̄det. pħs. ꝙ oīm vētoꝝ sunt giratōes q̄n̄ cessant. nā q̄n̄ ventus incipit cessare: tūc prior pars prius cessat ⁊ alia pars sequēs adhuc in se hȝ impetū primi mouentis. ideo illa secūda ps adhuc est mota circa primā. ⁊ tertia iuxta quartā

Dubitatur octauo vtrum ven

ti distinguātur penes calidū frigidū humidū siccū. Rn̄det pħs ꝙ sūt aliq̄ vēt⁹. quorū sūt alij frigidi. alij calidi. alij humidi. alij sicci. aliq̄ sūt grādinosi. aliq̄ causnat coruscationes. ⁊ alij tonitrua. aliqui ventosi aliqui pluuiosi.

Dubitatur nono in quo tempo

re anni ꝺn̄t magis flare encphie idest venti circulares. Rn̄det phūs ꝙ in autūpno. deinde i vere. Et de tiphomb⁹ encphijs ⁊ zimphomb⁹ ꝑticulari⁹ videbit̄ in sequētibus.

Ex predictis patet quid sit materia ventoꝝ qualiter generantur. quid sit situs ⁊ positio eoꝝ. patent etiam accidentia ⁊ passiones eorum. Rationes solute sunt ex ante dictis. Auctoritas allegata est pro dictis

Nomina aūt ventorum latina ⁊ partes vnde flant his metris contenta sunt.

Sūt subsolanus: vulturnus: eurus: eoi.
Atqꝫ die medio noth⁹ heret: affricus austro
Circi⁹ occasu: zephirus fauoni⁹ afflant.
Adueniūt aquilo: boreas: ⁊ chor⁹ ab arcto.

Nomina ventoꝝ

Sequitur in textu. De agitatione autē ⁊ motu terre post hec dicendū.

Queritur septimo vtrū mot⁹ terre per naturā sit possibilis. Arguit̄ ꝙ nō. q2 vel moueret̄ a principio intrinseco vl' extrinseco. Non primū. q2 tūc terra naturalit̄ exiret suū locū propriū. nec secūdū. q2 nihil videt̄ violentare terrā. Secūdo sic. si motus terre essꝫ possibilis terra moueretur ꝑ exalationē inclusam infra ipām. sed hoc nō. q2 talis exalatio subtilis est. ergo q2 est de subtili pōt exire per poros terre. ⁊ ꝑ ꝯn̄s nō facit motū terre. Ad oppositū est. p. in primo tractatu huius libri.

Pro rn̄siōe sciēdū est primo ꝙ postq̄ phs determinauit de ventis: ꝯn̄r determinat de motu terre. de quo fuerunt tres opiniones antiquorum. scꝫ Anaxagore ponentis terrā spongiosam ⁊ infra concauitates eius intrare aerē. qui aer nat⁹ ē ferri sursum. ideo ipse mouet terrā. Sed hec opinio falsa est. q2 ſm hoc nō posset reddi causa q̄re motus terre magis fit in vno tp̄e q̄ i alio. Secūda fuit opinio Democriti ponētis aquā deplutam intrare in ventribus terre. ⁊ cū ampli⁹ recipere non possit tūc fit fractio terre per violentiā. ⁊ per cōsequēs terremotus. Sed hec opinio reprobata est satis cū agebatur de fontibus ⁊ mari. Tertia opinio fuit Anaximandri ponētis terrā nimis desiccatam a sole: ⁊ postea deplutā dissolui ⁊ descendere in partes per desiccationē ⁊ ex cōsequenti facere terre motū. Sed hec opinio falsa est. q2 ſm hoc deberet apparere mlt̄iplex subuersio terre que non apparet. Itē terremotus cōtinue deberent fieri minores ⁊ tandem deficere. q2 partes dense continue replerent foramina terre. Dimissis his opinionibus supponit phs primo ꝙ terra scd'm naturā ppriam est sicca. ꝫ efficitur humida per pluuias: per quas redditur apta ad fumandū. ⁊ virtute solis ⁊ aliorū astrorꝫ qn̄qꝫ generatur magna multitudo exalatōnis infra ipām terram. q̄ q̇dē exalatio quādoqꝫ exit per poros terre: ⁊ facit in aere magnos ventos. quandoqꝫ cōtinetur in terra ⁊ facit magnū motum terre. quandoqꝫ aūt partim manet in terra ⁊ partim exit terrā. ⁊ facit paruos ventos ⁊ ꝑuos motus terre. Secūdo supponit phūs ꝙ ista corpora subtilia sicut vēt⁹ ⁊ aer sunt corpora velocissime mobilia ⁊ citissime. Ex quo patet q̇d sit causa motus terre. nā per virtutes solis ⁊ alioꝝ astrorum in visceribus terre ⁊ alijs ꝯcauitatibus generatur multa exalatio calida inclusa infra terrā que leuis est ⁊ querēs exitū propter rarefactionē ne fiat penetratio dimensionum mouet̄ de cōcauitate in cōcauitatem. ⁊ duꝫ fiat aliquando inter media concauitatuꝫ in tali motu causat motum terre. Et ꝙ sic fiat motus terre declarat philosophus ꝑ mlt̄a signa Primū signū est. nam maximi terre motus fiunt tempore tranq̄llioꝝ. ⁊ huius signū est ꝙ exalationes que sunt materia venti incluse sunt in terra ⁊ sunt principia terremotus. Aliud signū est ꝙ plures ⁊ maiores terremotus fiūt de nocte q̄ de die. q̇a illa tempora sūt magis tranq̄lla. Aliud signū est. q2 magni terremot⁹ fiūt in locis spōgiosis ⁊ cauernosis ⁊ iuxta mare. q2 in talibus locis sunt inclusi multi spūs causantes motū terre. Aliud signū est ꝙ in animalibus spūs moti causant tremores pulsus et spasmos. Et est spasm⁹ subita cōtractio neruoꝝ in animali. ⁊ cōiter accidūt in aīalibus post emissionē vrine. talis eñ motus causatur in animalibus a spiritu incluso in venis ⁊ neruis. sicut igit̄ parui spūs in corpore humano habent tantā virtutē ꝙ quādoqꝫ preualent ceteris neruis hominis vel aīalis. iō nō est mirū si multi spūs inclusi infra terraꝫ possint mouere vnam partem terre ⁊ preualere grauitati ei⁹. Aliud signū est. nam ad sensum apparent magni mot⁹ terre: q̇ non cessant donec terrā ruperint ⁊ in ipsa ruptura exit magnus vent⁹ ⁊ maxima flāma. ymo ⁊ multi cineres in tantam abūdantiā ꝙ ciuitates vicinas incinerauerūt. ⁊ hoc est signū q2 exalatio calida ⁊ sicca infra terrā inclusa est cā mot⁹. Aliud signū est, q2 in q̇busdaꝫ

insulis ante motū terre audiunť multi soni mare aduemente. q꞉ mare accedens includit spūs in angustū. qui exeūtes per poros angustos faciunt sonos. Aliud signū est ꝙ ante terremotū apparet aliq̄n parua nubecula longe proiecta ad modū linee. ⁊ hoc ē signū quia ventus absorbeť a terra. q̄n em̄ aer multū agitať per ventos causantur i co multe ⁊ distorte nubes: sed q̄n est tranquillitas siue serenitas fiūt nubecule longe ⁊ subtiles: sicut est in inūdationibꝰ maris. Aliud signū est. q꞉ tēpore eclipsis lune plures sunt terremotus. quia quādo luna eclipsať deficit lumen et per accidēs deficit calor eleuans exalatiōes terre. sed tamen manet adhuc in terra ab intra. et ita exalatio inclusa in terra mouet terrā. et nō fiūt venti.

Ex quibus precedētibꝰ pȝ con

clusio respōsiua. motus terre per naturaȝ ē possibilis. hec cōclusio satis patet per p̄dicta. q꞉ cause eius sunt possibiles. igiť ⁊c̄.

Dubitatur primo de accidenti

bus terremotꝰ. Rn̄deť ꝙ primū accidēs est ꝙ q̄nq꞉ terremotus durat per. 40. dies i vna regione. q̄nq꞉ ꝑ annū. q̄nq꞉ per duos. ⁊ hoc referēdū est ad multitudinē exalationis incluse infra terrā et ad distinctionē loci et meatꝰ ꝑ quē exit exalatio. Aliud ē accidens ꝙ tpe terremotꝰ audiuntur soni infra terrā. ⁊ q̄nq꞉ audiūtur ante motū terre. ⁊ d꞉ vulgariter terra mugire. Aliud est accidēs ꝙ q̄nq꞉ tempore terremotꝰ exit magna multitudo aque que expellitur ꝓpter vehementiā motus exalationis. Aliud est accidēs ꝙ q̄nq꞉ cū motu terre factū est particulare lumen. Aliud est ꝙ terremotus fit scd̄ȝ paruam partem terre habitabiliū: ſ venti sunt in aere scd̄m magnā partē et q̄titateȝ terre. q꞉ sol non hȝ tm̄ vigorem sub terra sicut supra terrā. Ultimū accidens est ꝙ motus terre quandoq꞉ d꞉ tremor. et hoc contingit q̄n exalatio mouetur lateraliter. q̄nq꞉ vero dicitur pulsus q꞉ ad pulsum requiriť multa exalatio. Albertus aūt ponit septē modos motus terre. qui sunt: ruina: tremor: titubatio: pulsus: ꝑforatio: subuersio: exceptio. sed isti modi reducūtur ad duos alios quos ponit ph̄s. Aliud accidēs est. q꞉ raro fiunt terremotꝰ in locis humidis. q꞉ nimia humiditas impedit exalationes generari.

Aliud accn̄s est ꝙ spūs exiens a terra in motu terre est fetidus et venenosus. eo ꝙ n̄ est digestus per lumen nec purificatus. Et ꝑ hoc responsio patet ad quesitū.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā d꞉ ꝙ terra mouet ab extrinseco in motu eiꝰ. igiť ab exalatiōe. nec ē talis motus terre scd̄m naturā eius primā: ſ scd̄ȝ naturā cōmunē que est naturalis. Ad secundā d꞉ ꝙ exalatio est subtilis. iō multū est corporis motiuū ⁊ penetratiuū: vt dictū est alias. iō pōt causare motū ⁊c̄. Sequiť in textu. De coruscatione aūt ⁊ tonitruo.

Queritur octauo vtrū tonitru

um sit sonus factus in nubibꝰ ex violenta ꝑcussione exalationis calide et sicce ad latera nubis. Arguiť ꝙ nō. q꞉ illa que se inuicē percutiūt distant abinuicē: ſ exalatio non distat a nube. imo est sibi cōiuncta. igiť ⁊c̄.

Secūdo arḡ. alia diffinitio tonitrui ē bona. scȝ ꝙ est sonus factꝰ in nubibꝰ ꝓpter extinctionē ignis a nube. ḡ ista sup̄fluit. Tertio si p̄ns diffinitio essȝ sufficiēs: sequeretur ꝙ simul et semel possent eleuari exalatiōes et vapores. cōsequēs est falsum. q꞉ ꝯtrariantur. Ad oppositū est ph̄s in primo cap. quarti tractatꝰ huiꝰ libri. in quo agit de coruscatōe: tonitruo: et ephia incensionibꝰ: ⁊ fulminibꝰ. nā oīm istoꝝ est vnū principium scȝ exalatio calida et sicca. Et in p̄senti q̄stione videbiť de tonitruo et coruscatiōe.

Pro quo sciendū ē primo ꝙ vt

sepe dictū est duplex est exalatio. Quadā ē calida ⁊ sicca. Et alia calida ⁊ humida. Et iste due exalationes p̄nt simul eleuari. ⁊ pōt simul fieri vna cōsistentia. i. vna natura cōmunis distincta ab vtraq꞉. que pōt eleuari ad mediā regionem aeris.

Sciēdū est secūdo ꝙ Tonitruū

et coruscatio sic ḡnanť. Nam q̄n talis cōsistentia exalatiōis calide ⁊ sicce et exalatōis calide ⁊ hūide eleuata est vsq꞉ ad mediam regionem aeris. illud qd̄ est ibi calidū ⁊ humidū: q꞉ facilius est cōgelabile inspissatur ad modū cuiusdā pellicule seu tētorij. ⁊ cōuertiť in nubē: ⁊ tūc exalatio calida et sicca fortificatur per antiparistesim. ⁊ petens exitum velociter moueť et ꝑcutit ad latera nubis. et aliquando frangit nubem in aliqua

sui parte. et in illa fractiōe inflāmatur. et il-la inflāmatio vocatur coruscatio. et sonus factus ex tali coruscatione vocatur toni-truum.

Ex quo patet conclusio prima. ꝙ diffinitio tonitrui de qua querebatur in ti-tulo questionis est sufficiēs. Et hoc decla-rat phūs de ligno viridi posito in igne. naꝫ sicut se habet paruus vent⁹ in puo corpore ita magna exalatio calida et sicca ī magna nube. ꝗ in paruo corpore paruus vent⁹ po-test causare sonū vt in ligno viridi. Nam ꝑ calorē ignis ꝓpellitur humor ad interius et tandem id qđ est aquosuꝫ exit per extrema ligni. illud vero quod est terrestre et siccum vnitur ad interiora. qđ quidem vnituꝫ et ca-lefactū petit exitū et frāgit lignū. in qua fra-ctura inflāmatur et facit sonū. similiter fit to-nitruū et coruscatio ī nube. cū eñ illa exala-tio frāgit nubē et sonū facit dr tonitruū. cū vo in exitu inflāmatur dicitur coruscatio.

Conclusio secunda. coruscatio bene diffinitur ꝙ est inflāmatio exalatōis ca-lide et subtilis inflāmate in exitu a nube a-quosa. Probatur sicut ꝑcedēs. Ex quibus pꝫ ꝙ licet tonitruū scđm rem precedat coru-scationem. qr prius est ꝑcussio nubis et fra-ctura ꝙ̄ inflāmatio materie in exitu a nube tm̄ pri⁹ appet coruscatio ꝙ̄ audiatur tonitruū qr visus āticipat auditū. qr sonus venit ad auditum mediāte motu locali qui nō fit ni-si successiue et in tpe. Sed lumen in instanti venit ad visum. Et ex his omnibus etiā pꝫ falsitas opinionis ponentis tonitruū fieri in nube ex radijs solis sicut dixit Empedo-cles. Alij vo vt Anaxagoras dixerūt ꝙ ille ignis extenditur per motū superioris corpo-ris ex corpore inferiori ad locū nubiū. Ul-terius etiam pꝫ falsitas opinionis dicentiū coruscationē causari per reflectionē luminis alicuius astri a vaporē eleuato.

Sed circa litterā dubitatur primo. vñ causatur varietas sonorū tonitrui. Rñ-detur ꝙ causatur ex diuersa dispositōe nubis. qr ꝙ̄to nubes est densior tanto reqritur maior ꝑcussio et maior exalatio ad h ꝙ frangatur et facit maiorē sonū qñ nubes ē multū ꝯca-ua. Uñ tres sunt modi sonorum tonitrui. Prim⁹ vocatur tumultuās. et h cōtingit qñ exalatio mouet nubē nō frāgendo ipsam.

Alius son⁹ dr disrupt⁹. qui fit qñ exalatio mota frāgit aliq̄ intermedia nubis et nō ob-uiat sibi aliqđ frigidū. Alius sonus dicitur stridēs qui fit qñ exalatio frangit nubeꝫ et sibi obuiat aliquod frigidū.

Sed tunc dubitatur secundo q̄ tonitrua sunt magis timēda. Rñdetur ꝙ to-nitruū cui⁹ nubes est nigra parū est timēdū ꝙ̄tuꝫ ad incensionē: qr signū est ꝙ exalatio est debilis et magna abūdantia vaporꝝ. nā magna frigiditas aquosa causat nigrediēꝫ sed tūc qr frigidū est prope. iō aliqñ ex abū-dantia exalatiōis velociter mouetur in infi-ma regiōe aeris. Sed tonitruū cui⁹ nubes est rubea est multū timendū ꝙ̄tuꝫ ad incen-sionē. qm̄ est signū magne aquositatis et fri-giditatis. Similiter qñ nubes est alba; non est multū timendū: qr signuꝫ est debilitatis exalationis et nubis. Qñ vero nubes ē vi-ridis multum timendum est. quia signū est ꝙ exalatio est fortis et frigiditas magna. iō pōt eē ꝑcussio multū violenta et inflamma-tio magna.

Dubitatur tertio quomō causatur cuneus fulminis. Dicitur ꝙ sicut ꝑ calo-rem aliq̄d mixtuꝫ ex sicco et hūido indurari pōt et digeri ab eo vt ex ipo fiat lapis et ali-qđ mixtū: sicut pꝫ de lateribus. ita ꝓportio-nabiliter qñ ꝯsistētia exalatiōis calide et sic-ce et etiaꝫ hūide digeritur ꝑ calorē et expellitur hūidū pōt causari vnus lapis q̄ vocatur cu-neus fulminis. Et in ꝑte anteriori est mag̃ acut⁹. qr illud qđ est subtili⁹ antecedit in ge-neratōe talis lapidis ꝓpter velocitatē mo-tus. Et tūc cadit deorsuꝫ cū fulmine. Et ꝑ h pꝫ solutio siue respōsio ad q̄situm.

Ad rationes ante oppositum. Ad primā dr ꝙ lꝫ exalatio existēs ī vna par-te nubis distat ab altera. nihilomin⁹ ꝑs illi-us exalatōis existēs in latere nubis ꝑcutit et facit talē sonū in ꝑcutiēdo. et maiorē in frā-gēdo. ꝗ et c̄. Ad secūdā dr ꝙ illa diffinitio ē Anaxagore existētis illi⁹ opiniōis. et dicentis ꝙ tonitruū causatur ex illa extinctiōe. Sꝫ illa opinio nō est vera. qr tūc tonitruū deberet audiri ī serenitate aeris eo ꝙ inl're exalatōes extinguntur eo tūc; q̄re nō ꝓbat. Ad tertiā dr ꝙ nō est ipossibile illas duas exalatiōes si-mul eleuari sicut dictū est. sicut etiā ꝑmiscen-tur siccū et hūidū in terra. et hec de q̄stione.

Seqtur i textu ꝭFit qdē igit typhō ⁊c̄.

Queritur nono vtrū Thiphones et enephie incesiões et fulmia sint eiusdem speciei. Arguitur ꝙ nō. qꝛ incēsiões et fulmē sunt impressiões ignite typhones et enephie nō. ergo nō sunt eiusdē speciei.

Secūdo arḡ. diuersitas in motu ondit diuersitatē in specie. ſ; enephias mouet lateraliter accensioē. tipho aūt mouet circūgiratiue. ergo nō sūt eiusdē speciei. Tertio arḡ. fulmē h; aliq̄ que in causas naturales reduci nō p̄nt. ergo non est de natura elemētari. Anñcedēs p;. qꝛ fulmē aliqñ cōburit hoiem sine lesione vestimētoꝝ. et ꝯburit ensez vagina remanēte integra. ergo ⁊c̄. Ad oppositū ē Aristoteles in vltimo cap̄. huiꝰ libri.

Pro respōsione sciendū est primo ꝙ postq̄ p̄hs determinauit de tonitruo et coruscatiōe. ꝯñter determiat de enephia. incensione fulmine ⁊ typhone. q̄ oia gn̄anť ex eadē materia. sc; exalatiōe calida et sicca inclusa infra nubem sicut tonitruum.

Sciendū est secūdo ꝙ Enephias sic gn̄atur. nā qñ infra nubem summe frigidā includiť exalatio calida et sicca grossa ⁊ terrestris: tūc per antiparistesim mouetť impetuose q̄rendo exitū. ⁊ tandē frangit nubem in debilioꝛi pte. ⁊ hec exalatio calida ⁊ sicca a nube ꝓpulsa violēte versus terraz ⁊ lateraliter mota vocať enephias. Et iō enephias sic diffiniť. Enephias est ventꝰ magnꝰ a frigiditate nubis versus terrā expulsus lateraliter motꝰ et trāsumptiue. Vñ qꝛ ventus iste est magnus frigiditas nubis nō sufficit ipm ꝓpellere vsq; ad terrā directe ꝓpter resistentiā eiꝰ. ideo mouet transūptiue ⁊ lateraliter. Et iste ventus h; duos effectus. nam obscurat aerem eo ꝙ est exalatio multū grossa et adducit pluuias qñ magna frigiditate nubis ꝓpelliť. ⁊ cōiter flat iste ventus ante magnas pluuias et qñ fiunt magna tonitrua. S; typho ē ventꝰ a nube descēdēs et expulsus vsq; ad terrā motus circūgiratiue. Vñ qꝛ iste vētꝰ ꝑcutit terrā. prima pars q̄ primo ꝑcutitur primo refleciť. et obuiat alteri pti descēdēti. ideo se inuicē inuoluūt iste: ⁊ iō fit motꝰ circularis talis exalatōis. et talis ventus h; eleuare pulueres et lapides et qñq; eradicat arbores si sit magnus. Et sic patent differentie inter typhonem et enephiam. Differunt autem primo. quia typho est ventus multū minoꝛ et subtilioꝛ q̄ enephias. ideo ꝓpelliť a nube vsq; ad terrā et nō enephias. Ex q̄ alia differentia p; ꝙ typho mouet circūgiratiue. ⁊ enephias transumptiue. Tertio differunt: quia typho quādoq; generať ex duobus ventis sibi inuicē obuiātibꝰ et duabus nubibus: sed enephias ab vnica nube expellitur.

Sciendu; est tertio ꝙ quando typho incēdiť vocať incēsio. ita ꝙ incensio nihil aliud ē q̄ typho apparēs ad modū rote q̄drige ignite. ſ; qñ enephias incēdiť apparet magnꝰ ignis motꝰ trāsumptiue. ⁊ qñq; inflāmans ciuitates et regiōes. Ex q̄bus p; ꝙ incensio differt a coruscatōe. quia coruscatio vt dictū est causatur ex percussione exalationis ad latera nubis et sequitur tonitruū. s; incensio fit sine tonitruo et causatur ex motu exalatōis circa terram.

Sciendū est quarto ꝙ fulmen ē ignis subtilis q̄ est in materia rara a nube cum violentia inferius proiectꝰ. Unde qñ a nube frigida expellitur exalatio calida cū magna violētia ꝓpter velocitatem motus incenditur et mouetur inferius motu velocissimo et impetuosissimo vocatur fulmen. Cuius sunt due species. naz quoddā fulmē diciť penetrās q̄d sc; h; materiā subtilissimā et rarā ⁊ velocissime motā. Aliud fulmen dicitur adurens. ⁊ hoc ꝓpter densitatem materie aliqñ vrit et coloꝛat coꝛpoꝛa q̄ tangit in quibus moꝛam facit. Quia igitur hoc fulmen non est omnino subtile. ideo nō cōburit coꝛpoꝛa dura ⁊ densa: nisi aliqualē moꝛam faciat in ipsis ꝓpter eoꝝ resistētiā. et in illa moꝛa adurit illa coꝛpoꝛa et inde ē ꝙ qñq; cōburit coꝛpꝰ hois sine lesiōe vestis et qñq; ossa sine lesiōe carnis ⁊ adurit et coloꝛat cultellū vł ensez sine alteratōe vł adustione vagine. ⁊ h̄ iō est: qꝛ coꝛpa subtilia ⁊ poꝛosa penetrat. ideo ñ facit moꝛā ibi nec adurit ea. ſ; adurit coꝛpa dura et cōpacta q̄ resistūt. Unde ipsius fulminis ponuntur aliqua accidentia in textu. Primū est ꝙ immediate dictū est. Aliud est ꝙ coꝛpoꝛa fulmine ꝑcussa immediate ante ꝑcussionez videnť moueri et hoc cōtingit. qꝛ fulmē semper p̄cedit aliq̄s vētus mouēs illa coꝛpoꝛa.

Aliud est q: animalia fulmine percussa in somno videntur habere oculos apertos. sꝫ qñ percutiūtur in vigilia habēt oculos clausos. Cui⁹ ratio est. q: qñ ꝑcutiūtur in somno aperiūt oculos ⁊ anteꝙ̄ possint claudere iā mortua sunt. Et similiter quando ꝑcutiūtur in vigilia claudūt oculos. ⁊ añꝙ̄ eos apiāt mortua sunt. Aliud accidēs est. q: corꝑa venenosa fulmine percussa purgantur a veneno. ꝫ corpora munda fulmine percussa efficiūtur venenosa. ⁊ hoc est propter diuersaꝫ dispositionē viuentiū siue recipientium. naꝫ fulmen percutiens animal venenosum consumit hūores venenosos. ⁊ sic relinquit carnes mundas. sed percutiens mundū cōsumit humores mūdos: ⁊ relinquit carnes immundas. Aliud accidēs est. q: corꝑa fulmine inflāmata cū difficultate extinguūtur q: materia fulminis est viscosa ⁊ multū adherens cui adheret.

Conclusio responsiua ad q̄situ̅.

Licet ꝙ eadem est materia ſm ſbām illaruꝫ impressionū. ꝫ tamen differūt penes diuersa accidentia. ⁊ hoc satis patet ex dictis. Rationes soluuntur ex dictis. Et hec de secūdo methaurorū.

Sequitur liber terti⁹ methaurorū.

De residuis aūt dicam⁹ opibus segregatiōis huius preinducto iam modo dicētes:

Circa īitiuꝫ tertiȷ̄ libri methaurorū. Querit̄ prio vtrū radius visualis refrāgatur in occursu mediȷ rarioris: ⁊ densioris. Arguit̄ ꝙ nullo mō possit refrangi. nā radius perpēdicularis a nullo occursu cuiuscūꝙ̄ pōt refrangi. ergo nec radius obliquus. ꝯña tenet. q: radius perpendicularis ⁊ obliquus procedūt a corpore lucido ⁊ sunt eiusdē rationis. añs ꝯcedūt omēs perspectiui. Secūdo arguit̄. si radius visualis frangatur in occursu mediȷ densioris seq̇tur ꝙ nulla res apparet in loco in quo ē veraciter. nec sub vera ꝗ̄titate. ptꝫ ꝯña. q̇a illud qꝺ apparet per refractiōem appꝫet aliꝺ ⁊ alibi ꝙ̄ sit. Etiā si radi⁹ visualis frangeret̄ in occursu mediȷ dēsioris cū oculi sint dēsiores ꝙ̄ aer sequitur ꝙ oēs radiȷ visuales refrangerent̄. ⁊ sic oīs res appareret maior ꝙ̄ sit. ergo ⁊c̄. Ad oppositū est. p. in isto tertio libro in quo agit̄ de his que apparēt ꝑ refractionē ⁊ reflectiōeꝫ. s. de halo ⁊ de yride.

Pro quo sciēduꝫ est primo ꝙ ꝑ radiū visualē intelligit̄ lumen multiplicatū ab aliquo lumīoso corꝑe ꝑ aliqꝺ mediū. Aduertendū ꝙ refractio ⁊ reflectio differūt adinuicē. Nam radius dicitur reflecti quando ab aliquo corꝑe opaco reuerberat̄ ⁊ resilit versus corpus luminosum a quo recessit. Sed qñ radi⁹ visualis vlteri⁹ ꝓcedit deuiādo tamen a primo processu accedendo scilꝫ ad perpendicularē vel recedēdo a perpēdiculari: tunc talis radius dicitur refrangi. ⁊ ita sicut postea dicet̄ halo appꝫet ꝑ refractionem. yris ꝑ reflectionē. Aristoteles tñ vtitur istis duobus nominibus indifferenter.

Sciendum est secūdo ꝙ qñ aliquis radius reflectitur oportet ꝙ semꝑ āgulus reflectiōis sit equalis angulo incidētie. Angulus aūt incidentie dicitur angul⁹ causatus ex linea ꝓcedēti ex corpore lumīoso et cadente suꝑ aliā lineā vel suꝑficiem existentem in corꝑe a quo potest fieri reflectio. Sꝫ angulus reflexus est angulus causatus ab eadem linea reflexa seu reuerberata a suꝑficie supra quaꝫ primo incidit versus corpus luminosum.

Sciēdū est tertio ꝙ cathecus ē radius visualis procedēs a corpore lumīoso vsꝙ̄ ad illū punctū in quo cōcurreret radius visualis reflexus cū eo si recte ꝓcederetur per suꝑficiem in qua reflectit̄. iō res visa per reflectionē apparet in cōcursu radiȷ visualis cū catheco. Et inde est ꝙ imago apparet intra speculū.

Sciendū est quarto ꝙ radius ꝑpendicularis nunꝙ̄ refrangit̄: sed totaliter transit per mediū: vel reflectitur versus corpus lumīosum. Et hui⁹ ratio est. q: nō ē maior ratio ꝙ frangeretur versus vnā partem ꝙ̄ versus aliā ex quo est rectus. ⁊ iō vel trāsit vlterius vel reflect̄ in seipm. Et ita radius ꝑpendicularis est fortissim⁹. Sꝫ radiȷ obliq̇ possunt refrangi. ⁊ ꝗ̄to sunt ꝓpinquiores ꝑpendiculari: tāto sunt fortiores. ⁊ ꝗ̄to pl⁹ recedūt a ꝑpēdiculari tāto sūt debiliores

Sciēdū est quinto ꝙ a quolibet pūcto corꝑis lumīosi in quolibet pūcto me
dij existentis infra sperā actiuitatꝭ corꝑis lu
minosi ꝓducit lumen ⁊ multiplicat ꝓut ha
betur in quarta propositiōe ꝑspectiue. q̄ꝺli
bet punctū lumīosi q̄ꝺlibet punctum medij
illuminat. Et si obijciat etiā q: tūc i quoli
bet puncto medij appareret infinitū lumē in
tensiue. q: in corpore luminoso sunt infinita
puncta a quoꝝ quolibꝫ multiplicatur lumē
in quolibet puncto medij. Rn̄detur ꝙ punctū
in ꝓposito accipit phisice: ⁊ nō mathemati
ce. Punctus aūt phisicus nō est indiuisibil.
nec sūt infinita pūcta i aliquo corꝑe phisico.

Sciēdum est sexto ꝙ om̄e corp⁹ politū ⁊ tersum natū est reflectere lumen. ⁊
inde est ꝙ in corporib⁹ lucidis politis ⁊ ter
sis apparēt imagines vt facies hoīs appa
ret in aqua ⁊ etiā in speculo. Inde narrat
phs de quodā habēte debiles oculos adeo
ꝙ faciē suā videbat in aere. iō ꝙ etiā in aere
reflectunt radij visuales. sed nō percipiunt
a nobis. q: aer non terminat visum nisi i ma
gna distantia a qua non possumus videre
imagines reflexue.

Sciendū est vltimo ꝙ claritas vel obscuritas in speculo facit ad hoc ꝙ res
videat clarior vel minus clara. Res em̄ vi
sa in pulcriori ⁊ clariori speculo apparet pul
crior ⁊ clarior. Et si speculū sit parue q̄ntita
tis aliq̄n ꝓpter paruitatē nō rep̄ntat figurā
rei: sed solum colorē. Nam in speculo req̄rit
determinata q̄ntitas ad hoc ꝙ representet fi
gurā rei vise. ⁊ ideo sicut dicet postea colo
res yridis apparēt per refractionē factā a ꝑ
uis guttulis aque tenentib⁹ locū paruoꝝ
speculoꝝ nō sufficiētib⁹ rep̄ntare figurā cor
poris luminosi. ꝫ solū colorē. Istis notatꝭ sit

Conclusio prima. Radi⁹ visualis obliquus in occursu medij densioris fran
git a ꝑpendiculari. Probat. q: cū difficilius
sit lumē multiplicari ꝑ mediū densi⁹ q̄ ꝑ me
diū rarū. seq̄tur ꝙ radius obliqu⁹ in occur
su medij densioris tēdit a ꝑpendiculari se for
tificādo vt possit penetrare corp⁹ mediū dēsi⁹.

Conclusio secūda. Radi⁹ visualis reflexus in occursu medij rarioris refrāgit
a ꝑpēdiculari. Sꝫ q: luminis est diffundere
se in q̄ntū pōt. iō q̄n occurrit medio subtilio
ri ꝑ amplius ⁊ ꝑfecti⁹ se diffundit q̄ medio
densiori. Et ex hoc pōt reddi causa quare de
nari⁹ posit⁹ in fūdo peluis plene aq̄ appꝫ q̄
tn̄ nō appereret si nō esset aq̄. visu existente in
eq̄li distantia. q: radij visuales denarij exi
stentis in fundo peluis plene aq̄ possūt mul
tiplicari ꝑ aquā. ſꝫ cū occurrūt medio rario
ri frangūtur a ꝑpēdiculari. ⁊ sic apparet de
nari⁹ in concursu radij visualis cū catheco.
⁊ apparet maior q̄ sit ⁊ i alio loco. Et eadē
de causa bacul⁹ hn̄s medietatē in aq̄ ⁊ me
dietatem extra appꝫ fract⁹. Nā illa ꝑs q̄ ē
in aq̄ videt per radios fractos a ꝑpendicu
lari. iō appꝫ alibi ⁊ maior q̄ sit.

Conclusio tertia. Null⁹ radius visualis refrangit in medio vniformi. Patꝫ
de illo qui videbat faciē suā in aere. Patet
etiā q: vt d̾ i. 2. de aīa ꝙ sil̾e ē de sono echo
⁊ de luie. q: sꝑ fit reflectio soni in medio sic
⁊ luīatio. sed nō ē nobis manifesta nisi sit ab
aliq̄ corꝑe ꝓhibēte vlteriorē ꝓcessum lumis:
vel soni. Pꝫ etiā q: lumē debili⁹ ē in magna
distantia a corꝑe luīoso q̄ prope. Vn̄ in sui
multiplicatiōe cōtinue debilitatur. q: conti
nue magis distat a suo fonte. mō q̄nto aliq̄s
est magis cōiūctum suo fonti: tanto ē forti⁹
Et ita apparet qualiter nō fiūt eq̄les reflecti
ones in quolibet puncto medij. sed fiūt ma
iores ⁊ minores ſm distantiā maiorē vel mi
norem a corꝑe luminoso.

Conclusio quarta. Radi⁹ ꝑpendicularis nūq̄ refrangit: ꝫ bn̄ reflectit. Pꝫ
satis ꝑ ea q̄ dicta sūt. determiare aūt in ꝑti
culari de radijs visualibus ꝑtinet ad ꝑspec
tiuā. ſꝫ ista gn̄alit̾ dicta sūt. q: in isto libro de
termiat de impꝛssiōib⁹ apparētib⁹ ꝑ reflectio
nem aut refractionē radioꝝ visualiū. ⁊ ꝑ hoc
patet responsio ad quesitum.

Ad ratiōes ante oppositum.

Ad primā d̾: ꝙ radi⁹ ꝑpendicularis eq̄li
ter respicit suꝑficiē sup̄ quā cadit. iō nō pōt
frangi magis ab vna ꝑte q̄ ab alia. ꝫ bn̄ po
test prohiberi ne procedat vlterius. iō d̾ re
flecti. Ad secūdā pꝫ solutio ex dictis. quia
res q̄ vident ꝑ mediū difforme difformi⁹ ap
parēt q̄ q̄ videntur ꝑ mediū vniforme. quia
res visa ꝑ mediū vniforme appꝫ sub v̾a q̄n
titate ⁊ in loco in q̄ est. Ad tertiā silr̾ pꝫ so
lutio ex dictis. q: visio fit ſm lineā ꝑpēdicu
larē ⁊ oculus nō est mediū. ꝫ organū. ⁊c.

halo

Sequit̃ in textu. De halo aūt ⁊ yride q̄d ⁊c̄.

Queritur secūdo vtrum Halo debeat apꝑere circularis figure. Arguit̃ ꝙ nō. q: yris nō apparet circularis figure. ergo nec halo. tenet ꝯña. q: vt hꝫ phūs cau-sa eoꝝ est eadē. oīa em̄ fiūt sicut apparet ꝑ refractionē. ⁊ loq̄tur phūs de halo ⁊ yride: parelijs ⁊ virgis. Secundo sic. circulus est figura plana vnica suꝑficie cōtenta nō habens profunditatē. sed halo hꝫ profunditatē. ergo ⁊c̄. Tertio sic. q: si sic: vel haberet ab astris vel a nubib⁹ a q̄bus fit halo. ſ nubes nullā figurā sibi determinant. Ad oppositū est phūs in textu dicēs: primo aūt de figura halo dicam⁹: q: est circulus.

Pro rn̄sione sciendū est primo ꝙ halo grece idē est ꝙ corona latine. vnde halo nihil aliud est ꝙ circulus apparēs circa lunā aut solē: vel q̄dcūq̄ aliud astrū.

Sciendū est secūdo ꝙ ipsi⁹ halo materia est vapor modicū inspissatus i q̄ refrangūtur radij astri luminosi vel alicuius corporis resplendētis. ⁊ hoc patꝫ per signū ꝙ materia ipsius halo est materia pluuie. q: quando halo ingrossat̃ tunc seq̄tur pluuia. ⁊ qñ in se marcessit halo: tunc est signū siccitatis. q: tunc calidū obtinet ⁊ cōsumit hūidū vaporis. ſ qñ halo in vna parte distrahitur: tūc vt in pluribus sunt venti. q: tūc vēti diuidūt cōsistentiā vaporis ex q̄ fit halo.

Sciēdū est tertio ꝙ halo sūt duplicia accidētia. Primū accidēs est q: videtur habere colorē albū circa quē apparet nigrū. Cuius ratio est. q: halo appꝫet ꝑpter lumen incidens in materiā vaporis. iō illa ꝑs vaporis in q̄ incidit multū lumen quod scilꝫ est inter visum nr̄m ⁊ corpus luminosuꝫ apparet alba. ⁊ ꝑs cōstans q̄ modicū luminis cōtinet appꝫet nigra. Aliud accidēs est. ꝙ halo magis appꝫet in pricipio autūpni ⁊ circa eq̄noctiū autūpnale q̄ in estate vl' in hyeme. nō in estate. q: halo req̄rit vaporē n̄ multū inspissatū. iō req̄rit frigus: ⁊ etiā calorē tēperatū. Aliud est accidēs ꝙ halo non apparet flante vento. q: vent⁹ disportaret caliginē vel vaporē a loco in quo debet apparere halo. nec ꝑmitteret talem materiā q̄escere. Aliud accidēs est ꝙ halo min⁹ appꝫet de nocte q̄ de die, ⁊ in meridie q̄ sero, nō em̄ apparet in meridie ꝑpter nimiū calorem disgregantē materiā eius. ⁊ q̄uis fiat pluries de nocte: non est tamē a nobis manifestū. q: nō obseruamus tp̄a nocturna sicut diurna. Vñ sepe fit halo sub luna vel sub alijs astris de nocte: q̄uis non appꝫeat nobis.

Sciendū est quarto ꝙ halo sic gñat̃. nā qñ vapor humidus vniformis dispositionis in raritate ⁊ dēsitate ingrossat̃ in media regione aeris sub aliq̄ astro lumioso q: radius perpendicularis est fortissimus ⁊ dissipat mediū vaporis ⁊ facit ip̄m fluere circulariter ⁊ orbiculariter versus partes extremales. ⁊ ita radij refranguntur ad perpēdicularē. ⁊ hui⁹ exemplū posset dari si lapis ꝑpendiculariter cadat suꝑ aquā fiūt inundationes circulares q̄ q̄to distantiores sunt a puncto in quo lapis cecidit: tanto sunt maiores. Silr̄ materia illa que est inter aspectū nostrū ⁊ astrū luminosuꝫ appꝫet nobis ꝙ sit clara ⁊ nō alie ꝑtes q̄ sunt ad lat⁹. ⁊ videtur nobis ꝙ illa materia que est inter aspectum nostrū ⁊ astrū fluat ad ꝑtes extremales.

Quibus notatis sit cōclusio rn̄siua ad q. Halo dꝫ apꝑere circularis figure. Probatur rōne mathematica, ꝓ qua supponunt̃ tres ꝓpositiōes geometrie. due de primo libro. ⁊ tertia de secūdo. Prima ꝓpositio est hec suppositio. s. ꝙ oīm trianguloꝝ duorum quoꝝ duo latera vni⁹ sunt eq̄lia duobus lateribus alteri⁹. duoq̄ anguli eq̄les illis lateribus cōtenti fuerint basis vni⁹ erit equalis basi alterius reliquis angulis. ⁊ sic tot⁹ triangulus toti triangulo. Secūda suppositio ꝙ oīm duoꝝ trianguloꝝ quoꝝ duo lat̄a vni⁹ duobus laterib⁹ alteri⁹ eq̄lia fuerint basisq̄ vni⁹ basi alterius necesse est āgulos illis equilateribus cōtentos eq̄les esse. Tertia ꝓpositio. Si plures linee recte q̄ due a diuersis pūctis ꝓueniētes eq̄les in idē punctū ceciderint: tale punctū est centrū circuli ⁊ linea tangens extremitates illaꝝ lineaꝝ ē circularis. Supponit̃ vlteri⁹ ꝙ caligo siue vapor qui ē int̃ corp⁹ luminosuꝫ ⁊ visum nr̄m sit vniformis dēsitat̃ ⁊ raritatis. Quib⁹ suppositis arguit̃ sic. Sit sol. b. ⁊ visus. a. ⁊ ꝓtrahat̃ linea ꝑpēdicularis. a. b. ꝑ mediū caliginis q̄d est. e. ⁊ signētur tria pūcta in nube eq̄ distātia ab ip̄o. e. q̄ sint. d. ʒ. g. a q̄bus frāgātur radij luminosi ipi⁹ solis ad lineā ꝑpēdi-

cularē. ⁊ ꝯcurrāt in pũcto.a.tunc intelligun tur tres trianguli magni.s.b.g.a.⁊.b.d..a.⁊ b.z.a.qui ꝑtrahant̃ esse eq̃les ꝑ primā pro positõez.nā linea.a.b.g.ad.t.⁊ ad.d.sũt eq̃ les.Et silr̃ linea.b.g.⁊.b.d.⁊.b.z.sũt eq̃les.⁊ basis.b.a.b.cõis ē trib⁹ angul'.⁊ ita illi tres anguli magni sic se habēt ꝙ duo latera vni⁹ sunt eq̃lia duobus lateribus alterius. ⁊ ba sis vni⁹ basi alteri⁹. ergo per propositionez secundā necesse est angulos his laterib⁹ cõ tentos esse eq̃les. ⁊ quēlibet triangulũ eē equalem cuilibet triangulo. Ducātur ergo tres linee perpendiculares ab illis trib⁹ pũ ctis in nube signatis supra lineā.a.b. ad pũ ctum.c.q̄ linee sint.d.e.g.e.z.e.tunc cõstituā tur tres parui trianguli.s.⁊.g. d.a.d.e. et.a. z.e.⁊ istoꝝ triũ trianguloꝝ duo latera vnius scꝫ.g.⁊.e.a.trianguli.g.a.e.equalia sũt duo bus lateribus vtriusq3 alioꝝ trianguloꝝ.s. a laterib⁹.a.d.et.a.e.trianguli.d.a.e. ⁊ late ribus.a.e.⁊.a.e.triāguli.z.a.e.⁊ anguli illis lateribus cõtenti sunt equales.ergo per pri mā suppositionē bases istoꝝ trium triangu loꝝ erunt equales bases.⁊ ita iste tres bases scꝫ.a.e.⁊.e.z.e.d.erunt equales. Sꝫ iste tres linee ducuntur recte ex diuersis partib⁹ i idē punctũ.⁊ sunt plures ꝙ̃ due. ergo tale pun ctũ est centrũ circuli. ⁊ linea tangens extre mitates distantes illaꝝ lineaꝝ erit circulari per tertiā ꝑpositiõem.ḡ halo apparet circu laris figure:quod fuit probandũ.

Ad rationes ante oppositũ.

Ad primā dicitur ꝙ nõ est sĩle de halo ⁊ yride.q2 halo apparet ꝑ refractionē: vt di ctum est.sed yris apparet ꝑ reflectionem. vt postea dicetur. Ad secundā d: ꝙ ibi circu lus pro re circulari alias orbiculari accipit̃.

Ad tertiā dicendũ est ꝙ talis figura cau sat̃ ex refractione radioꝝ corpoꝝ luminosoꝝ facta in caligine nubis ad ꝑpendicularē.q̄ quidē caligo est vniformis dispositõnis in suis partib⁹ in raritate ⁊ densitate. ⁊ ita il la figura dependet a duobus.s.a corpore lu minoso:⁊ a nube. Seq̃tur in textu. yris. aũt qđ quidem est refractio.

Queritur tertio vtrũ colores ap parētes in yride sint veri colores.

Argui tur ꝙ sic. Color est propriũ obiectũ visus. ⁊ sensus nõ decipitur in iudicādo colores yri dis esse veros colores.ergo. Secundo ar guitur.ad verum colorem sufficiũt duo p̃n cipia. vnũ formale quod est lumen. ⁊ aliud materiale quod est perspicuum.sed hec duo principia inueniuntur in his coloribus. er go sunt veri colores. Ad oppositũ argui tur.q2 color verus est qualitas secunda cau sata per actionē qualitatum primaꝝ ꝰm de bitam proportionem. sed hoc nõ inuenitur in coloribus yridis. q2 solum apparent ibi colores per reflectionē radiorum a nube so li opposita.ergo non sunt veri colores. Item verus color vidētibus ip̃m apparet in eodem loco. sed eadem yris non apparet oĩ bus hominibus.ergo colores ibi existentes solum sunt apparentes.

Sciēdũ est primo ꝙ postq̃ phs

ostendit de halo quid est: quomodo causat̃ ⁊ cuius figure sit. Consequenter querit q̇d est yris.quomodo causatur. quot sunt colo res eius.⁊ qualiter causantur ⁊ ordinantur adinuicem.cuius figure sit yris. ⁊ que sint eius accidentia.

Sciendũ est secũdo ꝙ radius

visualis natus est refrāgi ⁊ reflecti:⁊ ab ae re ⁊ ab aqua. Q2 ab aere patet.quia vt ha bet philosophus antiphon semper videbat auerse in aere imaginem suam:qđ ei contin gebat propter visus debilitatē. Similit̃ eti am quando aer non est purus:dum scꝫ flant venti humidi sicut sunt Euri ingrossantes aerem fit refractio radioꝝ visualium de lon ge.nam aspicientes ad naues de longe iudi cant quandoq3 malos esse fractos:⁊ hoc ē propter refractionē factā in aere. sol etiā vi detur maior in ortu ⁊ occasu ꝙ̃ in meridie. qđ ꝯtingit propter vapores eleuatos i aere disgregātes radios visuales.⁊ ꝑpter eandē cām littera visa ꝑ vitrũ appet grossior ꝑpt̃ refractionē radioꝝ visualiu. ꝙ ab aqua fiat refractio ⁊ reflectio.pꝫ.q2 aq̄ est spissior aere pꝫ etiā ad sensuꝫ.q̇a videmus imagines in aqua vt in speculo.

Sciendũ est tertio ꝙ lucidũ siue

fulgidũ visum ꝑ nigrũ appparet rubeum.si cut pꝫ de sole in ortu ⁊ occasu: ⁊ de carboni bus ardentibus ⁊ de fumo ligni viridis.Et causa hui⁹ est.q2 rubedo est color medius in ter albũ ⁊ nigrũ.ideo qñ species albi ⁊ nigri ꝑ idē mediũ veniũt ad visum visus iudicat de colore medio per equidistantiam.

Ex p̄cedentib⁹ pȝ q̄ a nube rorida oppo sita soli pōt fieri refractio radioꝝ ꝓcedētiū a sole: pn̄t apparere diuersi colores. ⁊ isti co- lores apparentes in illa reflectiōe sunt colo res yridis. Ex quo pȝ quō yrides differt ab halo. nam halo apparet ꝑ refractiōeȝ ra dioꝝ alicui⁹ astri in nube existente inter nos ⁊ ip̄m astrū et vincit lumē astri ip̄am caligi nē nubis in halo: ſ yris apparet in nube op posita soli per refractiōeȝ radioꝝ solis vsqȝ ad visum nostrū mediū inter solē et nubem et q: lumē solis in nube nō vincit nec pene trat nubē in qua apparet yris ꝓpter ei⁹ in- spissionem. iō yris apparet ꝑ reflectōnē. ha lo vō ꝑ refractionē. Ex quo pȝ q̄ colores yris causāt ex varia reflectiōe radiorū sola- riū a nube densa et soli opposita. nā lumen solis supplet vicē albi. et nubes ipsa spissa supplet vicē nigri. iō sicut ex diuersa mixtio ne causaꝝ coloꝝ extremoꝝ causant diuersi medij colores: ita ex ꝑmixtione luminis ⁊ nu bis ſm varias reflectiōes apparent diuersi colores yridis: ita q̄ vbi magis supabūdat lumē appet color magis accedēs ad albedīeȝ q̄ d: puniceus. ſ vbi magis abūdat nigre- do nobis appet color debilior et magis acce dēs ad nigredinē q̄ est alurgus. ſ vbi lumē medio mō se hȝ ad nigredinē nubis appa- ret color q̄ minus accedit ad nigredinem q̄ alurgus. et min⁹ accedit ad albedinē q̄ pu- niceus q̄ dicitur viridis. Vn̄ causa diuer sitatis coloris in yride pōt accipi ex vltima ꝓpositiōe ꝑspectiue. vbi d: diuersitatē colo ris yris tam ex nubis: q̄ luminis variatiōe ꝓuenire. nam scd̄ȝ qd̄ quidā luminis ⁊ opa ci nubis roride mouentis visum nostrū ſm talem vel talē ꝓportionē fiunt diuerse ap- parentie colorū in yride. et simile apparet ī reflectione luminis candele a vitro pleno aq̄ habēte colorē vniformeȝ ex ꝑte sui. vbi tn̄ in diuersis ꝑtib⁹ apparēt diuersi colores fantastice. hoc etiā apparet in aqua eleua- ta sursum a remo nauis in q̄ aqua apparēt diuerse fantastice colores ex reflectōe radio rū solis. Ex p̄cedētib⁹ pȝ quō causāt yris nā qn̄ aliqua nubes aquosa et rorida oppo nitur soli vł lune ad quā pertingūt radij so lis vł lune q̄ nō possunt ip̄am nubē vincere et penetrare: tūc ab ip̄a nube reflectūtur pe riferie nubis ad oculos nostros medios in ter nubē et solē vł lunā: ita q̄ impossibile ē aliquē simul videre solē et yridē. Ex q̄ pȝ q̄d est yris. yris em̄ est apparitio triū colorū in nube rorida opposita soli aut alteri alio astro ſm ordinē se habentiū: ⁊ scd̄m figurā semicirculi aut ꝓportiones minores semicir culo. Patȝ ergo q̄d sit yris ⁊ quō causāt. et quot sunt colores eius. Posterius auteȝ videbitur qualiter ordinantur et qualit̄ di stinguūtur colores ⁊ de figura eius.

Sciēdū est vltimo pro respon

sione ad quesitū: q̄ color hȝ duplex esse. scȝ materiale ⁊ formale. Esse materiale coloris dependet ex qualitatib⁹ p̄mis: ita q̄ ꝯsistit in debita ꝓportōe q̄ttuor q̄litatū primaruȝ ⁊ tale esse nō hn̄t colores yridis sicut bn̄ ꝓ- bant ratōes facte ante oppositū: sed eē for- male coloris est lumen receptū in perspicuo et scd̄m tale esse colores yridis sunt veri co lores. q: in yride est lumen receptum in nu- be rorida reflexum in diuersis partib⁹ nu- bis. ideo apparent diuersi colores.

Ex quo pȝ cōclusio r̄nsiua ad

q̄situ. scilicet q̄ colores apparētes in yride sunt veri colores q̄tum ad esse formale: sed non q̄tum ad esse materiale. Primam par- tem satis probant rationes ante oppositū facte. et secundam post oppositum ⁊c̄.

Sequitur in textu. Quia autem color tabuis ⁊c̄. Iris

Queritur quarto vtrum yris

debeat tricolor appere id est hn̄s tres colo- res. Arguit̄ q̄ nō: q: inter coloreȝ viridē et puniceū mediat color. qui dicit̄ croceus ergo in yride sunt quattuor colores. Se- cūdo sic. qua rōne ponit̄ color inter punice um et viridē eadē rōne debet poni inter vi ridem et alurgū. igit̄ in yride erunt quinqȝ colores. Ad oppositū est phūs.

Pro responsione sciendum est

primo q̄ ad apparitionē puniceī coloris in nube requiritur maior reflectio luminis q̄ ad apparitionē alurgi. q: q̄to est maior re flectio radioꝝ lumiosoꝝ a nube tāto maior apparet albedo in nube. et vbi apparet co- lor puniceus in nube: maior ē reflectio ī nu- be q̄ vbi appet color viridis vł alurgus. nā color puniceus est color medius inter albū et rubeū tēdēs ad albedinē. Sȝ color alur gus magis accedit ad nigredineȝ q̄ colo

viridis. nã colo: viridis est mediũ int̃ puniceũ ⁊ alurgũ. nã min⁹ accedit ad nigredinẽ q̃ alurgus. ⁊ min⁹ ad albedinẽ q̃ puniceus

Sciendũ est secũdo q̄ quando apparent due yrides vna supio: ⁊ alia iferio: rõnabile est colorẽ alurgũ apꝑere in yride iferio:i periferia ⁊ viridẽ in media ꝑte. q̄ sic. pȝ. q: colores virides apparẽt ex reflectione radio:ꝝ luĩoso:ꝝ: cũ igit̃ radi⁹ perpẽdicularis sit fo:tissim⁹ seq̃tur q̄ ipe incidẽs circa centrũ yridis penetrat nubẽ: ⁊ ita facit colorẽm alurgũ. ꝟ in superio:i parte nubis ĩ qua apparet yris inferio: radij deficiũt a perpẽdiculari. ⁊ ita nõ causant ibi magnũ lumen. ⁊ apparet ibi. colo: puniceus. ⁊ in media ꝑte nubis medio mõ se habẽt radij. ⁊ iõ faciunt ibi apparentiã colo:is viridis. ꝟ ĩ yride superio:i colores opposito mõ situãt̃: ita q̄ ĩ inferio:i parte yridis supio:is apparet colo: punice⁹. in media viridis. ⁊ in supma alurgus. q: ad apparitionẽ coloris punicei req̃rit̃ mai⁹ lumen q̃ ad apparitionẽ alurgi cũ igitur p:io: periferia yridis inferio:is sit ꝓpinq̃o: centro. radij luĩosi incidũt supiorẽ partem min⁹ oblique q̃ in parte supio:i. iõ faciũt ibi apparentiã punicei colo:is. sed in supio:i parte eiusdẽ yridis taliter oblique incidũt radij luĩosi adeo q̄ minime possunt reflecti. iõ faciũt ibi apparentiã alurgi colo:is. ⁊ in media parte medio mõ se hñt ⁊ faciũt apparentiã viridis colo:is. Sic igitur patet q̄ in inferio:i yride apparet alurgus colo: ꝓpe centrũ p:opter fo:titudinem radio:ꝝ incidentiũ ad perpẽdicularẽ. iõ penetrat nubẽ ⁊ nõ faciliter siue nõ multũ reflectunt̃. sed in supio:i yride apparet alurgus colo: ĩ supio:i periferia p:opter distantiã radio:uȝ luminoso:ꝝ oblique incidentiũ in illã parteȝ adeo q̄ nõ multũ reflectũtur. ideo non causant ibi apparentiã colo:is alurgi. Et sic pȝ q̄ colo: supio:is yridis ⁊ inferio:is ex opposito se habent.

Quibus notatis sit cõclusio rñsiua ad quesitũ. Tñ sunt tres colores in yride causati ꝑ reflectionẽ: ita q̄ in ipis semper apparet tricolo:. ꝓbat̃. q: yris causat̃ ex reflectione radio:ꝝ luĩoso:ꝝ a nube opposita aut ergo radi⁹ luminosus dñat̃ sup̃ nigrum nubis. aut nigrũ nubis dñatur sup̃ radiũ luminosum vel medio mõ se habet. si p:imuȝ: sic causat̃ colo: punice⁹. si secundũ: sic alurgus. si tertiũ viridis. Et notãter dicebat̃ in cõclusione causati ꝑ reflectionẽ. q: inter puniceũ ⁊ viridẽ apparet q̃dam colo: vocat⁹ a pħo chãcos: q̃ nõ apparet per reflectionẽ: ꝟ ꝑ iuxtapositionẽ punicei ⁊ alurgi. ⁊ qñq̃ remittit̃ colo: puniceus ⁊ mutat̃ in illũ colorem. ⁊ ita colores yridũ variant̃ ſm q̄ intenditur lumen ⁊ remittit̃ nigrũ nubis: aut ecõtra. Unde ſm diuersaȝ incidentiã radio:ũ intendunt̃ colores ⁊ remittunt̃ in yride: sicut etiã colligentes flo:es cũ lãterna deficiunt sepe q: lumẽ lãterne causat diuersuȝ colo:ẽ ſm incidentiã lumis. Sed q̃reret aliquis quare per iuxtapositionẽ viridis cum alurgo non apparet medi⁹ colo: sicut ꝑ iuxtapositionẽ viridis ⁊ punicei: chancos. Rñdetur q̄ hoc est. q: viridis ⁊ alurgus magis cõueniũt q̃ puniceus ⁊ viridis. iõ p:opt̃ cõuenientiã nõ apparet medius colo: sicut inter alios colores.

Ad rationes ante oppositũ.

Ad p:imã dicit̃ q̄ ipa arguit de colore a perpendicularitate ꝑ iuxtapositiõem. Et secũda soluit̃ ex immediate dictis. Sequit̃ in textu. O: aũt neq̃ circulariter.

Queritur quĩto vtruȝ qñ apparẽt due yrides supio: sit debilio: in colo:ib⁹ q̃ inferio:. Et arguit̃ q̄ nõ. q: sol o:biculariter diffundit lumẽ. ergo in omĩ parte nubis equaliter diffundit lumen. ⁊ ꝑ ꝯñs colores yridũ debent apparere eque intensi in q̃liber parte nubis. Secundo sic. yris superio: magis accedit ad soleȝ q̃ inferio:. ergo recipit mai⁹ lumen q̃ inferio:. ⁊ per cõseq̃ns colores superio:is yridis sunt intẽsio:es colo:ibus inferio:is yridis. Tertio sic. superio: yris magis distat a centro q̃ inferio:. ergo radij solis minus possunt penetrare nubem. ⁊ ꝑ ꝯñs magis reflecti in yride supio:i q̃ inferio:i. Ad oppositũ est pħs.

Pro rñsione scienduȝ est p:imo q̄ nunq̃ apparet yris nisi centrũ solis: centrũ yridis: ⁊ centrũ oculi sint in eadẽ linea recta. Nã qñ apparet yris semper vmb:a causata ab hoĩe vidẽte yridẽ ꝓducit̃ recte versus centrũ yridis. Ex quo pȝ q̄ radi⁹ rect⁹ ꝓcedẽs a sole vel ab aliquo alio co:pe luminoso semꝑ cadit sup̃ centrũ yridis.

Conclusio responsiua. Superior yris semꝑ est minor in coloribus ꝙ inferior. Patet. q2 in yride supiori lumē magis ꝑtenditur ⁊ recedit min⁹ a ꝑpēdiculari adeo ꝙ nō pōt esse minus magna reflectio. in yride aūt inferiori est maior reflectio ⁊ sunt radij luminosi fortiores. iō apparet mai⁹ lumē

Dubitatur primo vtrum yris possit causari a luna sicut a sole. Rñdetur breuiter ꝙ sic. ⁊ hoc est qñ luna ē semiplena: nō autē in cōiūctione.

Dubitatur secūdo vtrū duo homines in eadē pte yridē videre possint. Rñdetur ꝙ nō. q2 radi⁹ reflexus semper est eq̄lis radio incidente. ⁊ anguli causati ab vtroq3 sunt eq̄les. ⁊ q2 ad aliū ⁊ aliū oculū reflectit̃ alius ⁊ ali⁹ radi⁹. ⁊ yris apparet per reflectionē. oportet ꝙ aliā ⁊ aliā yridē videant duo homines.

Dubitat̃ tertio quare est ꝙ videmus quādoq3 yridē inter nos et arbores vel mōtes. Rñdet̃ ꝙ yris qñq3 apparet i aere rorido a quo fit reflectio. ideo apparet ꝑpe nos in aere.

Dubitat̃ quarto vtrū yris semper appareat ꝑ modū semicirculi: vl' portionis maioris semicirculi. Rñdet̃ ꝙ sic. ⁊ nunq̄ apparet per modū circuli integri. pz prio ratōe naturali. q2 centrū yris est punct⁹ quē tangit linea procedens a cētro solis directe ꝑ oculū videtis per yridē. iō sole existente in oriente apparebit maxima yris in nube disposita in occidente. vel ecōtra. sed tūc punctus quē tangit linea predicta est extremitas in orizonte. ergo supra terrā nō relinq̇tur nisi semicircul⁹ q̇ est figura yridis. Ex quo seq̇tur ꝙ quādo sol magis eleuatur sup̄ orizontem tanto minor apparebit yris. vt visuz ē ad sensum. Deinde arguit̃ ratōe mathematica. ꝑ qua supponit̃ ꝙ oculus semꝑ ē inter centrū solis ⁊ yridis. supponūtur etiam que supponebātur in figura Halo. ⁊ cū ipis supponitur. 13. Propositio primi Euclidis: in qua dicitur. Si linea recta supra lineā rectā ceciderit ambo āguli erūt recti vel eq̄les duobus rectis. Fiat igitur figura ⁊ sit cētrū solis. a. ⁊ centrū oculi. b. ⁊ centrū nubis in q̄ apparet yris. d. ⁊ ꝑ ista tria puncta ꝑtrahat linea. a. b. d. Deinde designentur in nube tria puncta eq̄liter distantia ab oculo ⁊ sole que sint. e. f. g. a quibus protrahant̃ tres linee ad centrū oculi. ⁊ etiā ab ipis ꝑtrahant̃ alie tres linee ad centrū solis a. ⁊ etiā in ista figura intelligant̃ tres magni triāguli: quorū vnus est. a. b. g. alius. a. f. g. ⁊ terti⁹ est. a. e. b. qui trianguli sunt equales. q2 latera sūt eq̄lia. ⁊ bases sunt eq̄les. ergo āguli sunt eq̄les per secundā suppositōnē. Q2 aūt latera sint eq̄lia pz ꝑ primā suppōem. q2 tria puncta in nube signata. s. g. f. e. equalit̃ distant a sole ⁊ ab oculo. silr̃ bases sūt eq̄les. q2 eadē ē basis eoꝝ. s. linea. b. a. ⁊ ita illi tres magni trianguli. s. b. c. d. ⁊. b. f. d. ⁊. b. g. d. quorum duo latera vnius sūt eq̄lia duobus laterib⁹ alteri⁹. ⁊ anguli illis equilateribus ꝯtēti sūt eq̄les. ergo per primā suppōem primi Euclidis bases sunt eq̄les. Assumptū pz. q2 latus b. d. est cōe. Alia vero tria lata sunt eq̄lia. q2 puncta in nube eq̄liter distant ab oculo. Sz ꝙ anguli illi eq̄laterib⁹ ꝯtenti sunt eq̄les. pz q2 ibi ꝯsiderant̃ sex anguli quoꝝ q̇libet duo faciunt duos āgulos rectos: aut eq̄les duobus rectis ꝑ decimāseptimā propositiōez euclidis. Sic ergo tres bases. s. d. g. ⁊. d. f. ⁊. d. e. sunt eq̄les ⁊ tangūt centrū nubis. ergo linea tangēs extremitates illaꝝ ē circularis figure. Sz nō pōt apparere ꝑ modū circularis integri. ⁊ ita apparet ꝑ modū semicirculi vl' portiōis minoris semicirculo. Et ꝑ hoc patz rñsio ad. q. Ratiōes ante oppositū soluūtur ex dictis. Seq̄tur in textu. Easdē autē dictas causas existimandum. ⁊c̃.

Querit̃ sexto vtrum parelie et virge debeant apparere ꝑ reflectionē aut refractionē. Arguit̃ ꝙ neutro mō debeant apparere. q2 si sic: seq̄retur ꝙ non deberent apparere vnius coloris: sed pluriū coloruz sicut yris. cōsequens est falsū. q2 parelie apparent albi coloris: ⁊ etiā virge. ergo ⁊c̃.

Ad oppositū est. p. in vltimo capitulo vltimi tractatus.

Sciēdū ē primo ꝙ parelie ⁊ virge causant̃ ꝑ reflectionē aut refractionē radiorū solis sicut yris ⁊ halo. Et est differentia inter parelias ⁊ virgas. Virge eñ sūt q̄dam radij quasi linee procedentes a sole ꝑ nubē perforatā: quas vulgares vocant funes textoris solis. Et causant̃ differēter virge. Vno mō qñ nubes nō ē vndiq3 cōtinua

⁊ tunc radius solis penetrās nubē transit ꝑ foramina nubis. ⁊ si sint parua apparent linee albe. Alio modo causant̄ qn̄ nubes est cōtinua. sed tū est grossior in vna parte q̄ i alia. ⁊ tunc radij solis transeūtes partē sub tiliorē apparent per modū lineaꝝ. Et quando nubes est grossa apparent virides. quādo vero est subtilis apparēt albi totaliter.

Sciendū est secundo q̄ parelius dicitur imago solis. Et dicit̄ a para qd̄ ē iuxta: ⁊ elios qd̄ est sol. quasi imago solis apparens iuxta solem. apparet em̄ ad latus solis. Et sic causat̄ parelius. naꝫ aliqn̄ humidū subtile inter visum nostrū ⁊ solē cōcurrit in vnum rotundū corpus. ⁊ tunc in illo corpe refrāgūtur radij solis ad oculū quasi a speculo. ⁊ faciunt in tali corpe splendorē quem vix visu intueri possumus. Ex quo patet q̄ parelius est nubes rorida ⁊ splendida effigiē solis exprimēs siue gerēs. ⁊ seq̄ns solē.

His premissis sit cōclusio respōsiua. Parelie ⁊ virge apparēt ꝑ refractiōeꝫ radioꝝ solis vel alterius corporis luminosi ad visum nostrū. Patet. q: ad hoc q̄ appareant parelie ⁊ virge oportet lumē incorporari nubi. q̄ cū sit densior radij refrāgunt̄ ad ꝑpendicularē vt possint penetrare nubē ergo. ⁊c.

q̄ gn̄anť per putrefactiōem sint eiusdem spēi cū illis aialib⁹ q̄ generanť ꝑ ꝓpagatōez. Ad dubiū rn̄deť ꝙ sic. ꝛ rō est. qꝛ mus q̄ generatur ꝑ putrefactōez pōt gn̄are aliū murē ergo sūt eiusdē spēi. tꝫ. ꝯn̄a. qꝛ generās ꝛ genitū sunt eiusdē speciei specialissime. Ex q̄ sequitur coꝛrelarie ꝙ nō est incōueniēs a diuersis agentibus eundē effectū in spē ꝓduci pꝫ. qꝛ mus q̄ ꝓduciť ꝑ putrefactiōez. ꝛ mus q̄ ꝓducitur ꝑ ꝓpagationē ꝓducūtur a diuersis agentibus. Et confirmat illud idē dominus Albertus. nam dicit ꝙ ille ignis q̄ ꝓducitur a radijs solaribus i stuppa iuxta speculū ardēs posita est eiusdez spēi specialissime cū alio igne q̄ ꝓducitur ab alio igne. ꝛ tn̄ ꝓducūtur a diuersis agentib⁹ in spē. Secūdū coꝛrelariū. Generatio muris ꝑ ꝓpagationē vocatur vniuoca. nā gn̄atio vniuoca est qn̄ aliq̄d generans ꝓducit sibi simile in specie. Tertiū coꝛrelariū. Gn̄atio muris per putrefactiōez est equoca. pꝫ. qꝛ nos vocam⁹ gn̄atiōez equocā qn̄ aliq̄d ꝓduciť a sibi dissiľi i spē. Quartū coꝛrelariū. Illa auctoꝛitas q̄ cōiter allegať videlꝫ ꝙ oīe qđ generatur gn̄ať a sibi siľi in spē: dꝫ intelligi de generatiōe vniuoca. Quintū coꝛrelariū. Licet in gn̄atione equoca genitū nō gn̄eť a sibi siľi in foꝛma. gn̄ať tn̄ a sibi siľi in ꝟtute.

Dubitatur quarto vtrū plante

possint gn̄ari ꝑ putrefactionē. Ad istud dubiū rn̄deť ꝙ sic. lꝫ nō reperiunť nisi duo q̄ hꝫ asserūt etiam vt est Albertus: ꝛ vnus alius. Vn̄ distinguit hic venerabiľ Albert⁹ đ mixto. ꝛ dicit ꝙ i mixto ē duplex hūidū. s. humidū valde subtile ex q̄ aialia gn̄anť. aliud est hūidū grossum. ꝛ illud adhuc ē duplex. qđdā est quodāmō magis tendēs ad terrestreitatē. aliud ē qđ mag̾ tēdit ad naturā aqueā Tūc dicit dn̄s Albertus ꝙ ex grosso hūoꝛe terreo gn̄anť plante et ex eodē nutriunť i terra. ꝛ ꝓbat sic. nā plante videnť eē minoꝛis ꝑ

fectiōis ipis aialib⁹: ⁊ tñ aialia aliq̄ p̄ putre
factionē gñari possunt. ergo ⁊ plante.

Ad rationes ante oppositū.

Ad primā negetur ꝯña. ⁊ dicitur vltra ꝙ
putrefactū nō est tm̄ corruptum q̄n in eo ad
huc sit forma substantialis: que corrūpit̄ in
generatione substantiali aialis generati per
putrefactionē. Ad secundā dicitur ꝙ om̄e
q̄d per se fit ab alio fit a sibi simili: aut scd̄m
formā: aut sm̄ virtutē. ⁊ ideo q̄n ex aiali pu
trefacto generatur aliud aial: genitū gñat̄
a sibi simili sm̄ virtutē. ⁊ hoc sufficit. Ad
tertiā negetur antecedēs. ⁊ dr̄ vltra sm̄ Al
bertum ⁊ sm̄ vnū aliū doctorē videlʒ ꝙ nō
est incōueniēs plantā gñari ex corporibus
putrefactis ⁊ hoc q̄n i illo corpe putrefacto
est humidū grossum tendens ad terrestreita
tem. Seq̄tur in textu. Digestio q̄dē igit̄ ē.

Queritur septio vtrū diffinitio

digestionis sit bene assignata. in qua dr̄ di
gestio est perfectio de naturali calido p̄prio
ex passiuis oppositis. Et arguit̄ ꝙ nō. q̄a
quedā sunt digestiones que nō fiunt ex pro
prio ⁊ naturali calido cum nō fiant a calido
intrinseco: sed extrinseco. ergo. ꝯña ⁊ añs pʒ
in elixatione ⁊ assatione q̄ sunt quedā dige
stiones. Secūdo sic. maturatio ē quedaʒ
digestio: ⁊ tñ nō fit a calido intrinseco ⁊ p
prio ⁊ naturali: sed magis extrinseco: g̃. ⁊c̃.
Maior supponit̄ nota. ⁊ minor p̄bat̄ q: ra
cemi: poma: ⁊ alij fructus maturant̄ p̄ calorē
solis supuenientē. igit̄. Tertio sic. digestio
fit a balneis calidis ⁊ p̄ exercitiū. igit̄ nō ois
digestio fit a p̄prio ⁊ naturali calido. ꝯña pʒ
q: caliditas balneorū: ⁊ caliditas acq̄sita p̄
exercitiū nō sūt p̄prie caliditates naturales
⁊ añs est p̄bi in lr̄a. Quarto sic. si diffini
tio esset bona seq̄ret̄ ꝙ oia digesta eēnt cali
diora indigestis. ꝯñs ē fl̄m: vt experiētia do
cet. q: videm⁹ ꝙ aliq̄ digesta sunt frigida ⁊
frigidiora q̄ꝫ erant ante digestionē: sic ap̄p̄et
de esculis: melone. ⁊ de alijs fructib⁹ dū ma
turant̄. ergo. Ad oppositū arguit̄ aucto
ritate p̄bi diffiniēdo digestionē in isto modo
explanato in titulo questionis.

Pro responsione sciendum est

primo ꝙ duplex est digestio. q: q̄dā ē p̄prie
dicta. ⁊ est illa q̄ fit in viuētib⁹. Et alia ē cōi
ter dicta: ⁊ ē illa q̄ fit in nō viuētibus: sic eli
xatio siue assatio carnium. Et digestio p̄prie
dicta. s. illa q̄ est in viuentibus est adhuc du
plex. quia quedā ē que fit in aialib⁹. ⁊ alia q̄
fit in plantis. Et adhuc in aialibus fiūt mul
tiplices digestiones. q: in animali aliquan
do fit digestio qua digerit̄ humidū semiale
in generatione aialis. Et alie sunt digestiōes
alimēti. ⁊ sunt q̄ttuor. quedā em̄ est digestio
que fit in ore ⁊ terminat̄ in stomacho. Alia
aūt fit in epate. alia in corde. ⁊ quarta in mē
bris sicut latius videbitur in q̄stionibus su
p̄ secundo de anima. In plantis vero fit di
gestio prope radicē qua planta digerit hūi
dum ⁊ attrahit sibi cōueniens ⁊ discōueniēs
dimittit. ⁊ ista est prima digestio q̄ fit in plā
tis. Secūda fit in stipite. Tertia fit in gene
ratione florū. Quarta fit in generatione fru
ctuū. Et quinta fit in maturatione ipsorum.
Unde digestio in non viuentibus adhuc ē
duplex. q: quedam est que fit a calido agen
te cum humiditate aquea. Et alia que fit a
calido agente cū siccitate.

digestio

Sciendū est secundo ꝙ calidū

naturale dicitur illud quod est proportiona
tū humido naturali. ⁊ quando excedit exces
sus est calor innaturalis.

Sciēdū est tertio ꝙ sicut sepi⁹

dictum est calidū est duplex. q: quoddā est
intrinsecum: ⁊ aliud extrinsecum. ⁊ ad p̄ns
de intrinseco loquimur. licet aliquā do con
tingat ip̄m iuuari a calido extrinseco tēp̄a
to ad hoc ꝙ fiat melior digestio. ⁊ inde ē ꝙ
aliqui male digestionis propter frigiditatē
stomachi coguntur ad confortandū virtutē
stomachi portare de mane garniturā supra
stomachū vel aliqua alia calida. Sed de ca
lido extrinseco intēperato ⁊ excessiuo non lo
quimur hic. nam illud vt tactum est sup̄ius
capitulo de putrefactione est causa putrefa
ctionis. nam extrahit humidū naturale cū
calido naturali siue extrinseco.

Istis notatis ponitur cōclusio

responsiua. Diffinitio digestionis in qua dr̄
digestio ē p̄fectio a p̄prio ⁊ naturali calido
ex oppositis passiuis est bñ assignata. Pro
batur cōclusio p̄ cōditiōes req̄sitas ad bonā
diffinitionē. Nā primo cōuenit om̄i cōtento
sub diffinito. Secundo conuenit soli diffini
to. Et tertio explicat naturā diffiniti a p̄ima
potētia vsqꝫ ad vltimū actū. ip̄m faciēdo dif
ferre a quolibet alio, q̄d pʒ. q: in sp̄rimo loco

ponitur pfectio p gñe. qd quidē gen⁹ hʒ mo dū potētie. et oēs alie pticule sequētes ponūtur loco differētie. Probat aliūde diffinitio q: p cās sufficiētes dclarat eē diffinitū. ergo ē bona. tʒ ɔña. q: h sufficit ad bonā diffinitōeʒ. ⁊ añs pʒ. nā pmo ponit pfectio qd ē gen⁹ diffiniti. ⁊ p h differt digestio a putrefactōe q̄ est q̄dā impfectio. deinde ponit a naturali pprio calido ad denotādū causaʒ instrumentalē principalē in digestiōe. q: cū p caliditatē naturalē et ppriā hūidū est decoctū: tūc dicim⁹ digestionē eē factam sicut pʒ in fructib⁹. Sʒ ponit ex passiuis oppositis ad denotādū cām materialē. scʒ humidū vl' siccū. nā humidū vl' siccū ē causa materialis seu materia in qua fit digestio.

Dubitatur primo vtrum digestio fiat p frigidū.

Ad hoc rñdetur scdm Albertū φ sic. de per accidens tamen cuʒ p antiparistasim pori clauduntur: ⁊ sic nō pt exire caliditas naturalis intrinseca ppria. s reuertitur ad intra ad stomachū. scʒ ⁊ vnitur et fortificatur. ex inde est φ homies melius digerūt in hyeme φ in estate. ⁊ hoc est verū dūmodo illa frigiditas sit temperata et nō nimis notabiliter excellens.

Dubitatur secundo vtrum caliditas extrinseca sit cā digestiōis.

Ad dubiū rñdet φ caliditas extrinseca tēperata ē cā digestiōis coadiuuās p naturalē caliditatē itrinsecā ad h φ fit melior digestio. nā aliqñ tpe nimis frigido caliditas in tm̄ grauaretur a frigiditate φ fieret putrefactio vl' extinctio caliditatis: nisi ipa ɔfortaretur a calido extrinseco. q: ppterea fit ignis et calefacimus nos. Ex quo seq̄tur correlarie φ calidū extrinsecū tēperatū cōfortat calitatē intrinsecā. Seq̄tur secūdo φ tpe q̄dragesimali frigido p⁹ comestionē bonū est calefieri, iuxta pverbiū cōe. nullū est ita bonū calefacere sicut tpe quadragesimali prādio peracto. Cui⁹ ratio ē: q: tūc stomach⁹ ē frigid⁹. ⁊ pisces frigidi et difficilis digestiōis ideo faciliter seq̄ret putrefactio: nisi essʒ aliqd auxiliū caliditatis extrinsece. Ex isto correlario seq̄tur φ hoies habitantes iuxta mare et maxime septētrionali. vl' vbi nō crescit vinū faciliter efficiūtur leprosi ppter nimiā abundantiaʒ humiditatis superflue ⁊ frigiditatis suffocātis caliditatē naturalē.

Tertio sequitur correlarie ex dubio φ hoies habitātes in nimis calidis locis ⁊ intēpari citius moriūtur. ⁊ hoc est. q: calidū extrinsecū ɔsumit humidū ⁊ calidū naturale.

Ad rationes ante oppositum:

Ad primā d: φ hoc est verū loquēdo de digestione cōiter dicta. que fit in nō viuētibus. sed negetur de digestiōe pprie dicta: q̄ fit in viuentibus de qua est hic ad propositū sicut tactū est in primo notabili. Ad secūdam cōceditur maior. ⁊ ad minorē d: φ fit pncipaliter a calido intrīseco. licʒ caliditas extrinseca tempata bene iuuet. vt patet d calore solis. Ad tertiā cōcedit añs: ⁊ neget ɔña. q: stat φ digestio coadiuuatiue per exercitiū ⁊ a balneis fiat in quātū fortificāt calorē naturalem. tamen principaliter fit a calore naturali. Ad quartā negetur cōseq̄ntia. ⁊ ad probationē d: φ si escula post digestionē sint frigidiora: hoc nō est d se. s propt frigiditatē cōtinentis in quo conseruantur. ⁊ in aliis fructibus apparet eminēter. Nam ipi sunt calidiores post maturatiōeʒ ⁊ digestionē φ ante. nisi hoc pueniat a loco ɔtinēte. Alij dicūt de esculis φ nō est digestio: sed putrefactio. ⁊ ideo sunt frigidiora. quod tm̄ nō videtur verū. Seq̄tur in textu. Et pncipiū pfectionis a caliditate ppria accidit.

Queritur octauo vtruʒ balnea conferant ad digestionē naturale.

Arguitur primo φ nō. nam si sic: vel essent balnea que fiunt ante digestionē: vel post digestionem. vel hora. sed nullū est dicēdum igitur. maior pʒ ex sufficienti diuisione. Minor pʒ primo. φ balnea nō cōferant ad digestiōem naturalē ante digestionē. q: adhuc nonduʒ est digestio. modo nos nō dicimus aliquid cōferre qd non est. Nec secundū videlicet φ cōferat post digestionē. q: illa balnea q̇ fiūt post digestionē nō faciunt ad ipam cū iāq3 facta sit. Nec tertiū: videlicet φ ɔferant hora digestionis. naʒ medici expresse talia balnea phibent. Secūdo sic. illud qd aperit poros ⁊ facit calorē venire a partibus interioribus ad exteriora nō ɔfert ad digestiōem sed balneū est hmōi. ergo. Maior pʒ. q: digestio fit per calorē naturalē intrinsecū. mō quanto calor magis minuitur interius magis debilitat digestio. ⁊ etiā pbat. q: aq balneoꝝ apeřit poros ⁊ extrahit humidū natu

rale Tertio sic. si sic: sequeret̄ ꝙ caloꝛ intri
secus iuuaret ad digestionem. cōsequēs est
falsum: igit̄. maioꝛ patet. qꝛ balnea nō dicū
tur cōferre nisi propter caliditatē. Sed ꝙ cō
sequens sit falsum pʒ. qꝛ frigiditas extrinse/
ca iuuat ad digestionē. ergo non caliditas.
qꝛ oppositoꝝ oppositi debent esse effectus.
Quarto sic. seq̄retur ꝙ digestiones fierēt
melioꝛes in estate q̄ in hyeme. consequēs ē
contra experientiā. ⁊ cōsequētia apparet. qꝛ
balnea nō dicūtur cōferre ad digestionē. qꝛ
caliditas balneoꝝ circūstat coꝛpi. ꝫ sil'is cali
ditas circūstat in estate. igit̄ ⁊c. Ad oppo
sitū arguit̄ auctoꝛitate Aristotelis in isto q̄r
to vbi dicit ꝙ digestio ꝯfoꝛtat̄ ⁊ iuuatur ꝑ
aliquid extrinsecū: sic̄ ꝑ exercitiū vel balnea

Pro respōsiōe ad q̄situʒ sciēdū
est pꝛimo ꝙ licet fiāt multe digestiōes. tamē
quattuoꝛ sunt pꝛincipales. quaꝝ pꝛia fit in
stomacho. Sed ista est duplex. qꝛ quedā ē q̄
fit i fundo stomachi. Alia vero q̄ fit in oꝛifi/
cio siue in parte superioꝛi ip̄ius stomachi. ⁊
inter istas duas digestiones illa q̄ fit in fun/
do stomachi est melior. Secūda digestio hʒ
fieri in epate. Tertia in coꝛde. Quarta in mē
bꝛis. Vn̄ in qualibet illaꝝ digestionū fit
sepatio puri ab impuro. nā in pꝛima digesti
one q̄ fit i stomacho post digestionē fit sepa/
tio puri ab impuro. ita ꝙ impurū mittit̄ ad
ianuā purgationis. vt dicit venerabilis Al
bertus. ⁊ purū mittitur ad epar. Vbi iteruʒ
purū separat̄ ab impuro ⁊ impurū mittit̄ ad
vesicā: et illud impuꝝ est vrina. Sed purum
mittit̄ ad coꝛ. vbi iteꝝ fit sepatio puri ab ipu
ro. impuꝝ mittitur pꝛo generatiōe vnguium
Sed purū diuidit̄ in duas partes. quedam
pars retinetur ꝓ suo nutrimento. ⁊ alia iteꝝ
mittit̄ ad epar. ps q̄ retiet̄ in coꝛde ꝓ suo nu
trimēto iteꝝ digerit̄ ⁊ magis purificat̄. ⁊ tūc
min⁹ purū mittit̄ in anelitus. sed magis pu
rū cōuertitur in sbām coꝛdis. Sʒ illa ps que
mittit̄ ad epar iteꝝ ibi purificat̄: ⁊ tūc ibi sūt
multe ꝑue vene ramificate ⁊ per illas venas
mittitur sanguis ad mēbꝛa. Sanguis inq̄.
qꝛ nutrimentū in epate accipit coloꝛem san
guinis. ⁊ tunc in illis membꝛis iteꝝ fit dige
stio. ⁊ tunc ibi sepatur puꝝ ab ipuro. Ex im/
puro aūt gñant crines ⁊ veniunt sudoꝛes ⁊
nigredies ⁊ puꝝ ꝯuertit̄ in sbāʒ mēbꝛoꝝ.

Sciendū est secūdo ꝙ numerā/
do partiales digestiones multe sunt digesti
ones in coꝛꝑe q̄ quattuoꝛ. Pꝛima fit in oꝛe
foꝛtit̄ masticando. Secunda in oꝛificio sto/
machi. Tertia in fundo eius. Quarta i epa
te. Quinta in coꝛde. Sexta iterum in epate.
Septima infra venas. Octaua in neruis.
Nona ⁊ vltima in mēbꝛis.

Sciendum est tertio ꝙ dupli/
cia sunt balnea. quedā sunt balnea aque ha
bentia aliquā extraneā caliditatem: vt sunt
balnea naturalia: siue sint calida siue frigi/
da. Et alia que fiūt ex aqua dulci siue simpli
ci vbi scʒ nō est admixta extranea caliditas.
Unde balnea extraneā caliditatē habētia
sunt in multiplici differentia. q̊a quedā sunt
que transeunt per meatus terre sulphuree.
⁊ ista sunt calida. ⁊ cōferunt magis homib⁹
fleumaticis ceteris paribus. q̊a si fiant aut
assumātur tempe debito ⁊ oꝛdinato ꝯsumūt
humoꝛes frigidos ⁊ superfluos. Alia sunt
balnea que transeunt per venas terre salsas
⁊ sunt frigida. ⁊ talia valent ad repꝛimēdū
doloꝛē capitis ⁊ ad solidandū subtilioꝛes ꝑ
tes aialis. Alia sunt balnea aque transeunt
ꝑ venas terre ferreas. ⁊ ista cōiter sunt cali/
da. ⁊ conferunt ad infirmitates stomachi ⁊
splenis. Alia sunt balnea que sunt in aq̇s al
luminosis. vel etiā in aquis transeuntib⁹ ꝑ
mineralia. sic ꝙ tales aque transeunt ꝑ ve/
nas alluminis. aut per venas mineralium
⁊ ista sunt cōiter calida: ⁊ conferunt ad ifir
mitates ꝓuenientes ex sup̄fluitate sanguis
indigesti. conferunt etiam fluxui sanguinis
superfluo. ⁊ multū valent ad renes. ⁊ maxi
me hominibus grauatis. ⁊ de talibus bal/
neis non intelligit pꝛincipalis questio. ꝫ de
balneis que fiunt in aqua simplici. ⁊ nō ha/
bente extraneam caliditatē. Unde ista bal/
nea que fiunt in aqua simplici sunt in dupli
ci differentia. quia quedā sunt in aqua frigi/
da. alia sunt in aqua temꝑata. hoc est equa
liter calida. sicut coꝛp⁹ humanū ⁊ paulo pl⁹.
Alia fiūt in aqua nimis calida.

Quibus notatis ponit̄ conclu/
sio pꝛima. Balnea aque frigide nō confert
ad digestionē naturalē sed potius impedi/
unt nisi foꝛte conferant de per accidēs. Pro
batur. qꝛ extinguūt calorē naturalē ⁊ faciūt
venire ipm ad partes exterioꝛes. pʒ. nā dum
coꝛpus humanū ponit̄ in aqua frigida per/

tes exteriores ledũtur. iõ natura mittit calorem naturalē ad ꝑtes exteriores ad ꝯfortandũ eas. ⁊ dũ calor ē in partibus exteriorib⁹ per frigiditatē aque extinguũtur. Et si dicatur ꝙ eodē mõ aliq̄s probaret ꝙ frigiditas hyemis nõ cõferat ad digestionem. cui⁹ oppositũ in questiõe ꝓcedēti dicebaṫ. Ad illđ dicitur ꝙ non est sil'e de frigiditate in aere ⁊ frigiditate in aqua. q: frigiditas in aere restringit partes exteriores ⁊ propellit adītra calorē. sed in aqua propter humiditatē trahitur calor ad partes exteriores. ⁊ ꝑtes exteriores dilataṅ ⁊ aperiuṅ.

Conclusio secunda.

Balnea in aqua nimis calida non cõferunt ad digestionē quarto mõ dictam. Probatur. q: nimis cõmouent humores. Et etiã nõ cõferunt ad digestionē naturalem primo ⁊ secundo mõ dictas. ptꝫ. q: attrahũt calorem naturalem qui est causa talis digestionis.

Conclusio tertia.

Balnea ĩ aq̄ tempꝑata cõferunt ad digestionē. patet: quia augmentant ⁊ confortant calorem naturalem expellendo ⁊ attrahendo malos humores qui sunt inter carnē ⁊ cutem: aut etiã impura ex quarta digestione q̄ impediũt digestionē. Ex quo seq̄tur correlarie ꝙ potatio aque frigide multũ impedit digestionem naturalē: ⁊ maxime post assumptionē cibi. ptꝫ. quia cum illa aqua in hora digestionis assumiṫ ip̄a impedit calorem naturalē a sua opatiõe. Et dat exemplũ venerabilis Albertus de carnibus bullientibus supra ignem. naꝫ si fundatur aqua frigida iam cessat ꝗ̄ aq̄ bullire. qđ patet. q: aqua frigida habet remittere calorem ⁊ aliqualiter destruere. ⁊ a simili est in stomacho ⁊ in alijs partib⁹ in quibus est ⁊ fit digestio. nam quãto calor naturalis est fortior: tanto melius fit digestio. Q aũt debilitetur calor naturalis per frigiditatem pꝫ q: aqua frigida remittiṫ ideo calor naturalis debilitatur. ⁊ tunc non tam bñ fit digestio. patet. q: vnũ cõtrariũ maxime hꝫ corrũpere suum cõtrariũ. Modo si sic se hꝫ aqua frigida ad calorem naturalē vel hũidũ naturale ꝙ dꝫ esse aereum. iõ patet secũdũ correlariũ. potãtes sepe aquã tempore digestionis efficiũtur cõiter fleumatici. patet. q: ip̄i cõuertũt humiditatē aereã in aqueã.

Conclusio quarta.

Hominibus repletis malis humoribus nõ cõueniũt multum balnea. pꝫ. q: cõmouent illos humores in corpe: ⁊ sic sequũtur multe infirmitates:

Sꝫ dubitatur primo quib⁹ hominibus magis cõferant balnea.

⁊ q̄d magis cõpetit: vel balnea vel stuphe. Ad dubiũ r̄ndetur ꝙ hoĩbus siccis ⁊ macris mag̃ cõferunt balnea: ⁊ magis sibi cõpetũt q̄ꝫ stuphe. stuphe aũt magis cõpetunt pinguibus ⁊ humidis.

Dubitatur secundo vtrũ sit bonũ comedere ⁊ bibere in balneis

Ad hoc dubiũ respondet dñs Albertus ꝙ nõ. q̇a in balneo calor natural' trahiṫ ad extra ad mēbra. ⁊ ideo nõ possꝫ fieri bona digestio calore extracto: ymo valde male digereretur cib⁹ sumptus. ⁊ causareṫ humor putrid⁹ ex quo causarentur faciliter infirmitates. ⁊ inde est ꝙ homines sic comedentes multotiēs hñt post balnea multas ĩfirmitates. Dicit tamē ip̄e dñs Albertus ꝙ si cõtingat balneantibus cor deficere ⁊ euanescere propter extractionē caloris ad extra tũc possunt comedere modicũ valde substantiale ⁊ bene digestibile. Ubi est aduertendũ ꝙ est vn⁹ modus conseruandi calorem naturalē in balneo. videlicet ꝙ balneãtes habeant de optimo aceto ⁊ bulliant. ⁊ post ponant de optimo puluere ⁊ teneãt in sua spongia ante nares. vl' ꝙ habeant de citanio cocto ⁊ comedãt. ⁊ si non possint: potent modicũ de illo aceto.

Dubitatur tertio quibus hominibus magis ꝯferũt balnea.

Ad dubium dr̄ ꝙ oꝫ ꝯsiderare fines quos hõ intēdit. vt si hõ sit multũ pinguis ⁊ velit deuenire macer dꝫ intrare balneũ ieiun⁹ ⁊ ĩ eo multũ stare absq̄ꝫ cibo ⁊ potu. ⁊ ꝑ talē ꝯsuetudinē poterit macerari. ⁊ cã hui⁹ ē. q: ꝑ tertiã ꝯclusionem balnea fortificãt digestiõeꝫ. iõ qñ hõ ē in balneis ieiun⁹ propṫ fortificationē digestionis stomachus attrahit a ꝑtibus exterioribus aliq̇d qđ calor naturalis hꝫ digerere. ⁊ ille partes macrescũt. Et ꝓpterea dormire ieiunus ante prandiũ demacrat. q: in somno fit fortis digestio. ⁊ stomach⁹ attrahit a ꝑtibus exteriorib⁹. Sed si hõ velit pinguefieri dꝫ intrare balneũ post cibuꝫ. q: in balneo fit melior digestio. ⁊ ꝓpter balneũ attrahiṫ alimentũ ad ꝑtes exteriores. Et si q̄raṫ q̄ tꝑe mag̃ valet. R̄ndeṫ ꝙ mag̃ valet in ꝯiũctiõi

bus solis ⁊ lune ꝙ in plenilunio. ⁊ cā hui⁹ ē. q: in plenilunio oēs hūiditates crescūt. ⁊ p quartam conclusionē nimis repletis humoribus balnea non conferunt.

Ad rationes ante oppositū.

Ad primā pꝫ solutio ex dictis. Ad secundā ꝓcedit āns ⁊ ɔ̄ns. si fiat tꝑe triū primarū digestionū. ꝫ si fiat tꝑe q̄rte digestiōis negeẗ ɔ̄na. vel dicendū aliẗ ꝙ minor negeẗ ꝑ secūda pte. q: caliditas tempata n̄ cōmouet nec attrahit calorē naturalē. ymo cā cōuenietie calor natural' mag̃ vnitur ⁊ fortificaẗ ꝑpter tempatā caliditatē. ⁊ cōcediẗ āns ⁊ ɔ̄na de calore tempato. lꝫ nō sit verū de calore excessiuo ⁊ intēpato sic̄ satis dictū est. Ad t̄tiā negetur ɔ̄na. q: sicut dictū est non est simile de istis qualitatibus in aqua ⁊ in aere. Sequitur in textu. Pepansis autē est digestio quedam ⁊c̄.

Queritur nono vtrum sint tres

spēs digestiōis. s. pepāsis: epsesis: ⁊ optesis. Arguiẗ ꝙ sint pauciores ꝙ̄ tres. q: ois digestio fit a calido. ergo nō oꝫ ponere tres digestiōes. tenet ɔ̄na. q: vnū calidū nō differt ab alio in spē. ꝫ sunt eiusdē rōnis. ⁊ ꝑpter hoc licet diuersi effectus ꝓducātur a calido. t̄n deberent esse eiusdem speciei. ⁊ antecedens patuit superius. Secūdo sic. si essent t̄m tres species digestiōis: vel diuersificarentur propter diuersitatē subiectoꝝ: vel ꝑpter diuersitatē agentiū: vel propter diuersitatē t̄minorū ad quos. ꝫ nullū istoꝝ est dicendū. igitur. maior apparet a sufficiēti diuisiōe. ⁊ minor ꝓbatur. ⁊ primo ꝙ nō diuersificentur a diuersitate subiectoꝝ. q: cū subiecta sint plura ꝙ̄ tria specie distincta tūc essent plures ꝙ̄ tres digestiones specifice distincte. nec ꝑpter diuersitatē agentiū: cū agēs sit solū vnū i spē. puta calidū. ⁊ sic esꝫ vna sola spēs digestionis. nec ꝑpẗ diuersitatē terminoꝝ ad q̄s. q: termini ad q̄s sūt plures ꝙ̄ tres specifice distincti. q: vn⁹ termin⁹ digestionis ē forma asini ali⁹ ē forma bouis. ali⁹ ē plāte. ⁊ sic de mult̄ aliis q̄ differūt spē. Tertio sic. ꝓbando ꝙ sint plures ꝙ̄ tres. q: in q̄stiōe ꝓcedēti ponebantur q̄ttuor digestiōes naturales magis principales ⁊ noue minus principales. igiẗ ⁊c̄. Quarto sic. q: digestiōes penes diuersas cōplexiōes fiūt. ꝫ multe possunt esse tales cōplexiones, quia vna proportio in vno nō est similis in alio: vt dicit Egidius. quia vix reperiūtur duo homines qui sint precise eiusdē cōplexionis. Ad oppositū arguiẗ auctoritate Aristotelis q̄ in isto quarto nūerat solū tres spēs digestiōis. scꝫ illas q̄ numerate sunt in titulo questionis.

Pro responsione sciendum est

primo ꝙ digestio diciẗ a digerendo. q̄n scꝫ digerens excedit digestum: ita ꝙ sufficit ipsum in se cōuertere. ⁊ sic finis digestionis ē forma que induciẗ digesto. V̄n supponiẗ ex dictis quid est digestio et q̄ est causa efficiens et materialis ipius digestiōnis.

Sciendū est secundo ꝙ pepansis

est digestio quedam alimenti in pericarpiis. idest prima digestio qua alimentū digeritur ad speciem suscipiendaꝫ in vasis seminalibus. Unde pepansis est perfecta q̄n illud cuius est digestio potest ꝓducere sibi simile. vnde licet pepansis seu maturatio cōiter attribuatur fructiferis scꝫ plantis. quia nō habem⁹ nomē generis: sed loco generis accipimus nomē speciei. t̄n effect⁹ ipsi⁹ pepansis est vt ingrossat. ptꝫ q: digerit humidū in sicco. ⁊ sic passa pepansim sunt solidiora et grossiora ⁊ duriora et minus fluxibilia: vt pꝫ per experientiam de amigdalis et nucibus. nā nuces fluxibiles sunt anteꝙ̄ patiantur pepansim. sed q̄n passa sunt pepansim iam sunt dura. Sꝫ vt tactū est humidū extrahitur a calore extrinseco et remanet siccū. Ex quo seq̄tur correlarie ꝙ nihil simpliciter humidū siue siccū pōt ꝑpe pati pepansim. ꝓbatur. q: nullū tale potest ingrossari nec indurari. V̄n licet cerasa et pruna passa pepansiꝫ sint fluxibilia hoc est q: nō capiūt pepansim in omni parte sui. ꝫ solum in suis granis interioribus. nam illa grana postꝙ̄ passa sunt pepansim dura sunt. Sꝫ omothes est prima species indigestionis cōtraria pepansi siue maturationi. naꝫ omothes est indigestio aialis in pericarpiis qd̄ apparet ex significatiōe nominis. nam omothes grece: est cruditas latine.

Sciendū est tertio ꝙ epsesis est

digestio secūda cuius finis est ꝯseruatio rei in vita. nam res inducitur in esse per pepansim et cōseruatur ꝑ epsesim. epsesis aūt ē digestio facta a calido extrinseco existente in humido sicut elixata dicūtur digesta, ⁊ hoc

satis importaꝛ per nomen. nam epsesis grece est ebullitio latine. Vñ corpora passa epsesim sunt saporosiora in partib⁹ exteriorib⁹ ꝓpter epsesim: vt carnes cocte in aqua. q: passa sunt epsesim sunt in supficie sicciores et minus humide humiditate aerea q̄ erant ante. licet forte aliq̄bus videatur ibi magis humiditas aquea. Sequiꝛ etiam ꝙ elixata melius digerũtur ⁊ sanius q̄ frixata. naȝ in frixatis et assatis humor viscosus reperitur qui extrahiꝛ in elixatis. ꝓpter qđ assata difficilioris digestionis sunt q̄ elixata. Molinsis aũt est indigestio ꝯtraria epsesi. Et fit molinsis qñ calor in humido nõ sufficit perfecte agere ipsum digerẽdo. quod fit vꝉ ꝓpter defectũ caloris vel multitudis hũoꝝ

Sciẽduȝ est quarto ꝙ optesis

est digestio facta a calido extrinseco existente in sicco. Unde optesis grece est assatio latine. Ex quo ptȝ ꝙ extrema assatoꝝ sicciora sunt interiorib⁹. Patet. q: calor primo calefacit exteriora. Ex quo infert phus corolarie ꝙ assare est magis artificiosuȝ q̄ elixare. nam difficile est exteriora et interiora regulariter calefacere. q: ꝓpinquiora igni citius desiccanꝛ. epsesis est idigestio opposita optesi. Est eñ epsesis indigestio facta in sicco ꝓpter debilitatẽ caloris. ¶ Et si quis querat quomõ optesis et epsesis possunt eẽ digestiões naturales cũ digestio naturalis fiat a calido intrinseco et epsesis seu elixatio et optesis seu assatio fiant a calore extrinseco. Rñdeꝛ ꝙ nõ habemus noia imposita speciebus. ideo nomine generis nominamus species. nam oẽȝ digestionẽ factam ꝑ calorem intrinsecũ appellamus pepansim. et omem digestionẽ factá a caliditate cũ humiditate siue in naturalib⁹ siue in artificialibus vocamus eptesim seu epsesim. ⁊ illa que fit a caliditate agente siue hoc etiá sit i naturalib⁹ siue in artificialib⁹ vocam⁹ optesim cũ ars imitetur naturam nõ videtur inconueniẽs vti nominib⁹ artificialib⁹ loco naturaliũ. nam sicut in elixatiõe digestio ẽ in humido exteriori: ita in naturali epsesi digestio ẽ in interiori humido. qualis ẽ digestio rei cõplete in specie in qua dñatur humidũ et hoc est cõueniens dictis Alberti dicẽtis. ꝙ a principio gñationis aialis vsq₃ ad cõpletam etatẽ fiunt iste tres species digestionis. quoniá prius digeritur humidũ seminale a calore naturali et ista digestio vocatur pepansis. et durat a principio generatiõis aialis quousq₃ animal est perfectum in sua specie. Postea digeritur humidũ cibale q̄diu animal est in augmento vel in statu. et illa digestio vocatur eptesis seu epsesis. sed quando animal incipit diminui vsq₃ ad finem fit tertia digestio que dicitur optesis. Possum⁹ etiá diuersificare eas in digestionibus nutrimẽti. quia prima digestio que fit in stomacho potest vocari pepansis. ⁊ sic ꝑ picarpium intelligim⁹ locuȝ receptõnis nutrimenti. et secunda digestio que fit in epate vocatur epsesis seu eptesis eo ꝙ illud qđ digeritur est magis humidum. Et tertia digestio que fit in corde vocatur optesis ex eo ꝙ fit a forti calido non multuȝ sicco. et sicut dicimus de animalib⁹. ita possumus dicere de plantis.

Istis notatis põitur cõclusiõ

respõsiua ad. q. Tñ sunt tres species digestionis. scȝ enumerate in titulo questionis. Probatur per sufficientiá. q: omnis digestio naturalis fit a calido naturali intrinseco. vꝉ ergo fit iuuáte aereo vel aqueo vel igneo. si aereo sic est pepansis. si aqueo sic est epsesis. si igneo sic est optesis. Ubi est aduertendum ꝙ licet epsesis et optesis videanꝛ esse digestiones extrinsece et artificiales. tñ Aristoteles vtitur illis pro digestionib⁹ intrinsecis propter penuriá vocũ.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primam dicitur ꝙ licet digestio fiat a calido. tñ quia illud calidum diuersimode cõsumit illud humidũ. ideo scđm hoc distiguũtur species digestiõis. distinguũtur etiá scđm modos finiũ ad quos ordinantur.

Ad secũdaȝ dicitur ꝙ ab illis nõ capim⁹ diuersitatem in digestiõibus. ⁊ ideo diuisio est insufficiens. sed assumimus diuersitateȝ in modis agendi. Ad tertiam dicitur ꝙ ille reducuntur ad istas tres sicut patet intuenti. Ad quartá dicitur ꝙ proportiones ꝯm digestionẽ in specie possunt reduci ad tres. Et sequitur in textu. Epsesis aũt.

Queritur decimo vtrum frixata debeant dici elixata vel assata.

Et arguitur ꝙ non debeant dici assata. nam frixatio habet fieri a calido in humido. ergo frixatio non debet dici assatio. sed magꝭ eli-

Frixare elixare assare

fatio. ꝯña est nota. ⁊ añs ptꝫ: qꝛ frixata frigant a caliditate in humido: vt pura i oleo vel butiro vel in aliquo alio liquore. Secūdo sic. frixata sūt interi⁹ sicciora ꝙ̄ sint assata. ergo frixata nō dicunt̄ assata. tenet. cō sequētia: ⁊ añs ptꝫ. ꝑ experiētiā. Deinde arguit̄ ꝙ frixata nō sint elixata. qꝛ frixata ñ fiūt ab extrinseca hūiditate aquea: igit̄ non sūt elixata. tenet ꝯña. qꝛ elixata fiūt a calido existēte in hūido aqueo sicut in aq̄. Quarto sic. nō oibus quib⁹ est frixari inest elixari. ergo frixata nō sūt elixata. ꝯña est nota ꝺ se et añs appet. qꝛ illa q̄ sūt frixata nō bn̄ pñt elixari. Ad oppositū ar̄ auctoritate Aristotelis dicētis frixata esse magis assata.

Pro responsionē sciendū ē primo ꝙ illa dicunt̄ frixata q̄ sūt digesta in aliquo hūido aqueo aereo: vt puta oleo pinguedine. aut sagimine absq̄ aq̄. Sꝫ elixata dicunt̄ illa q̄ sūt digesta ab aliquo agēte cū aliquo humido aqueo ⁊ nō cū humido aereo. nā si elixata essent digesta cū hūido aereo solū: tūc nō differrēt ab assatis. qꝛ assata patiūtur ab agente cū humido aereo.

Sciendū est secūdo ꝙ assata dicunt̄ illa q̄ digerunt̄ a calido agēte cū siccitate. Et si qs dicat ꝙ hoc videt̄ esse ꝯtrariū dictis in primo notabili ꝙ in assatōe calor agit mediāte aere. mō aer ē humid⁹ ⁊ sic nō videt̄ simpliciter ⁊ absolute ꝙ assata sūt illa q̄ patiunt̄ ab agēte cū siccitate. Ad h̄ dicēdū ē ꝙ illa humiditas nō impedit actionē ignis quin ignis agat ac si nō essent intermedia, puta videm⁹ ꝙ ignis ꝯburit mediāte aere. qꝛ si apponat̄ vnū cōbustibile ꝑ pe ignē ꝙ̄uis nō tāgat ignē tn̄ ꝯburitur.

Sciendum est tertio. ꝙ omnis digestio iuuatur a calido. aut ergo a calido aereo ⁊ ē pepāsis. aut aqueo et sic ē epsesis. Añ caliditas mlto intensi⁹ agit cū hūiditate aerea ꝙ̄ cū hūiditate aquea. ⁊ ꝑpter hoc videm⁹ ꝙ oleū calidū magis ledit ꝙ̄ aqua calida. ⁊ citius digerit̄ aliqua res in oleo ꝙ̄ in aqua. cuius ratio ē. qꝛ humiditas aerea est fomentū et nutrimentū ignis. ⁊ vniuersaliter caloris. s; humiditas aquea vniuersalit̄ ebetat calorem.

Sciendū est vltimo ꝙ Elixata habent istas cōditiones. Prima ꝙ digerūt̄ in humiditate pura vel mixta cū alia humiditate. Secūda ꝙ elixata sunt sicciora in terius ꝙ̄ exterius Tertia ꝙ elixata ꝑpter vehemētē digestionē nō ꝯburunt̄. Quarta ꝙ elixata laxant. Cōditiōes vero assatorū quasi sunt istis opposite.

Istis notatis sit conclusio prima. Frixatio nō est elixatio. Patet. qꝛ frixatio hꝫ fieri a calido aqueo hoc est a calido existente in humiditate aquea. nō aūt frixatio. imo hꝫ fieri a calido aereo hoc est a calido existente in humiditate aerea.

Conclusio secūda. Frixatio nō est maturatio. Probat̄. naꝫ frixatio est digestio artificialis. maturatio vero est digestio naturalis cū fiat a caliditate itrinseca arboris tanq̄ ab instrumētali causa. scꝫ a forma ipius arboris tanq̄ a principali causa iuuata a calido extrinseco. igit̄ ⁊c.

Conclusio tertia. cum frixatio sit species digestiōis nō distincta a trib⁹ p̄dictis enumeratis in titulo questiōis p̄cedētis. ⁊ nō sit pepāsis seu mutatio epsesis seu epzesis elixatio ipa est optesis idest assatio. qꝺ idē ē. iō nō ē spēs distincta ab assatōne. Probat̄ qꝛ nō est elixatio. vt ꝓbat prima cōclusio. nec maturatio: vt ꝓbat secūda. ⁊ nō sūt nisi tres spēs digestiōis. s. maturatio: assatio: ⁊ elixatio. ⁊ differt a maturatōe ⁊ elixatione. ergo ē eiusdē speciei cū assatione.

Conclusio quarta que depēdet ex tertia. frixata dn̄t dici assata. Probat̄. q̄a frixatio reducitur ad assationeꝫ: sicut ꝓbat tertia ꝯclusio. Probat̄ insuper ꝙ frixata habeant cōditiones assatoꝝ. nam frixata sunt humida interius et sicca exterius. ⁊ habent etiā crustā sicut assata. igitur.

Dubitatur primo. Juxta textū vtrū lapides sint elixabiles. Et arguit̄ ꝙ sic qꝛ hn̄t ꝓpriam humiditatē que pōt extrahi per calidū. ergo possunt elixari. ꝯña est nota et antecedens. qꝛ in lapidibus per ꝯsolidatiōem remanet quedā humiditas qꝺ apparet. qꝛ aliq̄n sindulant̄ quid est aut nō ē corp⁹ epsesim passibile neq̄ em̄ in quo nullum est humidū velut in q̄bus est. Ad dubium respōdetur cōformiter ad textū ꝙ lapides nō sunt elixabiles. pꝫ qꝛ vt dicit dn̄s Albertus ad hoc ꝙ aliqđ sit elixabile. duo

requirūtur. Primū est φ habeat humiditatem supfusaȝ. Secūdū est φ habeat hūidū subtile faciliter separabile a sicco. ⁊ ideo in fert φ pullus iuuenis citius elixabilis est φ fustū bouis. illa aūt nō cōueniūt lapidib⁹. igitur lapides nō sūt elixabiles. Et p hoc soluitur rō in oppositū. q: exquo lapis habeat humidū nō tñ est apt⁹ nat⁹ ad elixandū. nam tale humidū est grossuȝ ⁊ terrestre qđ apparet. q: qñ lapis ponitur per portionē lapidis in ignē et decoquitur: tūc ipsi fumi qui ascendūt ex illis lapidibus sunt valde densi et nigri. ⁊ huius signum est. q: tale humidū est valde grossum ⁊ terrestre.

Dubitatur secundo vtrum vermes generati in aiali generentur in stomacho vel in epate vl' in alia pte corpis. Et arguit φ generetur in stomacho. q: aliquādo euomūtur p os. ergo generātur in superiori pte stomachi. tenet ꝯña. q: aliter non videt qualiter possint venire p os nisi perforēt stomachū. et añs est Auicene. et etiā experimētale. Ad oppositū est Aristoteles in textu cū inquit. alias nō fit in ipa digestiōe sicut qdam aiunt. sed in segregatōne putrefacta in inferiori ventre.

Pro dubio sciendum est φ dubiū intelligitur de vermib⁹ qui gñantur in corpore humano adhuc viuēte. sicut gñantur i pueris pter comestiōne fructuū. Unde quattuor sunt ptes in qb⁹ pñt ptinceri et generari. Prima est stomachus. Secunda est quoddā intestinū qđ descēdit ex stomacho qđ nō hȝ nisi vnū foramē et est rectum. Tertia est intestina simul inuoluta. Quarta est quoddā intestinū rectū per qđ supflua mittūtur extra. ⁊ ita in istas quattuor ptes imaginant medici vētrē animalis diuidi. Et tō rndet ad dubiū φ vermes q generantur in corpore animalis viuētis generant in intestinis circūuolutis. ⁊ nō generātur in stomacho ppter neqȝ in primo intestino neqȝ i vltimo in secūdo. notabili enumeratis. Prima pars patet. q: ibi sunt omnia reqsita ad gñatione vermiū. q: vermes maxime generantur ex materia fleumatica que in illis intestinis reperitur. Est etiā ibi sufficiens caliditas ad immutandū materiā putrefactam ⁊ postmodū spiritū vitalē. ista aūt sufficiūt ad generatioñe vermiū. igit. Sȝ secundum tertiū ⁊ quartū patēt. q: ista reqsita in alijs trib⁹ nō reperiuntur in generatōne vermiū patet de stomacho. q: ad gñationē vermiū requiritur materia putrefacta. modo talis putrefactio nō fieri potest in stomacho. q a fortis caliditas stomachi nō pmittit causa re putrefactionē. non est etiā ibi temperata caliditas que reqritur ad gñationē talium vermiū. q: inter ceteras partes corporis aialis cor est calidius et mēbra circūuicina sūt calidiora remotis. et quia stomachus ē sañ ppe. ideo abūdat multū in calore. ⁊ sic posset pbari de alijs duobus suo mō. Et ideo videtur ad rōnē φ qñ vermes euomunt ꝰ non est quia generantur in stomacho. ȝ qa ꝰ intestinis vbi generātur ascendunt ad stomachum. ⁊ de stomacho ad orificiū eiusdē. et deinde sentiētes aliquā dulcedinē in ore trahunt se ad os. vel forte pmouentur ad ꝰ per aliquam medicinam.

Dubitatur tertio vtruȝ laborātibus assata sint conuenientia ⁊ studentib⁹ elixata. Ad dubiū respōdet Albertus φ sic. ⁊ primo ad primā partē dubij respōdet. dicens φ laborātib⁹ inest calor acut⁹ que quidē nō digerit. ꝰ quodāmodo cōsumit. et ideo reqrit illa que sunt fortioris digestiōis Item etiam q: ille cibus est cōuenientior per quē gñatur humidū cōuenienti⁹ assata aūt sunt hmōi. nā assata multū retinent de humido ad intra. ⁊ q: per euaporatione cōsumit humidū laborātiū. ideo cōueniēs ē ille cibus q hmōi humidū recuperet. De secūdo dicit φ elixata sūt studētib⁹ cōuenientiora. ptȝ. q: natura maxime cōpatit mēbris et virtutibus q multū fatigant modo ptes circa cerebrum maxime fatigant in studio cū in illa pte maxime vigeant vires sensitiue sicuti ē cogitatiua et sensus. ⁊ iō multū ꝯsumit de humido existēte iuxta cerebrū et ideo natura vult multū restaurare illud humidū. et ideo requirit cibū cōuenientē ad illud restaurandū cuiusmodi est cibus elixatus. Unde duplex est humidū scȝ aiale ⁊ vitale. Uitale est circa cor qđ generatur ex assatis. Animale vero est circa cerebrum et illud est magis cōueniēs viribus sensitiuis et organis. Ex quibus sequitur φ natura sic operando conuertit humiditatem vitalem in animalē. vt succurrat viribus sensitiuis. Secūdo sequitur φ quanto alī-

quis fortius studet melius cōmuniter comedit. Cuius rō est. q: plus cōsumitur de humido animali. ⁊ ideo excitatur calor naturalis circa vires sensitiuas tendēs ad stomachū ad restaurationē humidi. Ad rōnes due prime sunt solute per conclusiones. Et due soluūtur ex dictis. Sequitur in textu Passiuorum autem ⁊c̄.

Queritur vndecimo vtrum

durū et molle exsiccatio ⁊ humectatio coagulatio ⁊ liquefactio sint effect⁹ sicci hūidi Et arguit̄ ꝙ nō. q: idē nō est effect⁹ ꝯtrariorū per se vt hꝫ text⁹. ergo nō erūt cause eedē mollis et duri cū sint ꝯtraria. Secūdo sic omnis effect⁹ hꝫ causam efficientē: sed humidū et siccum non sunt cause efficientes cum sint qualitates passiue. vt hꝫ Aristoteles in textu. igit̄. Tertio sic. nihil agit nisi ꝙ hꝫ esse. ſ humidū ⁊ siccū nō hn̄t esse cum sint accidentia. ergo siccū ⁊ humidū nō sūt cause mollis et duri: exsiccatōis et humectationis. ⁊ sic de alijs. et per ꝯn̄s durū ⁊ molle exsiccatio ⁊ humectatio nō sunt effectus sicci et humidi. maior est nota. et minor ptꝫ. q: siccū ⁊ humidū sunt solū entis ⁊ non entia. Quarto sic. qualitatis actiue est agere et nō qualitatis passiue. ergo seq̄tur ꝙ calidū et frigidū erunt cause istorum. ⁊ nō humidū et siccū. Ad oppositum est Aristoteles in textu.

Pro responsione sciēdū est primo

ꝙ humidū et siccū sunt q̄litates passiue nō tn̄ sic quin habeāt aliq̄d actualitatis. Un̄ humidū est qd̄ est bn̄ terminabile termino alieno male vero termino ꝓprio. Sꝫ siccum ē qd̄ bn̄ ē terminabile termino ꝓprio et male termino alieno. Ex quo sequit̄ ꝙ oē mixtum cōponitur ex humido ⁊ sicco. semꝑ em̄ primū est cū secundo in quolibet genere

Sequit̄ secūdo ꝙ oīe corpus terminatū componitur ex aqua ⁊ terra. nam aq̄ humida ē et terra sicca loquēdo d̄ humido qd̄ est causa cōmixtionis.

Sciendū est secundo ꝙ durum

est quod nō cedit in seipo scd̄m superficiem cōprimenti: Molle aūt est qd̄ cedit cōprimenti in seipo nō circūstando. Un̄ aqua nō est mollis. q: circūstat digitum cōprimētis. Unde sicca bn̄ digesta dura sunt. humida digesta cum sicco mixta dum tamen humidū obtineat mollia sunt. naꝫ omnia illa possunt mollificari in quib⁹ est natura terre cū aliquantulo humido.

Sciendū est tertio ꝙ exsiccationis

⁊ humectatōis due sunt cause. scꝫ causa que se habet vt agens. et causa que se habꝫ vt patiens. Cause agentes sunt calidū ⁊ frigidū. Cause patiētes humidū ⁊ siccū. Un̄ caliditas est causa efficiēs siue agens exsiccationis eo ꝙ ꝑ ipm euaporat̄ humidū siue extrinsecū siue intrinsecū. sicut lateres exsicant̄ a calido. similiter frigiditas ē causa exsiccatiōis. q: per frigiditatē humidū cōprimitur. ad centrū: sicut apparꝫ de cera liquefacta que per frigiditateꝫ durescit.

Sciendum est quarto ꝙ Coagulatio

est eius qd̄ actu est siccū. nam ē ei⁹ in quo siccū tenet humidū ne fluat. Un̄ differētia ē int̄ cōgelatōnē: coagulationē: ⁊ cōglutinationē: ⁊ intinguatiōeꝫ. nā ꝯgelatio ē humidi aquei ꝯctū i cētrū ꝑ frigidū ne fluat actualit̄. Ex q̄ ptꝫ ꝙ ꝯgelata sunt actu sicca ⁊ sūt essentialr̄ hūida. Est aūt ꝯgelatio effect⁹ frigidi in hūido qd̄ cōstringit ad cētrū. ſ coagulatio vt dictū est in principio notabilis est eius qd̄ actu et essentialr̄ siccū est. Un̄ illa coagulata sunt in quib⁹ siccuꝫ tenet hūidū ne fluat. Sꝫ ꝯglutinatio d̄r esse ipius hūidi digesti in sicco vbi siccū nōduꝫ ꝑfecte cōtinet vt i pulmēto ⁊ visco. Sed intinguatio ē ꝯstantia hūidi aerei cū aqua et sicco terreo. Un̄ liquefactio causat̄ nō ꝯtrario cōgelationi. nam que ꝑ frigus cōgelata sunt illa ꝑ calidū dissoluūtur. diuersimode tn̄ q: scd̄m ꝙ frigus magis vel min⁹ habituatū est ſm hoc tardi⁹ aut facili⁹ liquefiūt et illa in q̇bus calidū quasi emortuatuꝫ est sunt omnino indissolubilia. cuiusmodi ē cristallus q̇ nō dissoluit̄ per liquefactionem.

Sciendū est quinto. ꝙ omnia

coagulata coagulantur a calido vl̄ a frigido Un̄ coagulata exsiccata coagulant̄ a calore faciēte exalare hūidū liquefaciēs. Coagulata aūt a frigido coagulant̄ ꝑ ꝯstrictionē vel cōpressionē hūidi ad centrū. ⁊ ſm ꝙ a frigido magis mortificatur calor: tūc coagulata mag⁹ vl̄ min⁹ coagulātur. Ex isto sequit̄ correlarie ꝙ coagulata ꝑ exsiccatōeꝫ liq̄fiunt ꝑ humectationē. et coagulata per frigus liquefiūt per calorem dissoluentem.

Ubi est aduertēdū ꝙ qn̄ pori coagulati int̄ tū ꝯstricti sunt: tunc ipm̄ coagulatū nō pōt liq̄fieri nisi hūido subtiliato. illa vō i q̄bus calor mortificat⁹ est n̄ liquefiūt vt ē cristallū. Ex q̄ sequit̄ ꝙ incoagulabilia sunt q̄ nō hn̄t humiditatē aquosā: sed magis hūt de hūido aereo ⁊ de terra. Nam ex quo habēt calorē aereū vix pōt mortificari ipe calor. ⁊ q̄ n̄ habent humorē nō possunt coagulari sicut est mel.

Istis notatis ponit̄ conclusio r̄nsiua ad. q. Durū ⁊ molle: exsiccatio ⁊ humectatio: coagulatio ⁊ liquefactio: sunt effectus sicci ⁊ humidi. Patet ꝯclusio per ea q̄ dicta sunt ⁊ discussa ad longū i notabilib⁹.

Sed dubitatur primo quomō differunt intinguibile ⁊ liquefactibile. Ad dubiū r̄ndet̄ ꝙ sic differunt. q̄ liquefactibile ꝓprio humore humectat̄. sed intinguibile humore alieno sup̱fuso humectat̄.

Dubitatur secūdo q̄ sunt flexibilia. Ad dubiū d̄r ꝙ oīa habentia humiditatē viscosam vbi tm̄ est de humido sicut de sicco flexibilia sunt. ⁊ ſm ꝙ in eis minus est de viscoso min⁹ ſm hoc possunt flecti. Un̄ illa que hn̄t viscosum bn̄ digestū flexa se rectificant. Ex quo patet ꝙ si gladius se rectificare nō pōt male ē materie. hoc em̄ signat ꝙ ferrū illud nō est expurgatū a dēsa viscositate.

Dubitat̄ tertio quō differūt frāgibilia ⁊ cōminuibilia. R̄ndet̄ ꝙ differunt. q̄ cōminuibilia sūt q̄ possunt in p̱tes minutas plurificari. nō tn̄ ſm voluntatē facientis: sicut later vel glacies. nā credēs facere duas partes de latere facit quinꝗ vel sex. ſ frāgibilia sunt q̄ frangunt̄ in magnas partes: ⁊ ſm voluntatē frangentis: sicut est lignū.

Dubitatur vltimo que sunt subiecta hmōi qualitatū. Ad dubiū r̄ndet̄ ꝙ eorū subiecta sunt mixta ex elementis in q̄b⁹ vt dicit textus sunt quattuor qualitates prime subiectiue. nā ex quo omnis qualitas secunda presupponit primā: necesse est ꝙ in subiecto secūdaꝝ ꝯtineatur subiectum primaruz qualitatū: q̄d est quattuor elementa.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā d̄r ꝙ verū est idē numero in ordine ad idē. ſ in ordine ad diuersa vel agentia vel potentialia nō est incōueniens. Ad secundā d̄r ꝙ licet oīs effectus habeat cām efficientē: tn̄ quidā effectus principali⁹ se tenent ex parte p̄ncipij patiētis. ⁊ hoc mō p̄dicta attribuunt̄ sicco ⁊ humido. Ad tertiā ꝯceditur maior. ⁊ ad minorē d̄r ꝙ lz siccū ⁊ humidū nō habeant p̱ se esse. tn̄ habent esse p̱ substantiā ⁊ in subiecto. iō p̱ substātiā causant̄. Quarta soluta est per primū notabile. Et tm̄ de q̄stiōe ⁊ de toto quarto methaurorum.

Sequitur liber de anima.

Bonorū honorabilium noticiā opinātes magis aūt alteraz altera. ⁊c̄.

Circa īitiū primi libri de anima q̄rit̄ prio vtrū inter p̱tes philosophie naturalis sciētia de aīa sit melior ⁊ honorabilior. Arguit̄ ꝙ nō. Scientia de aīa nō est p̱s phīe naturalis. ergo ꝯ̄ suppositū. aīns pz. q̄ sicut se hz subiectū ad subiectū ita scīa ad sciā. ſ subiectū sciētie de aīa non ꝯtinet̄ sub subiecto toti⁹ phīe natural̄. ergo nec scientia de aīa sub scientia naturali. Secūdo. Sciētia octaui phisicoꝝ est honorabilior ista. igit̄. aīns pz. q̄ in octauo phisicoꝝ tractat̄ de primo motore q̄ sine cōp̱atōe est nobilior ipa aīa. Tertio. Aīa rōnal̄ nō est actus corp̱is. ergo nō cadit sub ꝯsideratione phīe naturalis. aīns pz. q̄ si esset actus corp̱is nō exerceret op̱ationē sine corp̱e q̄d tamen est falsum. In oppositū est p̄hs in prima ꝓpositione hui⁹ libri.

Pro r̄nsiōe sciēdū est primo ꝙ vt d̄r duodecimo de aīalib⁹. in quolibet genere rerū necesse ē ꝯsiderare cōia: deinde propria vniuscuiusꝗ gn̄is. Cui⁹ rō est. q̄ nisi ſ fieret idē frequēter repeteret̄. sed reꝝ aīataruz quoddā cōmune principiū est ipa anima. q̄ cōe est oīb⁹ aīalib⁹ hr̄e aīaz. iō i ꝯsideratōe rerū aīataꝝ op̱tet pri⁹ ꝯsiderare d̄ aīa ⁊ d̄ alijs cōibus ipis aīatis. postea de ꝓprijs cuilibet aīali. Et sic ad tradendum scientiā de aīatis oportuit primo tradere sciaz de aīa in cōi: sic

facit Aristoteles. ⁊ deinde determiare ꝺ̄ singulis animatis. quod fit in sequētibꝰ libris Ex isto patet ordo huius libri inter libros naturales. precedit enim oēs libros de aialibus et alios insequitur.

Sciendū est secundo ꝙ bonoꝝ quedā sunt laudabilia alia vero honorabilia. Laudabilia sunt que ꝓpter aliū finez appetunt̄. Sz honorabilia sunt que ꝓpter seipa sunt appetibilia. Et q̄ꝛ sciētie practice querunt̄ nō ꝓpter se tm̄: ſꝫ ꝓpter opus. ideo scientie practice sunt laudabiles tm̄. sz speculatiue sunt ꝓpter seipas appetibiles. scz ꝓpter scire. ideo sciētie speculatiue sunt honorabiles et laudabiles simul. Verūtn̄ i scientijs speculatiuis sūt quidā gradꝰ ad honestatē. nā scia laudat̄ ex suo actu. Sz actꝰ ex duobꝰ laudat̄ scz ex obiecto. ⁊ mō seu q̄litate. sicut edificare meliꝰ ē ex ꝑte obiecti ꝙ̄ lectū facere. Et qn̄ scientie sunt circa idē obiectuz sumūt̄ gradus ꝙ̄tum ad modū agendi. qꝛ ꝙ̄to modus agendi est melior. tāto scientia est ꝑfectior. Igit̄ si ꝯsiderat̄ scia ex ꝑte obiecti illa sciētia melior ē q̄ est melioris obiecti. Si vero ꝯsiderat̄ ꝙ̄tum ad modū ꝓcedendi illa est nobilior que meliori mō ꝓcedit. Et sic vna est melior alia: vel qꝛ est nobilioris obiecti. vel qꝛ certiori mō ꝓcedit. Sz in quibusdā scientijs ista separant̄. qꝛ q̄dam sunt magis certe que tamen de rebus sunt minꝰ honorabilibꝰ. Alie vō sūt certiores ⁊ de magis honorabilibꝰ. Simpliciter tn̄ dignitas scientie principaliter attēditur ex ꝑte obiecti. nā vt dicit̄ decimo de aialibus: magis appetimus modicū scire de rebꝰ honorabilibꝰ ⁊ altissimis ꝙ̄uis illud sciamus rethorice ⁊ ꝓbabiliter. ꝙ̄ multa scire ꝑ certitudinē de rebꝰ minus honorabilibꝰ. qꝛ prime de se hn̄t nobilitatē. qꝛ ex obiecto a quo capiūt speciem. Alie vero habent ex qualitate siue modo tm̄.

Sit igitur hec conclusio prima q̄ñ sciam de rebus aiatis prius ꝯsiderādū est de aia. Hec ꝯclusio pꝫ ꝑ primū notabile

Conclusio secunda omnis sciētia est bona. Pꝫ. qꝛ omnis scia est ꝑfectio hominis inꝙ̄tū homo. qꝛ naturale desideriuz ē scire. vñ ꝙ̄uis aliq̄ scientie sint ꝓhibite. tn̄ hoc nō est ꝓpter ipsarū maliciā: ſꝫ ꝓpter maliciam hominū qui ipis abutūtur.

Cōclusio tertia. iter partes philosophie naturalis scientia de aia est melior et honorabilior. Probat phs. qꝛ vna scientia ꝺ̄ꝛ melior et honorabilior altera ꝓpt̄ duas causas. qꝛ vel ē de nobiliori subiecto vl' qꝛ certiori mō ꝓcedit. Sz ista scia ē nobilioris subiecti alijs ꝑtibꝰ phie naturalis. qꝛ est de aia. ⁊ est etiā certior. qꝛ illa que tradūtur de aia ⁊ potentijs eius experimur in nobis. quilibet em̄ experitur in seipso ꝙ hꝫ animā et oꝑationes ꝓcedētes a potentijs aie. Procedit etiā hec scia mō demōstratiuo.

Conclusio quarta sciētia de anima est vtilis ad oēm veritatez que traditur in alijs scientijs et ad om̄s ꝑtes phie naturalis. Patet. qꝛ nos nō possumꝰ venire ad cognoscendū altissimas causas de q̇bus ē methaphisica nisi mediāte cognitione aie ⁊ intellectꝰ possibilis. Nec possumꝰ cognoscere diuersas virtutes q̄ diuersis potētijs aie insunt de q̇bus agit̄ in moralibꝰ nisi cognoscamꝰ potētias aie. Nec possumꝰ cognoscere res naturales nisi cognoscamꝰ aiam. q̇a magna pars naturaliū est habens aiaz ⁊ fere in oibus est principiū motus. ē em̄ aia tāꝙ̄ principiū aialiū: vt ꝺ̄ꝛ in textu. Et capit̄ ibi tāꝙ̄ expressiue ⁊ nō similitudinarie. Itē dicit Tulius ꝙ om̄e honestū multas habet vtilitates sibi adiunctas. si igit̄ hec scia est honorabilis seq̄tur ꝙ est vtilis. Et si q̄ratur quid ꝯsideratur de anima in hoc libro. Rn̄det phūs ꝙ hic ꝯsiderat̄ de aia ꝙ̄tū ad substantiā ⁊ naturā eius. ⁊ ꝙ̄tum ad accidētia ipius quoꝝ alique sunt proprie passiōes anime: vt intelligere ⁊ velle. quedaz vero ꝑ animam insunt corpori. vt sunt sentire vel mouere se localiter.

Ad ratiōes ante oppositum.

Ad primā dicit̄ ꝙ licet aia nō cōtineatur sub subiecto phie natural' tāꝙ̄ pars eiꝰ subiectiua. tn̄ ꝯtinetur tanꝙ̄ principiū formale corporis aiati q̄ꝺ cōtinet̄ sub subiecto phie naturalis. vnde in scia superiori non solum ꝯsiderat̄ subiectū: ſꝫ etiā ꝑtes principia ⁊ ꝓprietates. iō vt vna scia sit pars alteriꝰ sufficit ꝙ ꝯsideret vel pricipia subiecti vl' ꝑtes vel passiones. Ad secūdā ꝺ̄ꝛ ꝙ in octauo phisicoꝝ determiat̄ pricipaliter de ꝑpetuitate motꝰ ⁊ nō de pmo motore nisi ꝑ habitudinē ad motū. Itē in hoc libro phs princi-

paliter facit cōsiderationē de aia. iō nō seq̄-
tur ꝙ illa scia sit honorabilior ista. Ad ter
tiā dꝫ ꝙ si aia rōnalis cōsideratur vt ē prin
cipiū formale corꝑis sic est de ꝯsideratione
ꝑbi naturalis. ꝟ si ꝯsideratur vt est separa-
ta vel sepabilis sic ē de ꝯsideratione metha
phisici. Sequitur in textu. Omnino
aūt et penitus difficilimoꝝ est.

Queritur secundo: vtrum Aia sit subiectū scientie hui⁹ libri. Arguit̄ ꝙ
nō. qꝛ nulla forma simplex pōt esse subiectū
accidētis. sed aia est hmōi. ergo. Secun-
do arguit̄. qꝛ de subiecto alicui⁹ scie dꝫ pre-
supponi q̊d est ꝛ qꝛ est. sed in hoc libro non
supponitur quid est ꝛ qꝛ est. sed ōndit̄. ergo
ꝛc. Tertio in moralib⁹ ꝯsideratur de aia
qꝛ ibi ꝯsiderat̄ de passionib⁹ ꝛ habitib⁹ aīe
ergo aia nō est subiectū hui⁹ scie. ꝯña tꝫ. qꝛ
subiectū scīe dꝫ eē adequatū illi scie. Quar
to sic. aia est subiectū inhesionis huius scie
Sciendū est tertio ꝙ vox est repercussio aeris respirati. sola em̄ aīalia respirantia dicūtur vocare. ⁊ iō aīalia non habētia sanguinē non respirant. ⁊ quedam aīalia habentia sanguinē non vocāt: vt pisces. ⁊ si pisces quandoqꝫ dicantur vocare: sicut pisces qui sunt in athileo. i. in illo flumine. vel mari: hoc est ideo ꝙ cum brachijs vel cū alio hmōi faciunt sonū similē voci: qui tamē non est vox. Unde quattuor sunt gn̄a aīaliū sanguinē nō habentia: vt dicit̄ in libro ꝺ aīalibus. s. aīalia mollis carnis exterius: vt sunt sepie. ⁊ aīalia mollis teste: vt cancri. et aīalia dure teste: vt conche ⁊ ostree. ⁊ aīalia que sunt corꝑis anulosi: vt apes ⁊ formice. nullū em̄ hoꝝ hꝫ sanguinē neqꝫ vocāt.

Sciendū est quarto ꝙ cor ⁊ pulmo sunt partes vehemēter calide. iō reqrūt aerē refrigidantē ⁊ temperantē calorē coꝝ. iō natura in aīalibus hn̄tibus pulmoneꝫ q̄ habēt magnū calorē ad cor ordinauit respirationē aeris ⁊ aspirationē ad refrigerium cordis. ⁊ se habet pulmo in respiratione ad modū follis recipientis ⁊ emittētis aerē. ⁊ ꝑ talem aspirationē ⁊ respirationē mēbra p̄ncipalia. s. cor ⁊ pulmo excellēter calida tēperant̄ in calore. Ex quo pꝫ ꝙ anima vtit̄ aere respirato ad duo opera. s. ad nutritionē caloris cordis tanq̄ ad aliquod necessariū. et ad locutionē ⁊ formationē vocis tāq̄ ad id quod est de bene esse ⁊ nō necessariū simpl'r sicut etiā natura lingua ad duo opera vtit̄. scꝫ ad gustū qui est necessari⁹ in q̄tum est discretius alimenti cōuenientis a discōuenienti. ⁊ etiā ad locutionē que non est necessaria simplicit̄. ꝫ bene de bene esse. vox em̄ fit ꝑ arteriaꝫ vocalē tanq̄ per ꝓpriū organū. quia aer respirat⁹ ⁊ tractus ad cor ⁊ pulmonē in virtute aīe repercutit̄ ad arteriā vocalē in q̄ repercussione fit vox. ⁊ ita arteria vocalis ē organū vocis. est em̄ arteria vocalis quedā vena vel aliquid siꝉe vene que est iuxta guttur ⁊ ꝯtinuatur lingue ⁊ pulmoni. ⁊ dicitur via sp̄ūs siue aeris. sic̄ vena ꝺ꞉ via sanguis sic pꝫ in quo modo causat̄ vox. Causat̄ enīꝫ qn̄ aer respiratus ⁊ attractus circa cor ad pulmonē per virtutē aīe repercutit̄ ad arteriam vocalē. ⁊ in illa reꝑcussione fit vox. ⁊ oꝫ aerē aspiratū retineri. q꞉ sine aere respirato non fieret vox.

Istis p̄dictis ponit̄ conclusio responsiua ad. q. Diffinitio vocis est sufficiēter assignata. Patet per ea que requiruntur ad bonā diffinitionē. ponit̄ em̄ reꝑcussio tanq̄ genus. ⁊ est ibi p̄dicatio causalis ⁊ nō formalis. Et ꝑ hoc ꝙ ꝺ꞉ aeris respirati ab aīa. excludūtur soni facti ab inaīatis. ⁊ ꝑ hoc ꝙ ꝺ꞉ ad arteriā vocalē excludūtur soni q̄ fiūt per alias partes inaīatas. per hoc etiā ꝙ ponitur ab aīa excludūtur soni qui fiunt ex necessitate nature: sicut tussis. Et q꞉ oīs vox fit mediāte ymagiatiōe ⁊ appetitu. ⁊ ita oīs vox signat naturaliter vel appetitū aīe vel aliquā ymaginationē sui vel alteri⁹ rei. vel etiam signat ad placitū. voces em̄ aīalium

brutoꝝ signaliť appetitū aīe cū aliq̄ ymagi
natiōe. ⁊ voces humane articulate signant
ad placitū ex impositōe. Ex quo potest pate
re ꝙ in formatione vocis tria sunt. s. ꝑcutiēs
quod est ipa aīa cū sua vi motiua. ⁊ ꝑcussuȝ
quod est arteria vocalis. ⁊ mediū qꝺ est aer
respiratus. q̄uis eñ aīa sit forma totius cor
poris. ⁊ in qualibet parte tota sit ſm eēntiā:
tñ principaliť dꝫ esse in corde q̄tum ad vim
motiuā. ⁊ ita aīa diciť esse in corde ⁊ pulmo-
ne. qꝛ in illis partibꝰ principaliter operať cū
cor sit principiū vite. res aūt dꝫ esse vbi opa
tur. Ex quo pꝫ ꝙ sola aīalia respirantia que
hn̄t pulmonē ⁊ arteriā vocalē formāt voces

Ad rationes ante oppositū.

Ad primam dꝫ ꝙ ibi est ꝓdicatio cālis. et
est sensus: vox est causatus ex repercussione
Ad secūdā pꝫ solutio ex dictis. Ad ter
tiam dicendū ꝙ ois vox in vlī est naturalis
⁊ signat naturalr: tñ aliqua vox ꝓut est arti
culata signat conceptū mentis ad placitū.
nihil eñ ꝓhibet aliq̄d in vniuersali cōceptū
esse naturale: ⁊ tamen ſm quandā circūstan
tiam esse voluntariū ⁊ ad placitū. sicut puni
re latrones ē de iure naturali. ſ punire ipos
hoc vel illo mō cadit sub iure positiuo et est
ad placitū. Silr naturale est homini loqui
⁊ vocare. ſ taliter vl taliť ⁊ ſm talē dearticu
lationē est voluntariū. Ad aliā dꝫ ꝙ aliȷ̄
soni non sunt ab anima ꝓpter appetitū vel
ymaginationē: ſ propter nature necessitatē.
Sequitur i textu. De odore aūt ⁊ olfacti-
bili minꝰ bñ est determinabile. olfactus

Queritur vicesimosecūdo vtrū

odor sit propriū obiectū olfactꝰ. Arguiť ꝙ
nō. qꝛ propriū obiectū alicuiꝰ potētie dꝫ esse
adequatū illi. ſ odor non adequať olfactui
Tum primo. qꝛ aliquis est odor qui non ꝑ-
cipitur ab olfactu nr̄o. ⁊ aliquis q̇ nō perci
piť ab olfactu brutoꝝ. sicut odor rosaꝝ. Tuȝ
secūdo. qꝛ olfactus non solū percipit odora
bile. ſ etiam nō odorabile. vt habeť in textu.
igiť ⁊c. Secūdo sic. odores ꝑcipiuntur a
gustu. qꝛ bene sapida bñ odorāt. ergo odor
non est propriū obiectū olfactus. In op
positū est Aristoteles in textu.

Pro responsione sciendū ē pri

mo ꝙ postq̄ phs determinauit de visibili ⁊
visu. audibili ⁊ auditu. ɔñter determinat
de odorabili ⁊ olfactu. Licet enim odores co
gnoscanť per sapores. prius tamē agit Ari-
stoteles de odorabili ⁊ odoratu qui percipit
suum obiectū per medium extraneum: sicut
visus ⁊ auditus. q̄ de sapore ⁊ gustu q̇ per-
cipit suū obiectum per mediū intraneū.

Sciendum est secundo: ꝙ diffi-

cilius est determinare de odoribus q̄ de co-
loribus ⁊ sonis. Cuiꝰ ratio est. qꝛ homo inť
cetera animalia hꝫ maius cerebrū in propor
tione ad alias partes corpis. Cerebrū autē
est humidū ⁊ frigidū. ⁊ odor consistit in ca-
lido et sicco. et qꝛ organū dꝫ esse proportiōa
tū suo obiecto: oportet organū olfactus esse
calidū ⁊ siccum. quia ergo in homine orga-
num olfactus contrahit humiditatem ⁊ sic-
citatē a cerebro qꝺ est maximum in nobis. iō
habent sensum peiorē aliȷ̄s animalibus. ꝓ-
pter quod homines differētias odoꝝ medio
rum nō discernūt nisi referendo ad sapores
ſ solū excellentes odores facientes delecta-
tionē vel tristiciā. Unde sicut quedā aīalia
duros oculos habentia: vt sunt locuste. non
percipiūt parua visibilia. ita etiā nos n̄ odo
ramus nisi odores excellentes.

Sciendū est tertio ꝙ qꝛ nos nō

bene percipimus differentias odoꝝ discer-
nimus eas per analogiam ⁊ proportionem
ad gustū. Cuius ratio est. qꝛ homo est opti-
mi gustus ⁊ mali olfactꝰ. adeo discernit spēs
odoꝝ per species sapoꝝ. Qꝛ aūt habeat cer
tissimū gustū. pꝫ ex eo ꝙ gustus est quidam
tactus. tactus eñ in hominibꝰ est certissimꝰ:
eo ꝙ complexio hominis inter cetera aīalia
maxime est reducta ad equalitateȝ: ⁊ recedit
ab excellentia qualitatū primaꝝ. ita ꝙ orga
nū tactus in homine inq̄tuȝ possibile est de
nudatū est ab excellentiȷ̄s qualitatū prima
rum. Ex quo sequitur ꝙ homo est prudētis-
simū animaliū. qꝛ in genere hominū ex sen-
su tactus percipimus ꝙ aliqui sūt ingenio
si ⁊ aliqui non. quod non facimꝰ ex alio sen
su. q̇ enim habent carnē durā ⁊ malū tactuȝ
sunt inepti mente. qui vero sunt molles car
ne ⁊ habent bonū tactum sunt apti mente.
vt dicit phs in textu. alia eñ aīalia hn̄t duri
orē tactū q̄ hō. Unde signū boni tactus est
raritas in cōplexione. tenuitas vnguiū. sua
uitas carnis. ⁊ subtilitas oculoꝝ.

Istis notatis sit cōclusio respō-

siua ad. q. Odor est propriū obiectū olfactꝰ.

Probatur hec cōclusio sicut ꝓbatū est de colore ꝛ sono. nihil eñ percipit ab olfactu nisi odor ꝛ reducibile ad odorē. sicut eñ visus ē visibilis ꝛ inuisibilis. ꝛ auditus audibilis ꝛ inaudibilis. ita olfactus est odorabilis ꝛ inodorabilis. ꝫ nō odorabile dicit̄ tripliciter. aut ꝙ oino non pōt hr̄e odorem: sicut corpa simplicia. aut q: hꝫ parū de odore: vt quidā lapis: ꝛ q̄dam gn̄a metallorꝝ. aut quod puum habet odorē: sicut sulphur. ꝛ ita de inuisibili. ꝛ nō audibili. silr̄ de nō gustabili. ꝛ nō tāgibili. ista aūt silr̄ multipliciter dicūtur.

Dubitatur primo vtrum aptitudo

mentis magis correspōdeat bonitati tact⁹ ꝙ̄ visus. Videt̄ ꝙ nō. q: visus est spūalior inter oīs sensus. ꝛ plures rerꝝ differentias nobis ostendit. iō d: cōiter vt etiam dicit. p. ꝙ visus ꝛ auditus sens⁹ mor⁹ discipline. tactus aūt inter oēs alios sensus est magis materialis et vicinior potentijs vegetatiuis. Oppositū dicit. p. in. t. Ad dubiū r̄ndet̄ ꝙ̄ duplici de cā bonitas mentis corr̄ndet bonitati tactus. Prima est. q: tactus est fundamentū oim sensuū. organū eñ tact⁹ expādit̄ per totū corpus ad modū rethis. ꝛ ex sensu tact⁹ hꝫ aial ꝙ sit aial. iō cū hꝫ meliorē tactū hꝫ meliorem naturā sensitiuā. ꝛ cū bonitas sensus sit dispositio ad bonitatē intellectus cū nihil cognoscam⁹ nisi ꝑ ministeriū sens⁹ seq̇tur ꝙ qui habent meliorē tactū meliorem hn̄t intellectum. Ex hoc aūt ꝙ aliq̇s hꝫ meliorē visum vel auditū nō propter hoc simpliciter d: melioris nature sensitiue: nisi solū ꝫm quid. s. in illa parte in qua est visus vl̄ auditus. Secūda est q: bonitas tactus ꝯsequit̄ cōtemperantiā in cōplexione. Et ꝙ̄uis organū tactus nō possit esse oino denudatum a q̄litatibus tangibilibus: eo ꝙ est compositū ex quattuor elemētis. oꝫ tn̄ ꝙ sit i potentia ad excellentias qualitatū tangibiliū per hoc ꝙ est reductū ad medium. ꝛ ꝙ̄to organū tactus est magis reductū ad medium tanto magis tact⁹ ꝑcipit excellentias qualitatū tangibiliū. ꝛ tanto cōplexio corporis ē melior. ꝛ cū ad bonā cōplexionē corpis seq̄tur nobilitas aie. q: oīs forme ꝑportionatur materie ꝛ aie insequūtur corpa: vt dicit phs in libro de phisonomia: sequitur ꝙ qui sunt melioris tactus sunt melioris aie ꝛ ꝑfectioris mentis: si mentē habeant.

Dubitatur secūdo cū homo habeat

certissimū tactū quare spēs odorꝝ dnominant̄ a spēb⁹ saporꝝ magis ꝙ̄ a q̄litatib⁹ tangibilib⁹ q̄ ꝑcipiūtur tactu. R̄ndet̄ ꝙ cā ē. q: odor ꝛ sapor sumūtur ex cōmixtiōe q̄litatū elemētorꝝ. sapor eñ sumit̄ in calido ꝛ humido aqueo digesto. odor aūt in sicco humido aereo. ꝛ iō spēs odorꝝ magis r̄ndent spēb⁹ saporꝝ ꝙ̄ simplicib⁹ q̄litatib⁹ tangibilib⁹ ꝛ ita noiam⁹ spēs odorꝝ ꝑ spēs saporꝝ eo ꝙ hēm⁹ bonū gustū ꝛ malū soporatū ꝛ ꝑpter affinitatē ꝑdictā quā hn̄t odores ad sapores

Dubitat̄ tertio an semper spēs

odorꝝ correspōdeāt speciēb⁹ saporꝝ sic ꝙ illa q̄ habent dulcē odorē habeāt dulcē saporē. R̄ndet̄ ꝙ nō sp. Cui⁹ cā est. q: sapor cōsistit in hūido aqueo aliqualit̄ digesto ꝑ calidum odor aūt ꝯsistit in hūido aereo aliq̄liter temperato ex actione enchimi sicci in ipm. ꝯtingit aūt quādoq; vtrāq; substātiā. s. subtilem aereā: ꝛ aqueam esse certius cōmixtā ꝫm debitā cōmixtionē. ꝛ sic suauitas odorꝝ ꝛ saporū correspōdēt sibi inuicē. Si vo sit debito mō ꝑportionata in vno ꝛ nō in altero erit i vno suauitas ꝛ non in altero. Et sicut dictum est de dulci ꝛ amaro que sunt extrema in saporibus: ꝛ transferūtur ad odores extremos. ita etiā noia saporꝝ mediorꝝ attribuūtur odoribus medijs. sicut eñ d: sapor acetosus auster⁹ pōtic⁹. acut⁹: ꝛ pinguis. ita noiant̄ odores

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā d: ꝙ nihil percipit̄ ab olfactu nisi sub rōe odoris. ꝛ ita nō odorabile ꝑcipitur ab olfactu ꝑ ꝙ̄to est priuatio odoris nō oꝫ etiā ꝙ q̄libꝫ genus aialiū ꝑcipiat quoscūq; odores. q: accidit olfactui in cōi ꝙ sit in organo sic disposito in tali spē aialis vel tali. Ad secūdā d: ꝙ odores nō ꝑcipiunt̄ a gustu. ꝙ̄uis eñ odorabile sit gustabile per accñs. nō tn̄ est intelligendū ꝙ odor ꝑcipiat̄ a gustu. vt satis declaratū est pri⁹ Sequitur in textu. Est aūt olfactus ꝛc. multiplicari odore

Queritur vicesimotertio vtrum

odor multiplicet̄ realit̄ ꝑ mediū aut solū intētionalit̄. Arguit̄ ꝙ multiplicet̄ realiter. q: vt dicit Auicēna poma odorifera ꝑ hoc ꝙ odorant̄ desiccant̄ ꝛ ꝯhūt rugas: qd̄ nō eet nisi esset realis defluxus odoris a corpe odorifero. Secūdo. odor est quedam fuma-

lis euaporatio. vt dicit. p. in de sensu ⁊ sensa to. fumalis aũt euaporatio est aliquid reale igiẗ diffundiẗ realiter. Tertio. expti sũt venatores ꝙ quedã bestie siluestres qñ appropinquãt loco in quo debẽt qescere faciũt qsdã magnos saltꝰ vt interrũpatẗ via canibus vt canes non possint eas inuenire. sed cũ se mouent ab eis resoluũtur quidã vapores ꝑ quos a canibus inueniũtur. quod non esset nisi odor esset quidã realis defluxus. ¶ In oppositũ arguiẗ tribus rõnibꝰ cõmentatoris Prima rõ. qꝛ cygni ⁊ vultures venerũt a qnquaginta miliaribꝰ ad bellũ troianũ propẗ corpa occisa. ⁊ tamen si cadauera fuissent resoluta igne vltra cuiꝰ raritatẽ nõ ẽ maior raritas ñ potuissent se diffundere per tale spaciũ ⁊ maxime cũ odor orbiculariter diffũdatur. ergo oꝫ odorẽ multiplicari intẽtionaliẗ in medio. Secũda ratio est. Si odor multiplicaretur realiẗ per mediũ sequereẗ ꝙ duo corpora essent simul ⁊ ꝙ esset penetratio dimensionũ. Tertia rõ. corpus simplex nõ potest esse subiectũ odoris eo ꝙ odor est qualitas secunda. ergo oꝫ. ꝙ sit ĩ aliquo subiecto mixto ⁊ non in aere: si multiplicetur realiter ꝭ hoc est impossibile: vt pꝫ per precedentem rõem. qꝛ esset penetratio dimensionũ.

Pro responsione sciendum est

primo ꝙ postꝙ. p. determinauit de odorabili cõsequenẗ determinat de immutatione medij ⁊ organi odoratus ab odorabili. ⁊ prio de immutatione medij.

Pro quo sciendũ est secũdo ꝙ

propriũ mediũ odoris est aer aut aqua. qđ ꝓbat. p. qꝛ tam aialia aquatica ꝙ aialia ĩ aere viuẽtia: siue habeant sanguinẽ siue non: ꝑcipiũt odorẽ a longe eo ꝙ currũt de lõginquo ad nutrimentũ. quod non esset nisi mouerentur ab odore.

Sciendũ est tertio ꝙ quidaꝫ dixerũt oẽm sensum ꝑfici ꝑ quẽdã ꝯtactũ. ita

ꝙ oꝫ sensuꝫ ⁊ sensibile se tãgere ad hͦ ꝙ fiat sensatio. ꝭ tñ aliẗ assumpserẗ hͦ accidere in visu ⁊ aliter in alijs sensibꝰ. qꝛ dixerẗ ꝙ a visu egrediũẗ linee visuales ꝓcedẽtes vsqꝫ ad rẽ visaꝫ. ⁊ ꝑ hoc ꝙ tangũt visibile ꝑficiẗ visio Sꝫ in alijs sensibꝰ dicebãt ecõuerso ꝙ sensibile venit ad sensũ: sicꝫ manifestũ ẽ in gustu. ⁊ tactu. ⁊ siliꝛ ĩ auditu. nã sonꝰ venit ad auditũ ꝑ motũ localẽ. ⁊ siliꝛ dicebãt in olfactu ꝙ a corpe odorifero egrediẗ quedã fumalis euaporatio in q̃ ẽ odor q̃ deuenit ad sensuꝫ olfactꝰ. Isti aũt qui nihil perceperũt de immutatione spũali. s. antiqui: solũ ꝯsiderauerũt immutationẽ realẽ ⁊ materialẽ. modo in alijs sensibus apparet manifeste quedã materialis immutatio. soni eñ ⁊ odores deferũtur per mediũ ⁊ impediũtur per ventos. siliꝛ corpus tangibile: vt calidũ ⁊ frigidũ calefacit mediũ realiter. Etiã dixerũt in istis quattuor sensibus sensibile venire ad sensuꝫ. ꝭ qꝛ colores in medio nõ impediũtur ꝑ vẽtos. etiam qꝛ species colorũ sũt similiter in aere. nõ sic aũt est in alijs sensibꝰ. ⁊ ita isti nõ percipientes immutatõnẽ spũalẽ: quare dixerũt ꝙ visus fit extramittẽdo ꝑ emissionẽ luminis a visu ad rem visam. ꝭ qꝛ percipiebant immutationẽ qua medium immutatẗ ab alijs sensibilibꝰ dixerẗ talia sẽsibilia venire ad sensuꝫ

Conclusio responsiua ad q̃situ.

Odor multiplicatẗ in medio realiẗ vsqꝫ ad certã distantiã: ⁊ vltra intẽtionaliẗ. Prima ꝑs pꝫ. qꝛ odores impediũtur ꝑ vẽtos qđ nõ eẽt si solũ intẽtionaliẗ mltiplicenẗ in medio. vẽtus eñ nõ ipedit multiplicatõeꝫ colorꝝ ĩ medio. igiẗ ⁊c. Et etiã hoc probãt rões ⁊ exempla adducta añ oppositũ. Secũda ꝑs patꝫ ꝑ rões factas post oppositũ. Patꝫ aliũde. qꝛ sensibile positũ supra sensuꝫ nõ facit sensationẽ. ergo oꝫ ꝙ intẽtionaliter odor multiplicetẗ per aliquã partẽ medij.

Dubitatur primo qualiter organu olfactꝰ imutatẗ ab odore.

Rñdetẗ ꝙ odor vsqꝫ ad certã distãtiã multiplicatẗ realiẗ ⁊ deferẗ cũ q̃dã fumali euaporatiõe: ⁊ vltra immutatꝰ mediũ intentiõaliter. ⁊ mediũ motũ immutat organũ olfactꝰ. q̃ quidẽ olfactꝰ ẽ in potẽtia ad odores sicut visus ad colores.

Dubitatur secũdo vtruꝫ hoies ⁊ alia aialia habeant eundẽ sensuꝫ olfactꝰ.

Arguiẗ ꝙ nõ. qꝛ si sic: siliꝛ odorarẽt. ꝭ nõ siliꝛ odorant. nã hoies odorant nisi respirando nec a longe nec a prope. ꝭ quedam alia aialia sine respirando odorant. ¶ Oppositum tamen arguitur duabus rõnibus textꝰ. Prima ratio est. potentie distinguũtur ꝑ actꝰ et actus ꝑ obiecta. ꝭ est idem obiectũ odorãs hominis ⁊ alioꝝ animaliũ. qꝛ tam homines ꝙ alia animalia ꝑcipiũt odores ꝑ olfactũ. igitur habent vnũ ⁊ eundẽ sensuꝫ olfactus.

Secunda ratio. eiusdē potentie sunt ea-
dem corrūpentia. ꝫ sensus odoratus in ho-
minib⁹ et alijs aialib⁹ corrūpitur a fortib⁹
odorib⁹: sicut a sulphure. g̃ hn̄t eundē sensū
Ad dubiū rn̄det phūs ꝙ tam aialia respi
rantia q̄ nō respirātia hn̄t eūdē sensuȝ odo
ratus. ꝫ solum est differentia in modo odo-
randi qui nō variat sensus. Prima pars pꝫ
ꝑ rationes factas post oppositū dubij. Se
cūdā partē declarat. p. q: sicut aialia hn̄tia
palpebras in oculis nō vidēt nisi palpebris
eleuatis. ⁊ aialia hn̄tia oculos duros sine pal
pebris statim vident ea q̄ sunt in loco luci-
do. ita etiā aialia respirātia hn̄t organū olfa
ctus coopꝑtū quodā coopculo ⁊ nō possunt
odorare nisi eleuet̄ hmōi coopculū ꝑ respi-
rationē. aialia vero nō respirātia nō hn̄t co
operculū supra organū odorat⁹. ⁊ ita statiȝ
odorāt in aere vel aqua sine respiratōe. veꝝ
est tn̄ ꝙ nō est oīno simile: ꝫ ē dissimilitudo
in hoc ꝙ homines ⁊ aialia respirantia hn̄t
peiorē olfactū q̄ aialia nō respirantia. ꝫ ecō
tra habentia palbebras habent meliorē vi
sum q̄ nō habentia palpebras q̄ hn̄t duos
oculos. quia nō immutant̄ nisi a fortib⁹ co
loribus. Animalia vero habētia palpebras
hn̄t oculos claros ⁊ faciliter immutātur ab
omni genere coloꝝ. ⁊ ꝓpter hoc ad defēsio-
nem oculoꝝ habent palpebras. Vn̄ dicit te
xtus ꝙ ꝓprium est homini nō odorare sine
respiratione. non tamen ꝓprium in quarto
mō. ꝫ in secundo modo qđ cōuenit omni. ꝫ
nō soli. vn̄ necessitas respirādi in odorādo
ꝓuenit ex hoc ꝙ organū olfactus in homie
est coopꝑtū et clausum ꝓpter caliditatē ⁊ hu
miditātē cerebri qđ maius est in homie q̄ in
alijs aialib⁹ ꝫm q̄titatem corporis. ideo vt
eleuetur illud coopculū quo coopit̄ or-
ganuȝ olfactus in homine in odorando in-
diget respiratione.

Dubitatur vltimo circa vnum
notabile prius posituȝ q̄re magis fit spūalis
īmutatio a visibili q̄ ab alijs sensibilib⁹ im
mutantib⁹. Rn̄det ꝙ cā est. q: visibiles q̄li
tates insunt corporib⁹ corruptibilib⁹ ꝫm ꝙ
cōmunicāt in aliq̄ materia cōi. scȝ i dyapha
nitate cū corporib⁹ incorruptibilib⁹. ⁊ ideo
qualitates visibiles hn̄t esse formali⁹ ⁊ no-
bilius q̄ reliqua sensibilia que solū inueniū
tur in corporibus corruptibilib⁹. ⁊ ita visibi
le immutat totū mediū spūaliter.

Ad rationes ante oppositum:
Ad primā đ: ꝙ odor multiplicat̄ realiter
vsq̄ ad certā distantiā. verū est tn̄ ꝙ poma
diu odorata desiccant̄. ⁊ sic cōtrahūt rugas
ꝓpter exalationē humorū manu tenentiuȝ
pomū. Ad secundaȝ đ: ꝙ ibi est p̄dicatio
causalis. odor est fumalis euaporatio. sens⁹
enī est ꝙ odor multiplicet̄ per fumalem eua
porationē. vel ꝙ odor est in fumali euapo-
ratione vt in subiecto. Tertia rō bene ꝓbat
ꝙ colores vsq̄ ad certā distantiā multipli-
cantur realiter i medio. Ad rōes post op-
positū pōt dici. Ad exēplū ꝯmētatoris ꝙ ꝑ
flatū ventoꝝ de ꝑte ista fuerūt q̄dā fumales
euaporatōes resolute a cadauerib⁹ vsq̄ ad
locū in quo erāt cygni ⁊ vultures. vł pōt di
ci ꝙ vultures ⁊ cygni venerunt ad cadaue-
ra nō q: mouerēt a cadauerib⁹. ꝫ q: sūt aues
altissimi volat⁹ et acutissimi vis⁹ ꝓpt̄ qđ vi
dēt cadauera. Vł pōt dici ꝙ odores cada-
uerū mltiplicati sūt i medio ꝑtim realit̄. ⁊ par
tim intētionalr̄. Ad tertiā đ: negādo. q̇a
ꝓpter h̄ nō seq̄tur ꝙ duo corpa sint simul q̄
uis enī fumalł euaporatio sit qđdā corpus
subtile in q̊ ē odor. tn̄ pōt recipi in aere eo ꝙ
aer sibi cedit. q: ē facił diuisiōis. Et ad aliā
đ: ꝙ odor realr̄ ē in fumali euaporatōe sic̄ i
subiecto. Possȝ tn̄ dici ꝙ odor possȝ eē in a-
ere vt i subiecto. q: aer iste q̇ ē ꝓpe terrā nō
ē elemētū purū: ꝫ ē quodāmō mixtū. iō post
ea dicet̄ i isto. 2. ꝙ aer fetet. ꝫ spēs odorū mlti
plicati sūt in aere intētionalr̄ vt in deferēte
Seq̄tur text⁹. Gustabile aūt ⁊c̄.

Queritur vicesimoquarto vtrū
sapor sit ꝓpriū obiectū gustus. Arguit̄ ꝙ
nō. obiectū gust⁹ se đȝ hre ad obiectū tact⁹
sicut inferius ad supius. ꝫ sapor non ꝯtinet̄
sub obiecto tact⁹ qđ est ipe qualitates p̄me
igit̄ ⁊c̄. maior pȝ. q: gust⁹ est quidā tact⁹. g̊
gustabile đȝ esse quoddā tangibile. ⁊ h̄ etiā
habet̄ in textu. minor pȝ. q: sapor nō est q̄li-
tas tangibilis. Secūdo illud ē obiectū gu-
stus sub cui⁹ rōe fert̄ gust⁹ in oē illud in qđ
fert̄. ꝫ sub rōe hūidi saliualis gust⁹ ꝑcipit oē
illud qđ ꝑcipit. ergo hūidū saliuale ē obie-
ctū gustus. In oppositū ē phs in textu.

Sciendum est primo ꝙ postq̄
phūs determinauit đ visibili gustu. audibili. ⁊
auditu olfactibili ⁊ olfactu. ꝯn̄t determinat de
gustabili ⁊ gustu. ⁊ q: circa quēlibȝ sensum

tria sunt ꝯsideranda.s.mediū.obiectū:⁊ or-ganū.ideo in presenti q̄stione videbitur de istis tribus per ordinē.primo tñ de medio.se cūdo de obiecto:⁊ tertio de organo.

Sciendū est secūdo ꝙ oīnis sensus percipit suū obiectū per aliquod mediū Nam sensibile positū supra sensum nō facit sensationē. Sȝ duplex est mediū:quoddā est intraneū:⁊ aliud est extraneū. Vñ visus:au ditus:⁊ olfact⁹ ꝑcipiūt sua obiecta ꝑ mediū extraneū:puta per aerē vel aquā. Sed gust⁹ ⁊ tactus percipiūt sua obiecta ꝑ mediū itra neū:⁊ est extremitas lingue. Sȝ ꝯ hoc obij-ceret̃ ꝓbando ꝙ mediū gustus nō sit intra-neū.q: si in aqua dissoluat̃ corpus sapiduȝ puta mel.⁊ essemus in aqua distantes ab il-lo corpore nos sentiremus illud corpus esse sapidū:⁊ hoc per mediū extraneum. Rñdet pħs ad hoc ꝙ nos sentim⁹ sapores tal' cor-poris pro q̄to miscet̃ aque.sicut apparet in potu in quo si ponat̃ mel ꝑcipim⁹ dulcedīeȝ eius. nō ergo sentimus saporeȝ talis corꝑis pro q̄to miscet̃ aque.sed saporē in aqua im mutata a tali corꝑe que quidē aqua immu tata tāgit linguā. Cuius signū est. q: min⁹ intense immutat gustū.eo ꝙ ille sapor debi-litatur per admixtionē aque.

Ulterius sciendū ꝙ nihil sentit̃ per gustū sine humiditate. sicut eñ nō vide tur color sine lumie:sic nec sapor sine humi-do.oȝ g° oīne gustabile h̄re hūiditatem actu vel potētia.actu quidē sicut est hic quod su-mit̃ per modū pot⁹ vt vinū vl' aliq̄d hmōi. potētia v° sicut est aliq̄d q̄d sumit̃ ꝑ modū cibi:⁊ propt̃ hoc oȝ ꝙ sit saliua in ore. ⁊ sit etiā sup̄ linguā vt possimus recipe oēs sapo res.ita ꝙ ista saliua nō habeat aliquē sapo-rē in se.ȝ sit indifferens ad oēm saporē. non tñ intelligendū ē ꝙ saliua sit ꝓpriū ⁊ primū mediū gustus.ymo caro q̄ est supra linguaȝ Deinde videndū est de obiecto gustus.

Pro quo sit cōclusio respōsiua ad.q.ꝙ sapor est ꝓpriū obiectū gustus.pro-batur hec ꝯclusio sicut pri⁹ probatum est de colore in ordine ad visum. nihil eñ percipit gustus nisi sapidū:vl' insapidū pro quanto insapidū reducit̃ ad sapiduȝ sic tenebra ad lucē. Sed q: gustabile actu est quoddā hūi-dū aqueū q̄d est potabile.iō videt̃ ꝙ potabi le ⁊ nō potabile sunt principiū eoꝝ q̄ gustu ꝑcipim⁹.gust⁹ eñ ꝑcipit ambo.ȝ vnū vt cō ueniens.s.potabile.aliud vt prauū ⁊ corru ptiuū gustus sicut nō gustabile. Vñ potabi le cōe est tactui ⁊ gustui.nā est tact⁹ vt humi dū,⁊ ē gust⁹ vt sapidū.nā hūidū aqueuȝ est principiū saporis.q: sapor fundat̃ in hūido aqueo.⁊ nūq̄ percipit̃ sapor sine tali hūido quia nō pōt esse in actu sine eo. Deinde vi-dendū est de organo gustus.

Pro quo sciendū est quarto ꝙ organū gustus est quidā neruus diffusus su pra latitudinē lingue. q̄d quidē organū nō dȝ actu esse hūidū.nec dȝ eē tale ꝙ nō possit fieri humidū sicut organū visus nō dȝ h̄re aliquē colorē ȝ esse susceptiuū coloꝝ.gustus eñ patit̃ a gustabili sicut quilibet sensus pa titur a suo sensibili.nō gustabile in actu est hūidū in actu.iō oȝ organū gustus esse hūi-dū in potentia.⁊ cū iam passuȝ est actu ē hu mectatū.saluat̃ tñ in sua natura vt possit gu stare:ita oȝ ꝙ de sua natura sit preseruatum ab intēsa hūiditate ⁊ intēsa siccitate. ⁊ hoc pȝ a signo.nam lingua exñs sicca nō potest gustare.neq̄ exñs valde humida. q: q̄n est valde humida hūiditate ꝑcedēte tunc in ea fit sensus primi hūidi. ⁊ nō supuenietis. sic cū aliquis gustauerit fortē saporē ⁊ postea gustet aliū saporē non ꝑcipiet.q: adhuc ma net gustus saporis in lingua. sic in febricitā tibus q̄bus oīa vident̃ amara.q: sentiunt ꝑ linguā plenā amara humiditate.s.colera. sic ergo pȝ ꝙ organū gustus dȝ esse tale in potētia quale est gustabile in actu. Sed tunc mouentur aliqua dubia.

Dubitatur prio vtrū gustus sit quidā tactus. Videt̃ ꝙ nō.q: si sic.eēt q̄daȝ spēs tactus.ȝ spēs nō ponit in numerū con tra gen⁹. ergo nō essent q̄nq̄ sensus exterio res. Oppositū tñ dicit.p.in textu. Ad du biū rñdet̃ ꝙ gust⁹ ⁊ tact⁹ possunt dupl'r ca-pi. Uno mō q̄tū ad actū sentiēdi. ⁊ isto mō gust⁹ est q̄dam tact⁹. q: ꝑcipit suū obiectuȝ tangendo ⁊ ꝑcipit etiā suū obiectū ꝑ mediū intraneū sic tact⁹.⁊ etiā gustabile est quod-dā tangibile.q: oīne sapidū est hūidū. Alio mō pñt ꝯsiderari gust⁹ ⁊ tactus q̄tū ad sua obiecta formaliter accepta.⁊ sic oȝ dicere ꝙ sic se hȝ obiectū gust⁹ ad obiectū tact⁹:ita se hȝ sensus gust⁹ ad sensuȝ tact⁹.⁊ q: sapor q̄ est obiectū gust⁹ ē q̄litas secūda:⁊ nō aliqua

q̄litatū tágibiliū simpliciū. iō ip̄e sapoꝛ cau-
saṫ a q̄litatib⁹ tangibilib⁹. ⁊ fundaṫ in hūi-
do sic̄ in natura ꝓpꝛia. iō etiá sensus gust⁹ n̄
est id qđ sensus tactus. ẜ in eo radicaṫ ⁊ fun
daṫ sicut sapoꝛ fundaṫ in hūido. Vn̄ hūidū
in q̄tū hmōi nō immutat sensum gust⁹. ẜ in
q̄tū sapidū. ⁊ hoc ē qđ solet dici cōib⁹ vbis
ꝙ gust⁹ pōt dupl'r ꝯsiderari. Uno mō vt est
discretiu⁹ sapoꝝ. ⁊ sic nō est necessari⁹ omni
aiali. Potest etiá capi vt ē q̇dam tact⁹ ꝓut
scȝ ꝑcipit q̄litates tágibiles: ⁊ ꝓut ē sensus
alimenti. ⁊ isto mō est necessari⁹ omi aiali. ⁊
est q̇dam tact⁹. Vn̄ dicebaṫ in tertio ethico
rū ꝙ temꝑantia nō est circa delectatiōes gu
stus accipiēdo gustū pꝛimo mō. scȝ vt est di-
scretiuus sapoꝝ. ná pꝛobatoꝛes vinoꝝ eēnt
intemꝑati. sed intemperantia est circa dele-
ctationes gust⁹: vt gustus est quidá tactus.

Dubitatur secūdo scilicet quot sunt spēs sapoꝛis. Rn̄deṫ ꝙ sunt septē. scȝ. dulce. amarū. pingue. salsuȝ. acre siue aceto sum: seu austerū. ponticū: siue stipticū. ⁊ acu tū. quaꝝ sufficientia sic pōt hri. qꝛ oīs sapoꝛ aut est medius: aut extrem⁹. Si extrem⁹: sic sunt sapoꝛ dulcis ⁊ amar⁹. Si medi⁹: hoc ē dupl'r. aut est medius ꝑ eque distantiá ab ex tremis: aut non. Si pꝛimū: sic est sapoꝛ acu tus. si secundū: hoc est dupliciṫ. aut mediat inter dulce ⁊ acutū: aut inter amarū ⁊ acutū Si pꝛimū: hoc est dupl'r. qꝛ vel magis appꝛo pinquat dulci: ⁊ sic ē pingue. vel magis acu to. ⁊ sic est acre austerus. si vero mediet inter amarū ⁊ acutū. hoc est dupl'r. qꝛ vel magis ꝓ pinquat amaro: ⁊ sic est salsus. vel acuto: et sic est pontic⁹ sapoꝛ: cui⁹ sapoꝛis sunt fruct⁹ nondū maturi. Et est aduertendū ꝙ licet sa poꝛ causetur a q̄litatib⁹ pꝛimis ⁊ ꝯ̄ria sunt q̄ maxime a se distant. tn̄ ẜm maximá distátiá q̄litatū pꝛimaꝝ nō attēdiṫ contrarietas nec differentia in specieb⁹ sapoꝛis: ẜ in oꝛdie ad gustū. Vn̄ nō est necesse dulce vel amarū eē maxime calidū vel frigidū. humidū vel sic- cū. ẜ decet ꝙ habeant imutare gustū cū hoꝛ- roꝛe vel suauitate. Pȝ igiṫ rn̄sio ad q̄situm. pȝ de obiecto medio ⁊ oꝛgano gust⁹. Deter- miare aūt de natura ⁊ gn̄atiōe sapoꝝ ꝑtinet ad libꝛū de sensu ⁊ sensato. iō ad pn̄s suffici at ostendere q̇d sit obiectū oꝛganū ⁊ mediū gustus. Tunc ad rationes āte oppositum satis patet ex dictis. Sequitur in textu. De tangibili autem. ⁊c̄.

Tac Gus

Queritur vicesimoquito vtruȝ sensus tactus sit vnus sensus aut plures. Arguiṫ ꝙ sit vnus. qꝛ si tactus esset pl'es seq̄ reṫ ꝙ essent plures sensus exterioꝛes q̄ quin q̄. ꝯn̄s est fl'm. igiṫ. ⁊c̄. Secūdo arguiṫ sic sensus tactus capit vnitatē a subiecto. ẜ po tentia actiua hȝ vnū subiectū siue oꝛganū. s. quendá velū expansum ꝑ totū coꝛp⁹ ad mo dū rethis. ergo tactus est vn⁹ sensus Ter tio sic. si tact⁹ nō esset vn⁹ sensus hoc eēt qꝛ esset pluriū ꝯ̄rietatū ꝑceptiu⁹. ẜ nō ꝓpṫ hoc est plures. qꝛ etiá q̇libet alioꝝ sensuū est ꝑce ptiu⁹ ꝯ̄rietatū pluriū. s. visus ē albi ⁊ nigri: turpis ⁊ pulchꝛi. audit⁹ etiá ē ꝑceptiu⁹ acu- ti ⁊ grauis circa vocē. magnū ⁊ paruū: aspe rū ⁊ lene. igiṫ tact⁹ nō pꝛopter hoc est pl'es: qꝛ ꝑcipit plures q̄litates. ¶Ad oppositum est pħs in textu.

Sciēdū est pꝛimo ꝙ postq̄ phi losophus determiauit de visibili ⁊ visu. au dibili ⁊ auditu. odoꝛabili ⁊ odoꝛatu. gusta- bili ⁊ gustu. ꝯn̄r determiat vltimo de tangi- bili ⁊ tactu. qꝛ inṫ oēs alios sensus tact⁹ est min⁹ spūalis q̄uis sit fundamētū oīȝ alioꝝ.

Scienduȝ est secundo ꝙ quātū ad ea q̄ inquirenda sunt circa tactū eadem ratio ē de tactu ⁊ tangibili. ná si tact⁹ nō sit vn⁹ sensus ẜ plures nō erit vnū gen⁹ tágibi liū ẜ pl'a. Moueṫ igiṫ. p. duas dubitatiōes circa tactū. quaꝝ pꝛima ē pn̄s q̄stio. Secun da est de oꝛgano tactus an sit caro: vel q̇d.

Sciendū est tertio ꝙ organum tact⁹ est vnū subiectū ⁊ diuersuȝ foꝛmaliter ⁊ rōne. ná oꝛganū tact⁹ est q̇dá neru⁹ expan sus ꝑ carnē ad modū rethis cōsistēs in pꝛo poꝛtiōe media q̄litatū tangibiliū. ⁊ ita ē cuȝ ille neru⁹ sit vn⁹: oꝛganū tact⁹ ē vnū natu- raliter. ẜ est diuersuȝ foꝛmal'r. qꝛ oꝛganū ali- cui⁹ sensus est q̄dá ꝓpoꝛtio armonica medi ans inter sensibilia ꝯ̄ria quoꝝ ip̄e sensus est perceptiu⁹. ita ꝙ sensus app̄hendit illa quo rū ip̄e est media ꝓpoꝛtio. ⁊ qꝛ sensus tact⁹ ē ꝑceptiu⁹ pluriū ꝯ̄rietatū per se nō reducibi- liū ad vnū gen⁹ ꝓximū q̄ sunt: calidū: frigi- dū: hūidū: ⁊ siccū oȝ oꝛganū tact⁹ eē mediū pluriū ꝯ̄rietatum. ⁊ oꝛganū tactus foꝛmali ter non esse verum.

Conclusio responsiua ad q̄situ̅: Sensus tact⁹ ē vnū subiecto ⁊ nūero. sed est

plꝛes ſm formã ſiue ſpẽm. Prima ps pꝫ. q̃a
accñs nũeratᷣ ad nũeratõeꝫ ſubiecti. ſ tactꝰ
eſt in vno organo idiuiſo ꝑ totũ corpꝰ expã-
ſo. iõ tactꝰ ẽ vnꝰ vnitate ſubiecti. Secunda
ps pꝫ. q: potẽtie diſtinguũtur ꝑ actꝰ: ⁊ actꝰ
ꝑ obiecta. cũ igitᷣ tãgibilia nõ pñt reduci ad
vnũ genꝰ primũ. q: in vnoq̄ꝫ gñe ẽ tm̃ vna
prima ꝯrietas. oꝫ ꝙ tactꝰ ſint plꝛes. q: q̇libet
ſenſus ẽ ꝑceptiuꝰ vniꝰ ꝯrietatis prime ⁊ vniꝰ
gñis q̃uis poſſint accipe plꝛes ꝯtrarietates
ꝑ ſubdiuiſiõeꝫ: ſic̃ ſenſus cõis. vel etiã ꝑ acci
dẽs: ſicut ſenſus ꝑticularis. vt viſus cogno
ſcit pulchrũ ⁊ turpe. in gñe aũt tangibiliuꝫ
ſunt plꝛes ꝯrietates ꝑ ſe: quaꝝ vna ñ ꝯtinetᷣ
ſub altera. ⁊ nõ reducũtᷣ ad vnũ genꝰ primũ
⁊ ſunt ꝯrietates ꝑ ſe ⁊ ꝑ accñs. Eſt tñ aduer
tendũ ꝙ ꝯrietas q̃litatũ tangibiliũ q̇dãmõ
reducitᷣ ad vnũ ſubm ⁊ ad corpꝰ mixtũ inq̇
ſunt q̃ttuor q̃litates tangibiles reducte ad
mediũ. ⁊ maxie in corpe aialis. ſ nõ reducũtᷣ
ad vnũ ſubiectũ qđ ſit genꝰ primũ illaꝝ cõ-
trarietatũ. non eñ poſſet aſſignari genꝰ pri
mũ ad quod reducũtur calidũ: frigidũ: hũi-
dũ: ⁊ ſiccũ. oẽs aũt ꝯrietates ꝑcepte a q̇cũq̄ꝫ
ſenſu reducuntᷣ ad vnũ genꝰ primũ. Pꝫ igitᷣ
ꝙ ſenſus tactꝰ eſt vnꝰ materialiᷣ. ſ plꝛes for-
maliᷣ. Et hoc etiã pꝫ a ſigno. nã ſi ꝑ totũ cor
pus guſtaremꝰ ſicut ꝑ totũ corpꝰ tãgimꝰ ni
hilominꝰ guſtus eẽt diſtinctus a tactu ſm rõ
nẽ ⁊ formã. ſic̃ nũc eſt dicendũ ꝓpter diuerſi
tatẽ obiectoꝝ. ⁊ tñ guſtꝰ ⁊ tactꝰ viderentᷣ vnꝰ
ſenſus. ſ q: ſolũ guſtamꝰ ꝑ linguã: ⁊ ꝑ oms
iſtos tangimꝰ. iõ manifeſta eſt diuiſio ꝑ gu-
ſtũ ⁊ tactũ. ſilꝛ etiã q: ꝑ totũ corpꝰ ꝑcipimus
vtrũq̄ꝫ genꝰ tangibiliũ videtᷣ nobis ꝙ tactꝰ
ſit vnus ſenſus ꝓpᷣ vnitatẽ ⁊ indiuiſioneꝫ
organi ſm materiã. ⁊ tamen plures forma-
liᷣ vt dictũ ẽ. igitᷣ pꝫ ſolutio prie dubitatõis

Dubitatur ſecũdo vtrũ caro ſit

organũ tactꝰ in aialibꝰ hñtibꝰ carnẽ. ⁊ in nõ
habẽtibꝰ aliqđ ꝓportionabile carni ſit etiã
organũ tactus. Et arguitur ꝙ ſit caro. quia
ad tactũ carnis ſtatim tangimꝰ ⁊ ſentimus
tangibilia. ergo caro eſt organũ tactꝰ. Pro
dubio ſciẽdũ eſt ꝙ caro nõ eſt organũ tactꝰ
ſ eſt mediũ intrinſecũ ⁊ generale in ſenſu. ⁊
ſc habꝫ caro vel aliquid ꝓportionabile car
ni ad ſenſum tactꝰ ſicut aer ⁊ aqua ad ſenſũ
viſus ⁊ olfactus. ſi eñ aer circũdãs nos eẽt
cõnaturalis nobis ⁊ de ſubſtãtia nr̃a videre
tur nobis ꝙ ille aer eſſet organũ viſus: audi
tus: ⁊ olfactꝰ. cuꝫ ſint mediũ. vt videremur
vno organo: vno ſenſu ſentire ſonũ ⁊ odo-
rẽ. ⁊ ita viderentᷣ nobis ꝙ vnus auditꝰ et ol-
factꝰ eſſent vnꝰ. pꝫ. q: illud mediũ diſtiguitᷣ
a nobis. ideo manifeſtũ eſt ꝙ nõ eſt organũ
aer eñ ⁊ aqua: ⁊ gñaliter quodcũq̄ꝫ corpus
ſimplex non poteſt eſſe pars corꝑis aiati. oꝫ
eñ omẽ corpus aiatũ eſſe firmũ vt poſſit cõ
ſiſtere. mõ aer ⁊ aqua ſũt corpora ſimplicia.
⁊ ita ex ipſis pure non ꝯſiſtit corpus aiatuꝫ
⁊ ita oꝫ ꝙ corpus animatũ ſit mixtũ ex terra
aere: ⁊ aqua. cuiuſmodi eſt caro q̄ eſt mediũ
connaturale guſtꝰ ⁊ tactꝰ: ⁊ nõ organũ. nũc
illud inductũ ad probandũ oppoſitũ ẽ ſuffi
ciens ſignũ. q:. ſi aliquis extenderet ſup̄ car
nẽ aliquã pelliculã aut telam ſubtilẽ ſtatim
cũ tangeretᷣ illa pellicula ſentiretᷣ. ⁊ tñ ꝯſtat
nõ eſſe in illa pelle. ⁊ ſi pellis illa fieret nob
cõnaturalis citius per cã ſentiremus. q̃uis
igitur ad tactũ carnis q̄ eſt cõnaturalis nob
ſtatim percipiamus tangibile. non ſeq̇tur ꝑ
pterea ꝙ caro ſit organuꝫ tactus. ſenſibile
eñ poſitũ ſupra ſenſum nõ facit ſenſationẽ.
⁊ ita ſi caro eſſet organũ tactꝰ ⁊ apponeretᷣ
immediate aliquod tangibile ſupra carneꝫ
non ſentiretᷣ. oꝫ igitur ꝙ caro ſit mediũ tãgi
bile: ⁊ nõ organũ.

Ad ratiões ante oppoſitum.

Ad primã r̃ndetᷣ ꝙ q: ſenſus tactꝰ eſt vnꝰ
numero dicimꝰ ꝙ ſolũ ſunt q̇nq̄ꝫ ſenſus ex-
teriores. nihil tñ ꝓhibet aliq̃ eſſe eadẽ nũero
⁊ ſubiecto ⁊ diſtincta ſm ſpẽꝫ. Et hoc mõ re
ſpõdetᷣ ad ſecundã. Ad tertiã đ: ꝙ aliqui
ſenſus exteriores nõ ſũt ꝑceptiui pluriũ ꝯri
etatũ primaꝝ primo ⁊ per ſe. ymo q̇libꝫ aliꝰ
a tactu eſt ꝑceptiuꝰ tñ vniꝰ ꝯrietatis per ſe.
ſ q: in vno gñe poſſunt eſſe plures ꝯtrarie-
tates poſt primã vel poſt modũ ſubdiuiſio-
nis vel per accñs. iõ vnus ſenſus percipiẽs
vnã primã cõtrarietatẽ ſub illo gñe põt acci-
pere oms cõtrarietates ꝯtentas ſub illa pri-
ma diuiſione per modũ ſubdiuiſiõis. ⁊ etiã
põt accipe omnes cõtrarietates ꝑ accñs re
ducibiles ad illã primã. ſicut ſenſus cõis ꝑci
pit vnã primã cõtrarietatẽ immediate: ⁊ ta-
men cognoſcit etiã oẽs cõtrarietates ꝑcep-
tas ꝑ ſenſus particulares. cõtentas ſub illa
prima cõtrarietate. ſimiliter viſus percipiẽs
album ⁊ nigrum que ſunt prima contraria
ſub colore ꝑcipit. ⁊ pulchrũ ⁊ turpe circa co
lorẽ ꝑ accidẽs. nec ꝓpter hoc ẽ plꝛes ſenſus.

ꝫ sensus tactus vt dictũ est ē perceptiuꝰ pluriũ cõtrarietatũ primarũ que nõ ↄtinentur sub vno gñe ꝓximo. iõ tactꝰ nõ ē plures sensus. Seq̃tur textus. Dubitabit aũt.

Queritur vicesimo sexto vtrum inter tangens ⁊ tactũ sit semꝑ idem mediuꝫ

Arguit ꝙ nõ. q꞉ si sic sequeret̃ ꝙ esset processus in infinituꝫ in corporibꝰ tangibilibꝰ ⁊ tactũ. ↄñs est falsum: ⁊ ꝓbat̃ ↄña. q꞉ si capiantur duo corpora que se tangant vl' videantur se tangere. aut ibi inter illa ē corpꝰ medium aut nõ. si nõ habetur intentũ. si sit medium. aut inter illud mediũ ⁊ corpus est mediũ vel nõ. si sic habetur intentũ: ⁊ argueretur vt priꝰ. ⁊ sic oportet dicere ꝙ inter tãgens et tactum nõ sit semꝑ mediũ vel ꝙ ꝓcedatur in infinitũ. Secundo sic. illa dicũtur se tangere: quoꝝ extrema sunt simul ⁊ inter quorũ extrema nullũ est medium. ergo inter tangens ⁊ tactũ nullum est corpꝰ medium. Tertio arguitur si ponatur manus in aqua manus tãgit aquã et nõ per mediũ igitur. Quarto arguitur. capiat̃ corpꝰ durum et acutuꝫ vt stilus et applicetur alteri corpori duro vel carni. tũc manifestũ est ꝙ perforabit ⁊ penetrabit illud corpus. quod nõ esset si inter actioneꝫ stili ferrei ⁊ corpus penetrabile esset medium. In oppositum est philosophus in textu.

Pro responsione sciẽdũ est primo

ꝙ postꝙ phũs ostendit ꝙ in sensu tactꝰ requirit̃ medium intrinsecũ ⁊ naturale qđ ē caro. ↄñter ostẽdit ꝙ etiã tactꝰ qñꝙ imutat ꝑ medium extraneum.

Pro quo scienduꝫ est secundo

ꝙ cum omne corpus habeat tres dimẽsiões illa corpora non tangũt se immediate que habent aliquod corpꝰ mediũ. hũiditas aũt est quedaꝫ qualitas que nõ est sine corpore in quo est. ⁊ ideo si sint corpora existentia in aqua que habeant extrema per que tangũt humida. oportet ꝙ inter illa sit humidũ vl' humectũ. ⁊ ita ꝙ sit corpus mediũ.

Ex hoc patet conclusio responsiua.

Inter quecũꝙ duo corpora dura se tãgentia siue in aere siue in aqua est corpꝰ mediũ. Probatur primo de aqua. q̃a corpora que se tangũt in aqua sunt humida vel humectata. ꝫ humiditas nõ ē sine subiecto corporeo. ergo necesse est inter illa corpora esse subiectũ. qđ nõ potest esse suꝑficies sola sine corpore. ergo oportet esse aquam mediã et similiter ꝓbaretur de aere. q꞉ aer est subtilior q̃ aqua. ergo semper oportet inter tangens et tactũ aerem mediare. Ex quo pꝫ ꝙ tactus cõuenit cuꝫ aliĳs sensibus in hoc quod est habere mediũ extraneũ. licet nobis lateat eo ꝙ tangibile est magis ꝓpinquum tactui q̃ alia sensibilia. ⁊ etiam licet nobis magis lateat qđ sit mediũ in aere q̃ in aq̃. eo ꝙ semꝑ sumꝰ in aere: sicut etiaꝫ latet aialia habitãtia ĩ aqua mediare aerẽ que ē subtilior aqua ⁊ minus ꝑceptibilis.

Sciẽdũ est tertio ꝙ gustus ⁊ tactus

differenter imutãt per mediũ extraneũ et aliĳ tres sensus. q꞉ mediũ extraneũ in visu: auditu: ⁊ olfactu. se habꝫ actiue pro q̃to ip̃m immutatũ a sensibili immutat sensum. ꝫ mediũ extraneum in tactu nõ se habꝫ actiue. ꝫ simul imutatur ip̃m extraneũ ⁊ ip̃e tactus queẽadmodũ ꝑcussus per clipeuꝫ simul ꝑcutitur cum clipeo. nõ eñ ꝑcutitur clipeꝰ: vt percutiat̃ clipeatus. ꝫ simul clipeus ⁊ clipeatus. Sꝫ instaret aliq̇s. q꞉ priꝰ ordine nature tangitur clipeꝰ q̃ clipeatus. ergo simul nõ ꝑcutiũtur. Item ꝑ prius in tempore mediũ extraneũ humectat̃ q̃ organũ tactꝰ ꝑcipiat caloreꝫ aut humiditatẽ. qualitates eñ tangibiles imutant mediũ realiter qđ non põt esse sine successione. in visu aũt nulla est successio. imo simul imutat̃. ergo differẽtia assignata inter illos duos sensus scꝫ tactuꝫ ⁊ gustuꝫ ⁊ alios tres sensus nõ est cõueniẽs. Ad hoc dicitur ꝙ qñ dicitur ꝙ simul immutatur mediũ ⁊ organũ gustus et tactꝰ. intelligendũ est ꝙ li simul tollit ⁊ remouet ordinem causalitatis. q꞉ in gustu ⁊ tactu immutatio mediĳ nõ est cã imutatõnis organi. eo ꝙ organũ gustus ⁊ tactꝰ potest mutari sine medio extraneo. ⁊ ita mediũ extraneum nõ de necessitate requirit̃ ad gustuꝫ ⁊ ad tactũ ꝫ accidit gustui ⁊ tactui ꝙ immutẽtur ꝑ medium extraneũ. qñ tamen imutantur ꝑ medium intraneũ priꝰ tempore imutat̃ mediuꝫ extraneũ q̃ organuꝫ: vt prius arguebatur. ꝫ in visu auditu ⁊ olfactu imutatio mediĳ extranei requirit̃ de necessitate. q꞉ sine tali mutatione nullo mõ potest fieri sensatio in istis ⁊ sensus. ⁊ ita in ip̃is nõ simul immutat̃ medium extraneuꝫ ⁊ organũ sensus, vt li simul

excludat ordinē causalitatis tm̄. in visu eniz imutatio medij extranei ē cā imutatōis vis⁹ et tn̄ simul tpe ⁊ nō natura imutat̄ mediū extraneū ⁊ organū visus. Pꝫ ergo q̄liter diuersimode requirit̄ mediū extraneū in gustu ⁊ tactu et sic de alijs sensibus. sꝫ in gustu et tactu mediū intraneū qd̄ est caro vel aliq̇d ꝓportionale carni ⁊ nō hn̄tib⁹ carnē se habet actiue. ⁊ est de necessitate. ⁊ pri⁹ causalitate imutat̄ q̄ gust⁹. sicut dictū ē de medio extraneo respectu alioꝝ triū sensuū. ⁊ ita caro ē mediū gust⁹ ⁊ tactus sicut extraneū mediū est vere mediū alioꝝ sensuū.

Dubitatur primo. cur sens⁹ tactus inuenit̄ in q̄libet ꝑte corpis aialis. ⁊ n̄ alij sensus. Rn̄det̄ ꝙ causa ē. q: tact⁹ ꝑcipit ea in q̇b⁹ cōsistit vita aialis ⁊ etiā cōseruat vitā aialis. iō natura ordinauit ꝙ tact⁹ eēt diffusus ꝑ totū corp⁹ vt q̄libꝫ ꝑs aialis posset ꝑcipere ⁊ sentire suū corruptiuū. ordinauit etiā natura ꝙ ipm mediū tact⁹ esset nob coiūctū: vt efficati⁹ sentirem⁹ nociua. Alij vero sensus sunt de bn̄ esse ⁊ discernūt ea q̄ nō statim corrūpūt aial. iō nō oportuit ꝙ essent diffusi ꝑ totum corpus.

Dubitatur secūdo vtrum organū tactus sit calidū frigidū humidū aut siccū. Arguit̄ ꝙ sic. q: organū tact⁹ est pars aialis qd̄ hꝫ corp⁹ cōpositū ex quattuor elemētis. Oppositū arguit̄. q: sensus debꝫ eē denudat⁹ a suo sensibili. ergo cū tact⁹ ꝑcipiat q̄litates sensibiles oportet ꝙ nullā habeat in actu. Ad dubiū rn̄det̄ ꝙ organuꝫ tact⁹ nō pōt eē oino denudatū a q̄litatibus tāgibilib⁹ sicut arguebat̄. Denudat̄ tn̄ ab ipsis q̄tū est possibile. q: organū tact⁹ ꝯsistit in q̄dā medietate tāgibiliū. ⁊ ita denudatū existit ab excellentijs q̄litatū tāgibiliū. iō tactus ē in potētia ad tāgibilia sicut mediū ē in potētia ad extrema. Ex q̇ sequit̄ ꝙ cū hō sit temperatissime ꝯplexionis q̄litates sensibiles tāgibiles sūt maxie reducte i eo ad mediū. ⁊ iō hō hꝫ optimū tactū. Ex quo seq̇tur vlteri⁹ ꝙ tact⁹ nō ꝑcipit eque calidū aut eque frigidū sicut ē suū organū. q: sens⁹ dꝫ esse in potētia ad suū sensibile ꝫ ꝑcipit excellentias qualitatū tāgibiliū. sicut em̄ alij sensus sūt oino denudati a suis sensibilib⁹. ita oꝫ ꝙ tact⁹ sit denudat⁹ ab excellētijs q̄litatum tangibiliū vt posset ea ꝑcipere.

Dubitat̄ tertio vtrū aqua possit tangi siue etiā aer. Circa hoc aduertēdū est ꝙ cōmentator Auerroys dicit ꝙ corpora nostra nō possunt imutari a qualitatibus elemētarib⁹. ⁊ cām assignat: q: cum mediū sentiendi debeat eē denudatū a sensib⁹. ⁊ aer ⁊ aq̄ sūt media tāgendi: vt ꝓbatū ē. oꝫ ꝙ aer ⁊ aqua denudent̄ a q̄litatib⁹ tāgibilibus a nobis: ita dicit Cōmentator ꝙ solum possum⁹ ꝑcipere ꝑ tactū qualitates tāgibiles corpoꝝ mixtoꝝ ⁊ nō simpliciū. Dicit secūdo ꝙ sic nō pōt fieri ignis frigidus igne manēte. ita nec aq̄ pōt fieri calida aq̄ manēte. Dicit em̄ ꝙ in aq̄ sūt corpa subtilia i q̇b⁹ recipit̄ caliditas. iō vide̅t nobis aq̄ calida. Sꝫ in istis duob⁹ est defect⁹. qd̄ pꝫ de p̄mo q: corpa nr̄a silr̄ se hn̄t ad motū ⁊ ad locuꝫ naturalē sicut elemēta i eis dn̄antia: ꝫ vnuꝫ elemētū patit̄ ab alio. ergo etiam corpa nr̄a possunt pati ab elemētis. Itē nota ꝙ qd̄ est in potentia pōt trāsiri ab eo qd̄ est i actu ꝫ corpora nostra cū ꝯsistūt in quadā medietate tangibiliū sunt in potentia ad excellentias tangibiliū. ergo pn̄t imutari ab ipis et ꝑ ꝯn̄s magis imutari ab elementis q̄ hn̄t in quadā excellentia qualitates tangibiles q̄ a corporibus mixtis q̄ hn̄t eas in esse remisso. hoc etiā est cōtra experientiam. et iste Auerroys ꝓteruit. q: nesciuit distinguere inter elementa vt sunt cōtraria ⁊ vt sūt se inuicem cōtinētia. Dicit em̄ Thomas ꝙ elemēta pn̄t cōsiderari dupliciter. Uno mō scd̄m eoꝝ qualitates actiuas et sic contrariantur Alio modo q̄tum ad formas substantiales quas hn̄t et cōsequūtur a celo primo locante. ⁊ isto mō superius elementum locat inferius. ⁊ q̄to elementū ꝓpinquius est celo tāto plus hꝫ de forma et ē cōtentiuū ⁊ locatiuuꝫ. Similr̄ scd̄m dictū suū est falsuꝫ. quia cum ignis inter elemēta est formalior. ideo nō dicitur trāsiri sensibilit̄ ipo manente. q̇a statim ad alterationē seq̄tur corruptio. aer et aqua transiri possunt que sunt elementa grossiora. cū aūt aqua et ignis corrūpātur necesse ē ipsas prius disponi ipis manētib⁹ q̄ corrumpi. Dicendū ergo ad dubiū ꝙ aer ⁊ aqua possunt tangi a nobis sine alio medio extraneo. sicut pꝫ per experiētiā nec sūt aer ⁊ aqua mediū tact⁹ vt necessario requisita ad tactū sed sunt mediū accidentale. iō possunt se habere in rōne obiecti.

Dubitatur vltimo quid est obiectũ tactus. Dicitur ꝙ est tangibile qđ diuiditur in q̃ttuoꝛ qualitates tãgibiles pꝛio et ꝑ se. que sunt calidũ: frigidũ: humiduz et siccũ. Pꝛobatur etiã sicut ꝓbatũ est de visibili in ordine ad visũ. nã sicut visus est visibilis ⁊ nõ visibilis. ita tact⁹ est tangibil' ⁊ ñ tangibilis. ⁊ sicut inuisibile đ multipliciť. ita ⁊ intangibile. Ex oibus pꝫ quid sit tact⁹: q̇d mediũ: quid organũ: ⁊ q̇d obiectũ

Ad rationes ante oppositum.

Ad tres pꝛimas pꝫ solutio ex dictis. Ad quartã đ ꝙ cũ stilus ferreus ꝑfoꝛat aliqđ coꝛpus durũ in aere vel in aqua opoꝛtet vt inter latitudinẽ penetrãtis et penetrati mediet aer vel aqua. q2 nisi esset mediũ non fieret perfoꝛatio. nõ opoꝛtet tñ ꝙ punctũ coꝛpoꝛis penetrãtis ⁊ penetrati. tactus eñ ẽ superficiei et nõ pũctoꝝ aut lineaꝝ. Seq̃tur in textu. Opoꝛtet ãt mediũ de oi sẽsu ⁊c.

Queriť vicesimoseptimo vtruz sensus sit susceptiu⁹ specieꝝ sine materia. Et arguiť ꝙ nõ. q2 sensus cognoscit rez singulariter. sed res nõ põt singulariter cognosci sine circũstantijs materie. circunstantie autem iste sunt aliq̇d materie. ergo sens⁹ cognoscit cũ materia. Secũdo forma sensibilis potest immutari scđm esse intentiõale ergo ⁊ ꝺm eẽ reale. ꝯña tenet. q2 maioꝛis virtutis est esse intentõale ꝙ̃ eẽ reale. Tertio si scindereť neruus tactus homo plus lederetur ꝙ̃ si scinderetur sola caro. ergo sensus non est receptiuus specierũ sine materia.

In oppositũ est textus.

Pro responsione sciendum est pꝛimo ꝙ postꝙ̃ Aristoteles egit de ꝓpꝛio sẽsibili cuiuslibet sensus in ꝑticulari. ꝯñr agit đ ipo sensu ꝑponẽdo quedã gñalia omnibus sensib⁹. Et q2 sensus põt ad duo ꝯparari. s. ad obiectũ ⁊ ad organũ. ideo sunt duo gñalia cuilibet sensui. quoꝝ pꝛimũ sumiť ex ꝑte obiecti. scꝫ ꝙ sensus est susceptiu⁹ specieruz sine materia. Et secũdum sumit respectu organi scꝫ ꝙ sensus est eadem potẽtia cuz suo organo. Differũt tñ ratione. q2 alia est ratio organi. et alia potentie. Nã potentia est forma et actus organi. ⁊ organuz est materia. cũ eñ sensus cognoscat singularia: necessario indiget organo sibi ꝓpoꝛtionato.

Scienduz est secundo ꝙ organũ cõsistit in quadã ꝓpoꝛtione cõplexionabili requisita ad hoc ꝙ sensibilia ꝑcipiãtur. et q2 excellentia sensibiliũ põt soluere illam ꝓpoꝛtionẽ qñ motus sensibilis foꝛtioꝛ ẽ ꝙ̃ organũ põt pati. ideo excellentia sensibiliũ potest coꝛrũpere organũ sensus: vt cũ aliq̇s foꝛtiter ꝑcutit coꝛdas instrumenti soluitur melodia que in quadã ꝓpoꝛtione consistit.

Ex dictis pꝫ ꝙ plante nõ sentiunt: licet habeant animã et patianť a tangibilib⁹. nã in plantis non est illa ꝓpoꝛtio que requiriť ad organum sensus. q2 nõ habent mediate cõplexionẽ inter sensibilia quã requirit tactus sine quo nullus potest esse ⁊ sic plante non habẽt sensum. patiunť tamen a sensibibus ꝺm naturalẽ transmutatõem. q2 qualitates tangibiles habent esse materiale in ipsis sicut in elementis. ⁊ sic patiũtur a tangibilibus. ⁊ tñ a gustabilibus non vt gustabilia: sed vt tangibilia.

His suppositis ponitur conclusio ꝛñsiua ad q. Sens⁹ est receptiu⁹ sensibiliũ sine materia. nõ tñ sine ꝯditõib⁹ materie Pꝫ pꝛimũ. q2 sicut cera recipit foꝛmã sigilli: ita sens⁹ spẽꝫ sensibil'. ꝫ cera recipit foꝛmã sigilli sine materia pura siue auro vl' ere. g̃ sẽsus recipit spẽs sẽsibiles sine materia rei sẽsibilis. Secũdũ pꝫ. q2 sensus cognoscit singulariter. ergo cũ cõditiõib⁹ materie q̃ sunt esse hic ⁊ nũc. Sꝫ cõtra istud argueret aliq̇s nam recipere foꝛmã ab agente sine materia cõuenit omni patienti. patiẽs eñ recipit ab agente scđm qđ agens est. agens aũt agit per suã foꝛmam. ergo patiens recipit foꝛmã sine materia: vt aer recipit foꝛmã ab igne. sꝫ nõ materiã. ergo nõ est ꝓpꝛiũ sensus recipere species sine materia. R̃ndeť ꝙ lꝫ cõe sit omni patienti recipere foꝛmã ab agẽte: hoc tñ fit differenter. q2 quedã recipiunt illã foꝛmam realiter ⁊ per ꝯñs materialiter. Alia recipiunt foꝛmam intentional'r solum. ⁊ talia patiẽtia dicũtur recipẽ foꝛmã sine materia. q2 nõ recipiũt sub tali eẽ materiali q̊ pꝛefuit in agẽte. Ex dictis pꝫ ꝙ sensibile positũ supꝛa sensum nõ facit sensationẽ. patet q2 cũ sensus recipiat spẽs sine materia req̇ritur modus in quo fiat spũalis ratio ipius speciei. imaginandũ est eñ ꝙ spẽs sensibiľ immaterialioꝝ est in potentia ꝙ̃ in medio et

in medio ꝙ̄ in obiecto.

Dubitatur primo vtrū nō habens sensum possit pati ab alijs sensibꝰ a tā gibilibꝰ ⁊ gustabilibꝰ. ⁊ a colore sono ⁊ odore. Et arguit̄ ꝙ nō. q: oē qd̄ patitur ab odore h̄z olfactū. q: ꝓpriū est odoris facere olfactū. sed nō habens sensum tactꝰ non olfat: ergo nō patit̄ ab odore. Secūdo lumen: tenebra: sonꝰ: et odor. nihil faciunt in corpore inaiato nisi forte ꝑ accidens ꝓ ꝙ̄to corpa h̄ntia istas qualitates aliq̄d agūt: sic aer in tonitruis ex vehemētia motꝰ frangit arbores. ⁊ sic patiūtur arbores a sono. non per se ſ3 ab aere moto. R̄ndet̄ ſm textū. primo. q: corpora inaiata patiuntur a tāgibilibus et gustabilibꝰ inq̄ṫū tāgibilia sunt. p3 q: nisi ab ip̄is paterent nō possent alterari a quocūq3 alio cū qualitates tāgibiles sūt qualitates actiue mediantibꝰ quibꝰ fit talis alteratio. Dicit̄ secūdo ꝙ ab alijs sensibꝰ patiunt̄ quedā inaiata. nō t̄m omnia. sed solum quedā determiata: vt aer ⁊ aqua q̄ sunt humida ⁊ bene diuisibilia. Q2 aūt aer patiatur ab odore manifestū est. na3 aer q̄nq3 ab odore feret. Verūtamen non t̄m patitur ab ipsis sicut a tangibilibus vel gustabilibus. Cuius ratio est. q: tāgibilia sunt cause aliorū sensibiliu3. ideo plus habent de virtute actiua et possunt agere in quecūq3 corpora. S3 alia minus h̄nt de virtute nec possūt agere nisi in corpa valde passibilia. Ad obiectōe3 d: ꝙ nihil patit̄ ab odore passiōe intentionali que d: sensatio. nisi habeat olfactū. nec isto mō aer patitur ab odore. s3 t̄m patitur vt sit sensibilis.

Ad rationes ante oppositum.

Due prime soluūtur ex dictꝭ. Ad tertiā d: ꝙ in neruo tactiuo ē caro coiūcta ꝑ qua3 fit sensatio ⁊ sine qua nō fieret. t̄n est magis lesio q̄n sciditur neruus ⁊ caro ꝙ̄ si caro t̄m et nō fit sensatio in illa parte in qua scindit̄ neruus ꝓpter realem p̄sentiā sensibilis: sed in parte distanti. Et hec de questione.

Sequitur in textu. Quod autem non fit sensus ⁊c̄.

